





1
6
96










P. OVIDII NASONIS POETAE SVLMONENSIS, HEROIDES EPISTOLAE, CVM INTERPRETIBVS HVBERTINO CRESCENTINATIS, ET IANO PARRHASIO.

EIVSDEM SAPPHO CVM DOMITIO, ET IBIS cum Christoph. Zaroto. Cum enarrationibus. Iod. Badij Ascensij in hæc omnia, Et annotationibus Ioan. Bapt. Egnatij.

QVAE NON VT ANTEA, PLVRIMIS FOEDATA mendis, sed acri studio emendata, atque omni, quantum licuit, ex parte expolita, emisimus. quod alios libros cum nostro conficientibus patebit.





VENETIIS,

Apud Hieronymum Polum.

M D LXX.

OVIDII VITA PER CHRISTOPHORVM ZAROTVM IVSTINOPOLITANVM COMPILATA.





PVB. OVID. NAS. Pelignis in oppido Sulmone 13. cal. April. ex Botio equestri ordinis patre natus est, secũdo quinquatriorum die: eo quo Hircius & Pansa Coss. Mutinẽsi bello cecidere, anno fratrem habuit maiorum natu, cum quo in patria est educatus, primaq; literarum rudimenta edoctus. Mos utrunque adultam pater Romam misit, ut eloquentiæ studiis pariter, & legibus incumberent, quæstus acquirendi gratia: facile alter parentis præceptis paruit, qui nisi diem fata præmaturassent: uigesimo enim ætatis suæ anno è uita discessit, causidicus optimus futurus uidebatur. Ouid. autem non sine maxima molestia aliquandiu foro operam dedit. reosque plerunque defendit: interq; centumuiros iudicium dixit: quantum in declamationibus extiterit: Seneca nobis testimonio est: qui eum declamatoribus inseruit. Defuncto patre musis, & poëtice totum se tradidit, à quibus studiis inuitus secesserat, utq; etiam in eis melius proficeret græcas literas didicit: quo tempore sub M. Varrone, cui & acceptissimus fuit: sicuti & sub Corn. Gallo militiam exercuit. Vxores tres habuit quarum primam: quæ ei penè puero nupserat, ob morum insolentiam, turpitudinemq; dimisit. Alteram quoque repudiauit: causa nobis, cur id fecerit, incognita tertia uero diutius cum eo mansit, ex qua filiã Perillam nomine habuit. Demum ab Augusto Imperatore annum agẽs quinquagesimum in Pontum Euxinũ relegatus est, cuius exilii causas, quis est, qui facile norit, cum & ipse modo hanc modo illam referat? satis tamen constat ibi per nouem annos mansisse, ubi extremum obiit diem. Anno Tiberii quinto: & prope Tomos oppidum sepultum. Siue propter libros, quos de Arte Amandi composuit, exularit, quod non mirum uideri debet, si quidem feruntur libri huiusmodi à Iulia, & Drusilla uehementer concupiti: perlectique assidue, unde & suspicio orta est incensas libidine amatores fuisse secutas. Cæsarem uero eo usque excanduisse: ut & auctorem huius mali in exilium pepulerit Ouidium, &

pariter mulieres, tametsi quid meruerat Oui. uel quonam pacto potuisset eius blandimentis carminis, nisi suum corpus antea prostituere cupiuissent, siue qui (vt alii volunt) Sydonii auctoritatem in medium afferentes, quia Iuliam Augusti puellam ex Liuia filiam amarit: quam ab Ouid. Corynnam falso nomine appellatam tradunt: quæ causa à nobis minime probari potest, nec à quoquam docto, si ex examussum Sydonii verba trutinarit, & quid de Corynna ab Ouid. scriptum sit, leget haud principis puella digna, siue, quia Liuiam Drusillam nudam uiderit, aut Aug. principem, cum exoletis consuescentem, quæ ambæ causæ satis placent cum & ipse quoque iudicarit.

Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci,
Cur impudenti cognita culpa mihi est.
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda fuit canibus non minus ipse suis.

Si quis autem curiosus hæc scire affectat: eiusdem de Tristibus: tum de Ponto libros perlegat: nos tantum in præsentia diuersas attigimus opiniones illorum, qui exilii Ouidii meminerunt. Multa carmina scripta memoriæ reliquit auspicatus est primis teneris adhuc annis Heroidum diuersarum epistolas. Deinde Amorum libros 5. ad Corynnam, quos ad tres redegit: hi de fine titulo quoque nuncupantur. De medicamine faciei. Arte Amandi ad iuuentutem Romanam libros tres: quos parricidas solet appellare. De Remedio Amoris libros duos. Metam. libros quindecim opus diuinum, heroiciq; carminis dignitati conueniens, licet in eum nimis lasciuire dixerit Quintilianus. Tragœdias quoq; adorsus est, quarum Medea maxime à Fabio Quintiliano, & Corn. Tacito approbatur: aitq; nanq; Fabius in decimo Ouidii Medea uidetur mihi ostendere quantum vir ille ingenio præstare potuerit: si ingenio suo temperare, quàm indulgere maluisset. In malos poetas librum composuit, ut Quintilianus refert. Epistolam consolatoriam ad Liuiam Augustam de morte Drusi Neronis qui morbo in Germania perierat. Bellum Actiacum inchoauit. Ad Tiberinum libros duos. De Tristibus quinq;. De Ponto quatuor. Fastorum duodecim: sed nisi sex manibus habentur temporum incuria. In Ibin inuectiuam vaticinia vnico absoluit libro. Triumphum Cæsaris. De piscibus opus inchoauit, ut Oppianus scripsit lingua Getica. Libellum de gestis Imperatoris apud Getas. Nonnulla etiam alia opuscula Ouidio ascribuntur: quæ an ipsius fuerint non laboro: uidelicet de Nuce, de Philumela, de Pulice: non tamen, hæc habemus cum multa interierint: seu librariorum inertia, siue temporum iniquitate. Quem autem inter Elegiacos poetas locum teneat: ex Quintiliano facile datur intelligi: cum ait Elegia quoq; Græcos prouocamus, cuius mihi tersus, atq; elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius vtroq; lasciuior: sicut durior Gallus.

IOANNIS

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI

IN HEROIDAS OVIDII, SAPPHO, ET IN IBIN OBSERVATIONES.



EX PENELOPE.



SIVE quis Antilochum, ex Politiani Miscellaneis hoc expẽdito. (Hic lacer admissos) Quis non videt admissos equos Hectoris laceri legendum? cum vox ea admissos celerem Ouidio, Valerio, reliquis significet magno eorum errore qui admissos legant. Ouid. certe ipse in Fastis. Et celer admissis labitur annus equis. Et item: Hanc quondã Cytherea diem properantius ire Iussit, & admissos præcipitauit equos: Et in Phyllide: Et sacer admissas exigit ebrus aquas. Quin & Valerius de Fuluio admisso, inquit, equo Theanum contendit, quæ vox inde vr̃ esse ducta ꝙ adiunctis equis celerius inter conficimus. (Rettulit & ferro, Rhesumque, Dolonaq; Cæsos) Mirum est cum adeo pareant Heroides Ouidianæ hactenus syllabam claudicantem in hoc versu non animaduersam, cum Dolon vbique, primã corripiat. Vt ausum eadem quæ nos Phrygia de gente Dolona. Quare addenda fuit dictoq; Hom. ἦν δέ τις ἐν τρώεσσι δόλων εὐμήδεος υἱός. (Quid tibi Pisandrum, Polybumque, Medontamq; dirum?) Et hic etiam addenda copula fuit, cum Medon & ipse corripiat primam.

EX PHYLLIDE.

TORVVSQVE procrustes) Non, procustes, vt ἀπὸ τοῦ προκρούειν i. ab impellendo veniat. (Cressa relicta) Alij oẽs, Puella. Nos ex manuscriptis libris, Cressa relicta, emendauimus, in quo verbo & grauius πάθος esse videtur, & acrior Phyllides accusatio.

EX BRISEIDE.

BIS sex assueti) Omnes alij lib. Bis septẽ, nos ex Homerica Rhapsodia bis sex. in qua Phenix sic Achillẽ loquit̃ αἴθωνας δὲ λέβητας ἐείκοσι, δώδεκα δ' ἵππους πηγοὺς ἀεθλοφόρους οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. (Inter Achæiadas longe pulcherrima matres) Mirum videri potest versum hunc, cum tñ hactenus claudicarit, non esse etiam ab ijs, qui doctissimos sese putãt, animaduersum, cũ hactenus aut corrupte legerint, aut corruptius emẽdarint. Nos Acheiadas nõ refragãte græcorũ veterũ forma, & vsu quadrante ẽt syllaba emendamus, nec nescio ab Achaia ἀχαΐς, deduci. Quod vel ipse Hom. Rhaps. probet. ὦ πέπονες κάκ' ἐλέγχε' ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. Qui tñ versus admonere negligentissimũ quemq; poterat, carmen Ouidianũ non ita legi posse. Quare syllaba non repugnante: Acheiadas vt apud Theocritum emendatis lib. in Helenæ Epit. ἃ δ' ἐν ἀχαιιάδων γαῖαν πατεῖ οὐδ' ἐμὶ ἄλλα. Callim. in Delon. ἀλλ' ὅτ' ἀχαιϊάδες μιν ἀπηρνήσαντο πόληες. Sed de hac nominum forma in Sapphus epistola plura, cũ de lapsu eorum qui non minus docti, quam diligentes videri volunt, agetur.

EX PHAEDRA.

ELELEIDES actæ) Omnes ad hanc diem, Eleides, in quo nescias, vtrũ magis accu-

ses negligentiam hominum an inscitiam, an potius vtrunque, quis enim nō videat versum si Eleides leges, subsultare? Iam Bacchi nomen Eleleus erat, quod Ouid. auctoritas Met. 6. probet. Nictileus, Eleleusq; parens. Quod nomen Apollinis etiam esse Mac. prodidit, dictumq; illud. ἀπὸ τοῦ ἐλίπτεσαι περὶ τὴν γῆν. Quod æterno. s. meatu circa terrā voluit videac iam Eurip. ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα πολλοῦ πυρός. Nec vero minus Emped. de illo. σὺν ἐκ ἐλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει. Siue igitur à volutione huiuscemodi. Siue ab Elele Bacchantium voce. (Nam etiam à sonis Bacchum dixere & Bromium & Iacchum) siue & ipse qui & Apollo sit, à rotatione illa perpetua dictus Elelus est, vnde Eleleides quoque factæ sunt, vt aliter versus legi nequaquam possit.

EX OENONE.

DEPRESSA est humili cana pruina casa) Sunt qui, Defensa, legūt, qua ratione dixit Vir. defendere teneras Myrtos à frigore, & defendere frigus testis, vt Gell. ēt ex Quadrigarij annalib. obseruauit. (Ad fontē Xanthi versa recurret aqua.) Iam illud prouerb. Græcis vsurpatum frequens innuit dubio procul, quod illi. ἄνω ποταμῶν. Ex Euripid. iambico in Medea, sic. n. Chorus. ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. Vnde etiam Horat. qui neget ardus, Pronos relabi posse riuos, Montibus & Tyberim reuerti? Cic. quoq; in epist. ad Att. principio tantum Græci versus vsus adagij huius meminit. (Pulydamāta roga) Ex imitatione Homerice & hic, & alibi, ne syllaba subulset, legimus Pulydamanta quemadmodum & Pulypus, licet alij Pulydamanta & Pulypum, vt sit, omega, scribere malint. (Ipse repertor opis vaccas pauisse Pheręas fertur) Callimachus diuersam ab alijs causam seruitij canit, cum. s. Admeto Apollinem seruisse prodat, ꝙ adolescentis amore captus esset, atq; ad emerendum eius amorem gregem ab eo pueri pastum.

EX HYPSIPILE.

NON hæc Aesonides, sed filia Phasis Aeetæ) Dubitaui sæpe antea quæ maxime probabilis esset huius carminis lectio. An hæc ipsa, quā ipsi reliquimus, an quā alij substituere. Phasias Oētæ legētes, cū hic, tum in Medea, vt Oētam bissylabū fecerint, ergo vt cōtractionem illā male ēt ab his scriptam non hactenus legere memini, sic malim trisyllabū seruare, ut diphthongus illa corripiatur sequēte vocali, quod & Græcis & Latinis nostris est peculiare, in duabus. s. dictionibus, cū vna. n. terminatur diphthongo, & subsequens à vocali incipiat, corripitur diphthongus natura præcedens alioqui lōga. Vt insulæ Ionio ne græca citem. Et Ilio alto, & Pelio Ossa. Sed & in eadē dictione Virg. cū dixit, Sudibus ue pustis, diphthongum corripuit, quin & ipse Ouid. in Met. 7. Quos vbi viderunt præacutæ cuspidis hastas. Tametsi sunt, qui legant, Peracutæ, uerū hoc Ausonij nullus inuertere possit, cū ille in Protreptico ad nepotem scribens hoc uersu ita ludat. Te præunte n. pos modulata poëmata Flacci. Adde ꝙ uix legas, nisi memoria me deficit, Aetam bissyllabum, nā ille Ouidij uersiculus, ita legitur ita uetustis lib. Dissimilemq; animum subijt Aeeta relictus. Et paulo post Ouid. Cum rapido fallax Aeetias igni Imponit purū laticem. Et Medea: Non erat Aeetes, ad quem despecta ueniret. Et iterum: Non senis Aeetæ regia Lemnos erat.

EX DIDONE.

POENAS uiolatæ Sichæi) Sunt qui, Sichæo, malint. (Mille procis placui, q me coiere frequētes) Videndum, an desit in pręposition, uel quid simile, ut in me coiere legas. (Sceptraq; sacra tene) Alij, Sceptra sacrata. Nobis uetus lectio displicere non potest, & alioqui lib. omnes manuscripti ita habent. Nec steterunt) Ea forma quo Virg. Steteruntq; comę. & Terent. Emerunt. (Certius ibis) Sunt, qui, Serius, malint.

EX HERMIONE.

SI te iam tangit, Oreste) Alij pia tāgit, alij nunc. (Induit illa patrem) Accuratius obseruandum censeo quid illud uerbū Induit sibi hic uelit. Nam interpretes ganniunt. (Diffundi-

fundimus iram,)Et hinc facile apparet diffuſiones dierum eſſe legendas apud Iuriſconſultos & Gellium non diffuſiones,quòd quibuſdam placuit,vt improbem faciant,qui immutare ueteres lectiones audeant.(Qua duo porrectus longe freta diſtinet Iſthmos,Vecta peregrinis.(Hippodamia rotis)Duo ſunt aduertenda,& quòd male lib.omnes habēt : Detinet, cum diſtinet dubio procul legendum ſit : quod quiuis uel mediocriter doctus aduertat, & quid ſit illud quod externas rotas in Hippodamia hic dicat Ouid. Nos rem eruditis etiam non paucis ignotam breui explicabimus,ex Pindaro in primis,& Apollonio,qui cum inter pretibus ſuis prodidere Hippodamiam inter currendum alieno curru,id eſt procorum, qui cum ea curſu certabāt,eſſe uectam , unde & hoc in loco peregrinas rotas Pelopis currum intellexit,quo donatus ille à Neptuno eſt in amoris olim compenſationem.

EX DEIANIRA.

SE tibi pax terræ) Alij lib. Pars terræ habebant. Nos ex manuſcriptis lib. Pax reſtituimus. (Theutrantia turba) Non Theſtitia,aut Theſpiea,legendum eſſe facit, cum illud à Politiano inuentum,tum etiam quòd Stephanus Theutrantem Theſpij patrem facit, à quo Theutrantia turba iure Theſpiades appellatæ.(Vna recens crimen refertur adultera) Nos ſyllaba refragante quandoque referetur,nunc vero diligentius examinata re, defertur legendum cenſemus,ꝙ proprie id verbi ſignificatum ſit, vnde & delatores, ſed & lib. unus manuſcriptus,Defertur,habuit.(Inter Ioniacas) Alij Mœonias inter reclamante lib. fide, ex quorum auctoritate lectionem ita reſtituendam admonere lectionem uoluimus. (Scilicet immanes Eliſis faucibus hydros Infantem,& caudis inuoluiſſe manum.)Multis erroribus uerſiculi hi duo fœdati antea erant,qui tamen ita reſtituendi (vt arbitror) fuerant, ſit tamen hoc integrum lecturis.(Quodq; inter læuumq; latus, dextrumq; lacertum) Habitum compreſſi ab Hercule Antæi his uerbis expreſſit Ouid. vt male emendaſſe uideri poſſint,qui Læuumq; latus læuum lacertum legerint.

EX ARIADNA.

SEMISEPVLTA) Lib.omnes,Semiſopita, præ ſe ferunt reclamante tamen ſyllaba, nam ſopire ſemper primam producit,vt apud hunc ipſum infra Medea. Quæ me non poſſum,potui ſopire Draconem, Et Hypermneſtra. Dum petis amplexus, ſopitaque brachia factas. Tametſi ſopor corripiat, quare ſemiſepulta libentius eodem ſenſu legerim. (Nec facta luiſſes) Emendauimus cum hactenus omnes lib.nullo ſenſu tuliſſes haberent.

EX MEDEA.

AT tibi Colchorum) Alij,Vt,legunt. Sed quo ſenſu ipſi uiderint. (Cur unquam Colchi)Quis non videat hoc totum ex principio Medeæ Ennianæ deductum?ancilla enim Medeæ apud Euripidem,& ex noſtris Ennium,ſic ferme cœpit,verſus aūt notiores ſunt, quàm vt à me ſint huic loco inſerendi,odioſa enim omnis oſtētatio preſertim ubi magnitudo rei non excuſet.(Excipit hoſpitio iuuenes Aeta relictus)Et in hoc uerſu addidere quidam pater,vt biſſyllabum Aeta facerent.cum tamen triſyllabum ſit,vt paulo poſt in eundem hunc ſenſum. (Dixerat Aetes) Adde ꝙ male etiam ſcripſerint, dum Oetam ſcribunt, ſic enim montis eſt nomē.(Vt vidi,vt perij)Alij,Et vidi,& perij,mihi ex Theocriti,& Virgilij imitatione hoc probabilius eſt viſum magiſq; poëticum. (Hæc animum, & quota pars etiam mouere puellæ)Pudendo errore addiderant,& legerant omnes poſſent mouere, qui non uidebant ſaltem obſtare ſyllabæ quantitatem,ſi mouere perpetuū facerēt modum, quare nos ex perpetuo perfectum facimus ſenſu,& ſyllaba quadrāte.(Aut nos Scylla rapax) Quid eſt ꝙ Scyllæ meminerit,quæ adeunda illis ex Ponto redeuntibus nequaq̄ erat? An errore muliebri,& animi mœrore q̄d dicat,neſcit? An Ouid.id innuit argonautas mari iactatos, q̄d Græci ēt poëtæ quidā cecinere ad Africæ littus appuliſſe,vt vel inuiti Scyllæ Charybdiſq;

vortices ſubierint. (At ſubito noſtras vt Hymē cantatus ad aures) Quid alij ſenſerint in hoc verbo,quod ab ſyllabæ moramentum attinet,haudquaquàm nos ſugit,mihi tamen probabilior eorum eſt uiſa ratio,qua ſyllabam hanc corripiendam eſſe crediderunt, vnde & ex vetuſtis lib.vt addidimus,& paulo poſt in altero verſu,& particulam ſubſtituimus, cũ impreſſi ad hanc diem lib.Turba ruunt, Hymen clamant habuerint. Nec vero illis Catullianum carmē fauerit,vbi ille intercalari numero videtur quandoque producere, cum diuerſam ille ſecutus ſit rationem,& licentior aliquanto in ſyllabarum ſpatiis habeatur. (Turba ruunt,& Hyment clamant,Hymeneæ frequentant,) Adeo ne quoſdam eſſe vel grammaticæ rationis expertes,vt non aduerterint Hymenæa legi nequaquam poſſe, vnde enim ille accuſandi caſus in a, deducatur,Aut quis quarto caſu Hymeneæ dixit cum in αιΘ, rectus exeat,ſed nobiliſſimi ſaltem poëtæ teſtimonio admoneri poterant, qui in libris de Ponto ſic ſcribens ad Max.cecinit: Ille ego qui cecini veſtros. Hymenæon ad ignes. Verum in Ibin de hoc,hisque ſimilibus alia,nam nec ſcribimus iuſtum nunc opus, & admonere tantum lectorem volumus. Alioqui, & Hypermeſtra. Vulgus Hymen,Hymeneæ uocant.Et Catullus:Hymen,ò Hymeneæ,Hymen.

EX LAODAMIA.

LINGVAQVE mandantis) Sic emenda cum hactenus mandatis legeretur. (Dux Pari) Ineptum, & perridiculum eſt,quod opici quidam, & male initiati literis Dyſpari ex Homerica Rhapſ.ſupponendum contendere.Quem non violauimus ignem. Non faces ab Ouid.pro igne intelligi ſubſequens verſus ſegniſſimum quemq; admonere poterat, ſed eũ ignem,quem cum aqua à noua nupta tangi moris erat. Plut.in Probl.& alij,nam & quinq; faces adhibebantur,quemadmodum panis cum aqua in eiſdem nuptiis Diony. Alic. Quid Io freta longa pererras ? An hic,vt in Ibi, primam huius dictionis corripuit, an vero vox eſt exclamantis.

EX PARIDE.

SED nymphis etiam curaque amorque fui) Quid eſt quòd nymphis curam ſe fuiſſe dicit ? An quòd,& alias præter Oenonen amarit ?

EX HELENA.

MILITIA eſt operis altera digna tui) Sic enim libentius legerim.

EX HERONE.

LEANDRE, tu vide) Ne vbi producitur prima ſyllaba Græcorum de more Leandre ſit ſcribendum.

EX ACONTIO.

ET Thetidis quale vix reor eſſe pedas) Α'ργυρόπεζαν, Thetin ex Hom.Rhapſ. innuit. (Maceror interdum) Grammatici quidam dum macerari verbum prima correpta pronunciari poſſe contendunt,verſiculum hunc ingenioſiſſimi Vatis contaminauerat, nõ aduertẽtes inuerſum eſſe uerborum ordinem,& ſic reſtituendum,vt nos emendauimus.(Si generoſa probaris) Sũt qui,Probatis,malint,ac ſi dicat tu tuiq; oẽs probatis ſtemmata in coniuge. (Tũc mea difficili) Sic legendum,non, Difficilis, qñ melius dicatur Nauem deductum difficili æquore.(His tñ aduerſo) Vide ne legẽdũ ſit Bis, vt ſignificet Cydippe nõ ſemel Vẽtum aduerſum fuiſſe. Miror,& innumeris ſtructã de cornibus arã. Nõ ego hoc loco plura quam quæ Politianus de ara Delij Apollinis ex cornibus facta frequentibus addã. Ad illũ diligẽtem Lectorẽ relegamus.Et de qua pariens arbore nixa Dea eſt. Oliuæ palmæq; arborẽ, cui Latona pariẽs innixa eſt innuit ipſe in 6.Met.Illic incumbẽs cum Palladis arbore palmæ. Sed Plut.fontiũ fecit hæc noĩa,obiectaq; Latonæ Draconis ſpecie p̃cipitaſſe eſe de ſaxo territã Græcis hæc auctoribus cantatiſſima ſunt.Satis nobis eſt digito fontẽ quærere uolentibus oſtẽdiſſe,nihil.n.ineptius,aut friuolum magis cenſeo q̃ vbi in puerilibus oſtẽtare ingenium aut eruditionẽ uelis.(In læuum verſor,cum vocat ille,latus) Iam qs non videat legẽdũ læuum,non dextrum? ſi quidem decũbentes dum auerſantur eos,q inuiſunt, in læuũ reclinent

clinent

clinēt latus necesse est. Mirabar quare tibi nomē Acontius esset. Si Euripidis illa in Polyni cis nomine interpretatio iure irrisa explosaq; est à doctis, nescio an hęc ꝓbari Ouidianæ sa tis debeat, cũ in eius nomine ludat Cydippe quasi iam inde à puero sortiri nomen hoc potuerit, ꝙ in illam iaculaturus esset amoris faciem ἀκόντιον .n. Græcis iaculũ. Sed hæc qñq; poëtis vsurpata in earũ ꝑsertim personarũ seruãdo decoro, quas minus prudẽtes paritasq; introducunt. Teq; tenente deos. Omnes hactenus deo, nullo (nisi fallimur) sensu.

EX SAPPHVS EPISTOLA EGNATIVS LECTORI.



Ontulimus olim in hanc epistolam aliquanto plus industriæ, ac curæ, tum ꝙ ceteris corruptior hæc erat, tum ꝙ tametsi cum reliquis ab Ouidio scripta videtur, illam tamen doctissimus quisq; ita semper admiratus est, ut secernendã ab aliis censuerit, ac si inter illos minores partitios allecta cõmunem sortem non ferat, eminereq; statim ceteras debeat. Quare & Calderinus, & ante illum Merula, veluti in Olympio stadio celebres Athletæ, non citra pulueris (quod aiunt) tactum, desudarunt, & vt coronam reportarent, cõtenderunt ac si Pythia illa ac Nemea, uel si qua alia in terra Gręcia celebrabantur olim, veram cumulatamq; victoribus gloriam afferrent. Et sane ut illa quidem sacra omnia erãt, & Olympicus Agon, uel Iouis maiestate, uel Herculis, qui primus instituit auctoritate, uel etiam loci magnitudine, ac claritate cetera terræ Græciæ præstabat, ita hæc epistola, tametsi cum reliquis scripta sit, & auctoris ipsius maiore quodam studio, & personæ, q̃ sustinet grauitate, & euentu maxime memorabili digna semper est uisa, quæ & principem sibi locum uendicaret, & maiorem diligentiã exposceret in q̃ si à uiro in primis erudito, ac de studijs nostris optime merito dissentire in paucis uidebor, ignoscet ille cum ceteris, cum in non paucioribus illũ, & sequar, & laudem. Vtinam quam eius literas ac studium æmulatione multorum digna iudicio, tã possem & cetera his æmulanda proponere. (Sapho Phaoni) Non ingratam tibi lector futuram fabellam existimo non animaduersam ab utroque commentatore, q̃ primo adolescentiæ nostræ Tirocinio ex græcis scriptoribus in racemationum nostrarum capite vulgauimus. Tu si vacat, inde eam petas. Nunquid vbi, alij ecquid ut emendarunt. Sed ipsi uiderint, mihi uetus lectio non immutanda est uisa, ubi presertim auribus illa obsequatur magis, & consensu etiam probetur eruditiorum. (Elegia flebile carmẽ) Et hęc lectio mihi semper uisa probabilior q̃ elegi verbum aut elegi quoq;, ꝙ substituere quidam, id quod inconcinnum absurdumq; videatur, nec ingenio poëtæ cõgruens, qua aũt ratione fiat, vt syllaba ea lõga fit, & auctorũ usu probatur, & à rõne nõ abhorret. (Nec mihi Pyrino subeũt Mnaisue puellæ, Nec me Lesbiadum cetera turba iuuat) Neq; accusare quempiã est animus, nec tm̃ mihi assumo, vt si quid alij diuersum à me senserint, id ego statim ad inuidiam meã traham. Sua cuiq; placent, ego mea vt non multum admiror, sic melius nihil habeo, non facile contemnere aut damnare soleo illud tñ in bonam partem dictum à me accipiant uelim, ꝙ immutarint lectionẽ, totamq; inuerterint, non mutaturos fuisse, si rem consideratius expẽdissent. Qui.n. quæso Pyrrhiades à Pyrrha, aut à Methyma Methymniades deduci possunt? Aut vnde hæc tam insolens, tamq; absurda deductio? dicimus quidem Lesbiadem, Pelasgiadem: Acheiadem: Heliconiadem, & cetera id genus, sed ut ratione non careant, non tñ Pyrrhiadem Methymniadẽ non magis q̃ Mithyleniadem. Romaiden, aut Cyrrhiaden, ꝙ nec usus, nec ratio patiatur. Vnde enim Patronymicum hoc muliebre formatur, aut qũo? Si .n. Pyrrhæus, ut Methymnęus est nomen possessiuum, ut sunt, nullo pacto poteris inde hoc Patronymicum deducere, aut enim Pyrrhas faciet, aut per dissolutionem Pyrrhaias, utrum autẽ dixeris, & duriter, & insolenter id deduxeris, quod si Pyrrhæades legeris, syllaba claudicet necesse est. Nos igitur à veteri stabimus lectione, exanimẽt illi rem totam, ut ingenio excellunt, & eruditione præstant, facile (vt opinor) recantabunt. (Quas hic sine crimine amaui) Non displiceret ea lectio, quàm astruxere, quis non sine crimine amaui. Sed interim ampliari iudicium postulo. Nec me despicias, si sum tibi corpore parua. Mẽsuramq; breuis

nominis

nominis ipſa ſero.Diuerſa longe eſt lectio,quæ nunc circunfertur .ſ.(Sum breuis, aut no-
men,quod terras impleat oẽs.Eſt mihi menſuram nominis ipſa ſero.) Sed uos erronem tel
lure.Alij ò vos erronem,uetus lectio.Nec uos erronem tellure admittit noſtrũ . (Niſiades
matres,ſicelidesq; nurus.) Alij.Niſiades matres , Niſiadesq; nurus. vt ſit geminatione iu-
cundius carmen.(Tu quoque quæ immites celebras.) Alij ſic emendarunt . Tu quoq; quæ
montes,ſed uiderint,illi,ne montanum ac ſubagreſte quid oboleat hæc emendatio . (Non
Arabum noſter rore capillus olet.) Alij non Arabum noſter dona capillus olet . (Non ut
amas oro,uerum ut amare ſinas.)Sic corriges quemadmodũ id quod ſequitur. Admonuit,
q̃ uis alij admoneat.(Per tibi qui nunq̃ longe diſcedas,amorem.)Alij oẽs diſcedit . Nos ex
affectu optantis fœminæ illum modum ſubſtituimus ac ſi dicat,qui ut nunq̃ diſcedat, & ha
beat à me,opto.(Poſtq̃ ſe dolor imminuit,mea pectora planxi.) Alij'. Nec pectora plangi ,
vbiq;,tñ Ouid.priore uerborum forma hanc ſententiam contexuit,ut Canace. Exierã tha
lamo,tunc demum pectora planxi.(Et Medea) Protinus abſciſſa planxi mea pectora ueſte .
Adde ꝙ uix dicatur nec puduit plangi pectora,ſed plangere ut exululare.(Frõdibus & nul-
læ dulce queruntur aues.)Vbi olim mille nullo ſenſu,emendabis nullæ,aliter & ſyllaba nu
tet,& ſenſus non quadret.(Grata prius lacrymas cum bibit herba meas.)Omnes hactenus
combibit legere,mihi cum bibit non diſplicet,vt hic planè ſic ſenſus incubuiſſe,ſeſe in locũ
frequentius ubi ante iacuerant,cum interim herba , locusq; ante illi gratus exciperet ſuas
lacrymas,quæ fluerent ad Phaonis memoriam,ſi quis tñ & combibit probat , non admodũ
repugnem.(Sola uirum non uita pie.)Emendabis pie.prius enim caſſa uox ſemper uiſa eſt,
ac nihili.(Et nitidus uitreoq; magis per lucidus amne . Fons ſacer) Alij aliter.Eſt nitidus
uitroq; magis perlucidus amnis.(Vna nemus) Quid enim ſibi uelit uetus lectio nõ uideo,
Vnda nemus,qn & Domitius iam ante id agnouit,& ſenſus una expoſcit.(Ante oculos ui-
ſa eſt Nais adeſſe meos.)Non poſſum non admirari tantam lectionis uarietatem in codici
bus deprehẽdi,uetus enim lectio ſic ferme habet.Formoſus puer eſt uiſus adeſſe mihi . Nũc
alij diuerſe legunt.(Conſtitit ante oculos Naias una meos.) Vbi miror quid ſibi uelit hoc
nomen,quod quidam legunt per ypſylon,manuſcriptus liber noſter ſic habuit, ut emenda-
uimus,q̃ igitur malint,eam ſequantur,illud teſtari poſſum ueteri ſi lectioni ſteteris , diſſen
tire à ſeſe Ouid.qui ſtatim non ad Cupidinem,ſed ad Nympham.i.hanc Naida conuerſam
Sappho faciat cum,inquit.Ibimus ò Nymphæ,quo in uerſu grauis inſederat error,ut Nym
phas alloqui uideretur,cum Naidem Nympham,quæ oculis obiecta illi fuerat, alloquitur,
& ſic Nymphe uocandi caſus erit Græcorũ more unitatis numero. (Nec mora iuſſus amãs
tenuit lectiſſima Pyrrhæ . Pectora , Deucalion igne leuatus erat.) Admonuimus iam aliàs
uarietatem lectionis incredibilem deprehendi in hac epiſtola . Nam quidam adeo diuerſi
abeũt,ut nec uerba,nec ſenſus cum ueteri lectione cõueniant,mihi non tm̃ animi fuit, ut tã
tam immutationem admitterem integrũ relicturus aliis,quid magis illi probaturi ſint,alij
igitur non fortaſſe male.Nec mora,uerſus amor fugit lentiſſima merſi Pectora , Deucalion
igne leuatus erat. (Ibimus ò Nymphe) Vocandi caſus eſt unitatis numero,& Græco more
enũciatus.(Grata lyram poſuit tibi Phœbe poëtria Sappho)Domitius,& alij, Poëtica Sap
pho,ignoſcant illi,tam perperam legunt,q̃ male interpretãtur,nemo .n. neſcire põt qui vel
græcis elemẽtis imbutus ſit,non dici ſubſtantiue vnq̃ ſic poëticam , dicimus enim poëticã
artem,ut Horatij Ars Poëtica,ſed poëtriam muliebri gñe,ut poëtam , quod græcis impri-
mis peculiare eſt.Nomina nanq; hac forma apud illos multa,ut, ψάλτρια,μαθήτρια,ποιήτρια
Lesbides æquoreæ nupturaq;,nuptaq; proles.Sic omnino melius,ut illud ẽt quod ſequitur
amatæ potius quã amare.(Me miſeram dixi quem modo penè meus)Male uetus lectio quę
nos uero quem,alij quam.(Ecquid ego hæc precibus) Alia lectio ecquid ago precibus. Pup-
pique tuæ uotiua paramus . Quis non uidet etiam reclamante librorum fide legendum pa
ramus non parantur ex amantis affectu ? ſignificare enim uoluit nuncupata à ſe ipſa uota
pro Phaonis reditu . (Non tamen inuenies,cur ego digna fuga.) Hic uerſus per parenthe-
ſim omnino legendus eſt . Hæc ſunt Beriuti optime quæ à nobis ſummo ſtudio ac diligen-
tia in hanc epiſtolam iampridem elucubrata breuiſſime uti uides complexi ſumus. Tu (ut
ſpero) non parum uoluptatis iam ex hac lectione capies, ceteri etiam emolumentum ,

quando

quando epiſtolæ omnium elegantiſſima:ita nunc legetur,ut intelligi poſſit. Quin etiam & Domitio ipſi viro plane erudito,& in hoc commentandi genere facile principi nõ paruam opem attulimus,quippe qui labores hominis partim neglectos,partim etiam fœdatos, ita reſtituimus:vt ipſe cum ſuo Naſone percipi tandem queat.Nam præter alia ſanata vlcera, græca omnia,quæ deſiderabantur teſtimonia,ſubtexenda in eius cõmentarijs curaui.Bene vale.Nec quæ alij nuper emendarunt,contemne,multa enim in illis bonæ frugis inuenies, vt induſtriæ illorum non parua habenda ſit gratia.

EX IBIDE.

PVGNABVNT Iaculis dũ thraces,Iaziges arcu) In cuius verſus interpretatione lapſum Domitium miror,qui Iapides,& legat,& interpretetur,ac ſi neſciat inter Scytas id genus hominum Ponti accolas ab omnibus & Geographis,& poëtis adnumerari. quorum teſtimonio breuitati inſtitutę ſtudens omitto.Iapides certe nuſquam lectum arcu,& ſagittandi peritia cælebres. (Quique ab equo præceps in aleis decidit aruis) De Bellerophonte intelligi nulli dubium,quod vero aleis aruis,non alienis erat legẽdum, admoneri vel Homerica lectione potuere,qui Illiad.ζ,ita cecinit. ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο,ὃν θυμὸν κατέδων,πάτον ἀνθρώπων ἀλεοίνων. Hæc carmina Cic.in 3. Tuſc.ita interpretatus eſt: Qui miſer in campis mœrens errabat aleis,ipſe ſuum cor edens hominum veſtigia vitans. Qui verſus quod ad aleos campos attinebat,corrupte ante habuit alienis. Dicti autem alei campi, ἀπὸ τῆς ἄλης .i. errore: traditum.n.eſt ipſum Bellerophontem elatũ rerum magnitudine,quas geſſerat,ad cœlum volandi cupidum,Pegaſi equi alligeri opera vſum, id quod moleſte Iupiter ferens aſilum immiſit Pegaſo quare inde excuſſus in Lyciæ campũ decidit, cui de continuo errore primus alei nomen dedit, quem equum mox aurora à Ioue munus accepit cõtinui eius curſus ſolatium,ſunt qui aſpirent dictionem,ἀπὸ τῶν ἁλῶν πηγνυμένων. Dictus aũt Bellerophõtes,ſeu Bellerophon, ꝗ ante Hipponoos, ab interfecto Bellero Corinthio.(Vel tua ue pęnę genus hoc cognouerit vnus)De Metio Suffetio Albanorũ dictatore ab equis,Tulli regis iuſſu diſtracto intelligendũ. Virg. Nec procul inde citæ Metiũ in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.at tu dictis albane maneres. (Cui nihil Hercei profuit ara Iouis) ἑρκεῖον δῖα Græci appellauere Iouem,qui penatibus præeſſet,atq; intra proprios lares coleretur, qñ τὰ ἕρκη domus ipſius circuitum appellant,vnde & Hic Herceus Iupiter,& apud Virg.aræ Herceæ.(Aut vt Amyn.)Pauſaniã Philippi Mace.regis Amyntę filij interſectorem notat,vnde Amyntiadẽ illũ poëta nuncupat.(Nataq; vt Aeacidæ) Laodamiã forte Alexandri Pyrri filij virginẽ intelligit,quæ à Milone Aetolo, vt Iuſt.lib.27. eſt auctor, interfecta per ſummũ eſt ſcelus.(Cantharides)Vermiculus hic ficis,& fraxino,ac albæ roſæ innaſcens,ac paucæ,præſentaneũ venenum habitũ,vt tñ remedia ſecum habeat alas,quæ in quacunq; parte venenũ ſit,auxiliãtur.memoriæ proditũ,Coſſinio equiti R. & Neronis principis amicitia claro,dum Lichene correptus eſſet,à medico datis interijſſe. hę Vticenſi Catoni obiectæ in Cyprij regis auctione,quas ſeſtertijs 60.addixiſſet, non tangi gemmas venditurus,quanti nunc venenũ(Pheræi)Iaſon hic à Pheris Theſſalicis,quas tyrãnide oppreſſerat,dictus Phęreus,de quo Cic.& Plin.7.qui deploratus à medicis vomicæ morbo,cũ mortẽ in acie quęreret,vulnerato ab hoſte pectore ſalutẽ inuenit.ita illi hoſtilis gladio ſalutẽ attulit,quẽ medici ſanare nulla rõne potuerãt.hunc Thebe vxor adiuuantibus cõſcijs tandẽ interemit.(Aquas occul.)An forte Alpheũ fluuiũ præterlabentẽ intelligit, ꝗ ſubter mare in Siciliã lapſus Arethuſæ fonti ſeſe immiſcet? (Vtq; vel Eurydamas) Hic Medus ex Homeri interpretis teſtimonio fuit, qui circa Thraſylli fratris tumulũ à Simone Lariſſęo tractus eſt. (Vnũ ꝗ toto corpore vulnus habet)Sic & ipſe in Metamorphoſi de Marſia,Nec quidq̃ niſi vulnus erat.(Vtq; Dryantidę)Lycurgum innuit,vt puto,Dryapis filium quem μονοκρήπιδα Gręco epitheto appellatum inuenio,ꝙ in altero tm̃ pede calceum hr̃et. Hunc Homerus à Ioue lumine orbatum cecinit.quare ꝙ altero pede læſus eſſet, cultũ pedis diſparẽ Naſo ingenioſe dixit.(Tiſameniq; patri,Callirhoëſq; viro) Quis dubitet Calligones male à Calderino legi?fabulãq; abſurde cõfingi? Tu igit Alchmæonẽ Amphiarai filiũ

matri

matricidam intellige,qui cum ad Phegeum Alphesibœę patrẽ venisset,vt furore ac insania purgaretur,in quam ob matris Eryphiles necem inciderat, Alphesibœã dato prius illi monili in vxorẽ purgatus accepit,inde profectus Callirhoën Acheloi filiã adamauit. Cumq; illa non aliter in nuptias cõcessura foret,q̃ monile accepisset, redijt ad Alphesibœam Alcmæon,monileq; repetens à Temeno,& Axione fratribus Alphesibœę est interfectus, quos soror tñ ĩ vltionẽ mariti necauit.hoc ipsum Ouid.1.de Remed.Amoris sic cecinit.Amphilochi frater ne Phœgida semper amaret. Callirhoë fecit parte receptatori Hanc rem & in Met.9.perstrinxit,Filia ne ue magis capiti sit fœda parentis. (Quà tua vel Pterela, vel tua Nisę fuit) Cymethonam Pterelę Taphiorum regis filiam, quæ Cephali Amphitrionem in expeditionem secuti capta amore est,nemo non nosse potest,de qua eadem, quę de Niso & Scylla fabulata est Gręcia.Illa.n.& patrem & patriã hosti prodidit, abscisso patris fatali capillo. Plautus in Amphitr. Peterelam ab eo interfectum solus omnium quos legerim, prodidit.(Vt quos dux Pœnus)Acerranorũ senatores ab Annib.per fraudẽ captos,& in puteum demersus notat Val.9.& App.Lybico. (Frater vt Antæi) Busirim eodem patre natũ, quo Antæus innuit,vt Prob.noster auct.est in Georg.Qualis aũt fuerit Busiris,notius est, q̃ vt pluribus explicare debeam.(Vt Sanis,& Scyrum,& cum Poliphemone natus) Hic & Procrustes cognomento dictus est.(Filius & Cereris) Pluton ex Iasio genitum & Cerere, Hesiod.cecinit in sua Theogonia,cuius nomine diuitia & opes Gręci appellãt, nã πλοῦτος diuitiæ.Cęcus ab Aristophane in fabula Pluto dictus,ꝙ raro ad bonos tirus adeat.(Solaq; Limone)Hippomenis filiã,de qua supra,Limonẽ appellauit, ꝙ famæ, quæ λιμὸς à Græcis dr̃,cũ equo à patre intra domum incluse perierit,qui postea locus Athenis ab ipsa puella & equo nomen habuit.De hac Ael.14.omnimodæ hist.sic scr.Hippomenes vnus ex his,qui à Codro originem ducebat,cũ calumniæ impatiẽs esse,ꝙ filia limone Adulterium commisisset,illum quidem cum filia curaui alligatum dilaniandum curauit,filiã vero cum equo domi inclusit,quoad fame perijt.Vnde Gręcis ꝓuerbialis locutio,Hippomene magis impius. Diogenianus.(Lynesius Heros)Quid si Cygneius legatur, & Tenes,unde tenedos insula dicta arcę à patre inclusus intelligaẽ? De Tene aũt & Securi Tenedia plura alias.(Vt satus Hiponoo.)Diximus Bellerophontem ante Hipponoum appellatum,ut melius & hic Hipponoo,qualiscunque hic sit. (Quique Lycurgidem letauit,& arbore natum: Idmonaque audacem,te quoque rumpat apr.)Tres hic intellexit Ouid.ab apris occisos, & primũ quidem Ancæũ Lycurgi & Antinoës filium,de quo sic Apollo.Τρεὶ τῶς γε μὲν ἔπετ' ἰοῦσιν Ἀγκαῖος τὸν μὲν ῥ' ἀπατηρ Λυκοῦργος ἔπεμπε Hic vero ab apro Calydonio in summo inguine ꝑcussus cecidit. Ouid.8. Quaque est via proxima leto,Summa fetus geminos dixerit ab inguine dentes, Concidit Ancæus. Alter vero est Adonis Cynaræ ex Myrtha filia genitus, quem fabulantur intra corticem matris,iam in arborem Myrtham mutatæ educatũ, & suo tẽpore inde emissum.(Nam Idmon Asterię & Apollonis proles apud Mariadynos ab apro necatur,clarus præcipue vaticinio Hũc tñ Balbus morbo perijsse prodidit in quinto.Quid est aũt ꝙ audacem Imona vates ingeniosissimus appellat? an ꝙ cũ sciret in expeditione illa se moriturũ,certę morti pro laude sese exposuit,quod summæ audacię cẽsetur opus? quod & Apollinus & Balbus noster ita in primo canit.Lacrymæ cecidere canenti. (Quod sibi iam clausos inuenit in ignibus argos. Inclususque necem cauea patiaris, vt illæ Non profecturę conditor historiæ)Num iustum opus hoc scribimus,sed studiosis tm̃, & industrijs prodesse contendimus,atq; ideo quãto breuius fieri potest,rem ipsam perstringimus. Domitius hoc in loco nescio quid de Cherillo malo illo rerum Alexandri scriptore confingit nullo satis auctore certo,cũ de Callisthene philosopho,& comite Alexãdri sentiẽdum sit. hic Arist.ex sorore nepos,dum ferre regis insolentiam non posset, qui sibi Ammonẽ patrẽ assereret,in odium eius incidens tanq̃ coniurationis Mace.concitator inedia mori coactus est caueæ cum cane inclusus, & ad ludibrium diu gestatus. Illi vero excellens ingenij vis, aut hist.à se conditæ de Alexandri rebus monumenta parũ profuere Iust.Sen.Cur.& alijs. Vtq; repertori nocuit pugnacis iambi, Sic sit in exitum lingua proterua tuum.Non ego is sum,qui Domitij ingeniũ non probem dignumq; uiri propositũ non maxime admiret,qui cum ea ætate esset (quartum.n.& trigesimum vitæ annum agens obijt) tot tantaq; edidit,

quot quantaq; in hoc genere ad hanc diem nemo in quibus ſi ille lapſus eſt interdũ ut fa-
cile omnes labimur,nõ tamen nõ digniſſimus omnium laude & commendatione ſit in his
præcipue,quæ primus aut inuenit,aut explicauit.Fuit ille,quod negare non poſſumus, ali-
quanto audacior,& comparatam ſibi auctoritatem,& gratiã multorum fauore cõciliatam
retinere quauis ratione & arte cõtendit,ut multa ẽt præcipitare coactus ſit, quæ ſi diutius
uixiſſet,forſitã emẽdaſſe,ut hoc ipſum de quo agimus in quo loco partim breuior eſt,q̃ tãta
res expoſcebat,partim ẽt quædã,quę ſuſtineri non pñt,inculcat.Nã de Archilocho intelli-
gi certũ eſt.qui ex paro inſula iambici carminis auctor apud Græcos celebris extitit,q tãta
carminis acerbitate ĩ Lycambẽ ſocerũ inuectus eſt,eiusq; filias,ut ad laquei mortẽ utroſq;
compulerit:ſed ꝙ ab his interfectus ſit,quod Domitius addit nõ inuenias, qui contra à Ca
londa quodã cui Corax cognomentum fuit, in acie fortiter pugnans occiditur, quem Py-
thium oraculum poſtea arguit,quod & Plin.7.prodidit.nec prius expiari à cæde potuit, q̃
excuſata cæde,eaque in neceſſitatem reiecta,illi ad Tenarum parentaſſe, unde prouerbium
Græcis ἀρχίλοχον πατεῖς in maledicos.Sed ad hunc locum minus hæ faciunt,cum Ouid. non
eius cædam,ſed id potius ſenſiſſe uideatur,ꝙ Lacędemonij libros Archilochi è ciuitate ſua
aſportari iuſſerint,ꝙ eorum parum pudicam,ac uerecundam lectionem arbitrabantur plus
moribus obeſſe,quàm ingenijs prodeſſe poſſe. Quo igitur ille demũ ſibi inuiſam maledi-
ctis inceſſiuerat,adeo ut nec ſibijpſi parceret,bene ab Ouid.dictus,linguam habuiſſe in ſuũ
exitium proteruam. Vtq; lyræ vates fertur perijſſe ſeueræ, Cauſa ſit exitij dextera læſa
tuis. Quid ſi Philoxenum Cythereũ Dithyramborũ poëtã intelligas? quod.n.Ariſto ꝓh.
neſcio quo Domi.comminiſcitur,perridiculum eſt.Nam & Dithyramborũ poëtæ ſeueri-
tas lyræ congruit,& quæ ſequuntur ab hiſt.non ſunt aliena.Cum.n.apud Diod.hic ageert,
nec eius poëmata laudare poſſet ut inepta, & inconcinna, in latomias coniectus eſt, unde
precibus amicorum extractus cum Diony.recitantẽ audiſſet,ſurrexit,& Dion. cauſam per
cunctanti,Statius,inquit,eſt in lapicidinis agere,quàm recitantem tyrannũ audire. Cic.in
epiſt.ad Att.lib.4.reliquum eſt σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει nõ mehercule poſſum,& Phi
loxeno ignoſco qui reduci in carcerem maluit,quàm talia, hic tandem cũ Tarentum aufu
giſſet reuocatus ab eodem Dionyſio per literas,nihil aliud reſpondit, q̃,a, literam,unde in
Adagium,Philoxeni libellus,de his qui rem aliquã facere nolint, uſurpant, & Græci,in la-
tomias.i.lapicidinas conijci,cum aliquem in malam rem abigendum ſignificare uolũt. ſit
autem hæc æſtimatio,nõ iudicium.Nam non ſatis liquet,an incorrupta ſit lectio. Quid.n.
ſibi uelit quòd læſam dicat dexteram exitii cauſam,coniectare nõ liquide poſſum. Illud o-
mittere non eſt uiſum quòd uariæ hiſt.4.Aelian.prodidit,Aeſchylum Tragycum ab Athe
nien.impietatis crimine fuiſſe damnatum,quem cum lapidibus obruere Atheniẽ.parati iã
eſſent,Ariſteæ minori natu fratri exerẽti brachium cui manus abſciſſa fuerat Salamina pu
gna in qua præ ceteris inſignem gloriam retulerat,facile fratrem donauit, memor uirtutis
Ariſteæ in nauilio prœlio nauatæ. (Et tibi coniugij nox prima nouiſſima uitæ. Eupolis
hoc perijt,& noua nupta modo.(Domitius Eupolim ueteris comœdiæ ſcriptorem falſo pu
tat,ego ex 3.Epigrammaton animaduerti alium fuiſſe hoc nomine adoleſcentem Nitiæ fi-
lium,qui Glycerio Euduci filia uxore ducta tecti lapſu cũ noua nupta obrutus eſt .i. nocte,
Græci uerſus hi ſunt ex 3.lib.duo.Εὔπολιν ὡς ἀγαθὴν τεγλυκήϊον, ὧν ὑμέναιον.Ἔσβεσεν ἐν
πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν τάλαμος,(Vtque cothurnatum periiſſe Lycophrona nar.(Quare cothur
natum Lycophrona appellauit.Ouid.à Domit.prætermiſſum eſſe miror, neq;.n.quòd Ale
xandrum opus compoſuerit iambico carmine,quod opus adhuc extat, cothurnatus eſt di-
ctus,ſed quòd & tragœdias complures,quarum maxime celebres Marathonios,Oedipus,&
Nauphas.(Quoque ſuæ paſſa eſt pellex inuita ſor.)Sic legendum hoc carmen ſenſu huiuſ
modi,ut lingua ſic illi abſcindatur,quẽadmodum Philumelæ contingit, quæ inuita pellex
ſororis fuerit.(Et puer Harp.)Sic & legẽdũ, & de Harpagi filio,quẽ Aſtyages Medorũ rex
patri epulandũ appoſuit,intelligẽdũ.Iuſt.& Herod.Vtq; duobus idem dictis modo nomẽ
habenti,Prefocent animę noxia mella uiam.Hunc Higinus Glaucũ filiũ Minois ſcr.qui in
uaſis melle ſuffocatus Aeſculapii ope reuixit,ſed & Clau.Cretaq;(ſi uere narratur fabula)
uidit Minoũ rupto puerũ prodire ſepulchro. Quem lenior uates auium clangore repertũ

Gramine

Gramine restituit, miræ nam munere fortis, Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis. Nec tibi si quid amas felicius Hæmone cadat) Vidit hoc in loco certe Domitius meliora, nec tamen sequi potuit. Nam quis hic fuerit Hęmon, diligentius explicandum omnino fuerat. Hic vero Hæmon Creontis filius minor natu fuit, Menœcei qui se pro patria deuouit, frater, cui Antigone Oedipi filia desponsata fuerat illa vero patrem in exilium secuta, Hæmon à Sphinge dilaniatus est, Euripidi & eius interpretibus. (Teli genus hęreat illud) Osse.n.marinæ turturis Telegonus Vlyssem patrem interemit, cōmētarius Aristophanis & Dictis. (Vtq; loquax) Anticlum Polit. in miscellaneis ex homerica Raspodia significari uoluit, in quo tñ Politiani error apparet, neq;.n.necauit illum Vlysses, sed eatenus cōpressit illi labia, quatenus Helena affuit. Error autem ex uerbi Græci similitudine facile ortus, nam φ πνίζειν & πιέζειν literi parum distant, imposuit Politia. (Comicus vt liquidis periit, dum nabat in undis) Nō nescio de Terentio hic esse quosdam suspicatos, sed quid si Eupolim intelligas? quem cōstat ex Aristophanis cōmentario ab his in quos Baptas acerbissimam comœdiam scripserat, mari immersum suffocatumq;, qui Comicus per excellentiam appellari potuerit. Vtq; cothurnatum vatem tutela Dianæ, Dilaniet uigilum te quoque turba canum. Quod Domit. de Euripide scripsit, bene certe interpretatus est, illud addidisset uellē, quod Aribeus Macedō & Crateuas Thessalus, poëtę: dum inuident glorię: canes à Lysimacho Archelai seruo immittendos curarunt, qui securum illum inuaderēt & laniarent. Non desunt tamen qui illum à fœminis discerptum prodiderint, dum intempestiue ad Craterum Archelai Amasium proficiscitur. Sed eum alij, dum in codici uxorē solicitat interfectum scribunt. Vixit aūt annis 75. cuius ossa Pellam Archelai iussu deportata sunt, sed & Gel. 15. non pauca. Diripiantq; tuos insanis unguibus artus, Strimoniæ matres Orpheon esse ratæ. Vt illi male Hymenea, in epist. 4. emendarant casu, quod in heroidibus adnotauimus, ita hic aduersa ratione error inoleuit, neq; enim uideo qui quartus hic casus enunciari in on possit, quod qui prima grammatices Græce rudimenta perceperint, intelligere facile poterunt quare ex manuscripto, libro, Orphea te esse ratæ, legas. (Obstructusq; famem patiaris limine tecti) Pausaniam Lacedæmonium Cleōbroti filium innuit, de quo nō plura dicam, quando Græcis & Latinis monumentis omnia vulgatissima sunt. Nunc quoq; pellit Io. Corripuit hoc in loco, ut superius in Hypermnestra, Quæ tibi causa fugæ, quod Io freta longa pererras. (Climadęq; modo) Alcibiadis Climę filij casum ex Plut. in eius uita accipe, qui miserabili incendio semiustus, flammis ferroq; oppetiit.

EX EIVSDEM EGNATII RACEMATIONIBVS,

Super Phaone fabula quædam haud sanè hactenus cognita: explicata. Cap. I.



Commētarios in Sapphus ad Phaonem epistolam: pręclara duo nostrę tēpestatis excudere ingenia: Georgius.s. Merula & Calderinus Domitius: Alexādrinus ille patria: Veronensis Domitius: Vterq; mediusfidus: si iudiciū requiras meū, erudire multa: multa ingeniose, tū de Gręcorū tū de Latinorū hausta fontibus in mediū protulere: Ceterū quoniam unus alterue, nō omnia nosse potest, animaduertimus nos historiam super Phaone: uel potius Fabellam lepidam sanè, neq; nō necessariā admodum, pretermissam. Eam si in pręsentia explicemus, haud quidem ingratam, iniucundamq; studiosis adolescentius rem facturum nos credimus: dum qualemcunq; grecorum tradidere monimenta, latinis nostris nostra opera, studioq;, uelu ti per quosdam traduces legendam dederimus. Hanc igitur ad hanc fermè sententiam Aelianus omnimodę historię duodecimo describit. Pulcherrimum mortalium omniū Phaonem à Venere olim lactucis occultatum, Esse uero, & alios aliter qui scripserint. fuisse Phaonē ex eorum hominum genere, qui traiiciendis ultro citroq; uiatoribus nauigiolis impensiorem dantes operam, uictum sibi diurnū quęritarent. accessisse tandem aliquando, & Venerem, quę se, ut in alteram trāsportaret ripam, nulla interim promissa stipe rogat. Quod cum ille libentius effecisset, nescius quam transueheret deam esse. tum uero à Venere lōge

preciosius

precioſius accepiſſe munus, quàm ſi vel ampliſſimum manupreciuin exegiſſet. Alabaſtrum nanq; cum accepiſſet vnguine quodam plenam quo ſemel perunctus formoſiſſimus repente mortalium cunctorum apparuit. mulieres omnes Lesbias in eius exarſiſſe cupedinem, præteritis vero impatiētiſſime atq; ardentiſſime à Sappho illum Scamandronymi poëtria per quam celebri adamatum. cum qua cubantem uelut adulterum captū necatumq; fuiſſe. Illud uero nec poſſum: nec uolo diſſimulatum. extremam hanc particulam de Phaonis videlicet nece: non ſatis ex græco conſtare libro. Interfectum quidem illum tanquam mœchum certum eſt: ſed cum amica hac ſua nec ne: haud firmare vacillante libris fide auſim. Atque hanc eſſe Sappho: quam diuinus quoque Plato ſapientē uocet, ſunt qui putent. ſunt qui alteram Lesbiam, & ipſam pſaltriam hanc credant: quę amoris impatientia ex Leucate ſeſe poſtmodum in mare deiecerit. Satis enim conſtat Aeliano ipſo, & Suidæ ſcriptis duas extitiſſe, quarum vna poëtria perquam celebris: altera & pſaltria & meretrix fuerit. Cui quoq; Fabullæ Luciani ex mortuorum dialogis ad hunc ferme ſenſum ſubſcribit teſtimonium. An & tibi ſorte fortuna quiſpiam: vt Phaoni Veuus olim dicitur: cum illam traiecisſet ex Chio ſic adulesceris pulcher in primis, & amabilis oblatus eſt?

EX SAPPHVS AD PHAONEM EPISTOLA carmina præter multorum hactenus ſententia enodata. Cap. II.



EC mihi Pierides ſubeunt, Dryades ue puellæ, Nec me Theſpiadum cetera turba iuuat. Duos hoſce uerſiculos cōmentarij: unus ut notiſſimos: ut altioris neſcio quid doctrinæ cōtinētes enarrat alter. ſed uterque (quod omni cū modeſtia pictum velim) tam peruerſe legit quam falſo (niſi fallor) interpretatur: Quid. n. amabo (vt Merulam interim omiſerim non multum inſudantem) ſuperſtitioſa illa Domitij valet explicatio, q̃ ille ingenioſe magis comminiſcitur quam vere? Atq; ut omnia demus: Quid (quæſo) cōmercij muſis cum Dryadibus: niſi philoſophari altius tunc Domitio uiſum? Quid ſordidum illud turbæ nomē ad muſas? Quid ſubſequentes uerſiculi duo uilis Amynthone: utilis mihi candida Cydno non oculis grata eſt atthis ut ante meis. Sed miſſa hæc omnia fecerimus: Quid ad hoc reſpondebunt, quod libris omnes Naides ue puellæ. nō Dryades habent? Quod & Merula fateat: ſed repugnāte ſyllaba ſubſtirutas à ſe ueſcio quas Dryades Roboreas plane deas: & Silueſtres non negat. Remittemus igitur illarus, unde uenere. Nō uero, & ipſius Sapphus gręcis uerſiculis freti, & ueteres libri ſecuti, ſic legendū affirmamus. Nec mihi Piryno ſubeunt Mnais ue puellæ, Nec me Lesbiadū cetera turba iuuat. Hæ nanq; fuere Tribades Piryno uidelicet, & Minais quas & ipſa Sappho citet hiſce uerſiculis. Μάλλα δ'ήκε κορημένον σόργος καὶ πάλλιν, ἄμος φότερον μναίδος καὶ τῆς ἀπλῶς πυρίνος. Subnectit aūt qui περὶ διαλέκτον, conſcripſit auctor, ἐστὶν ἥμναις αὐτὴ καὶ ἡ πυρίνω ὀνόματα κύρια. i. ſunt aūt Mnais, & Piryno nomina ꝑpria. Numinis aūt prioris Tribadus erit illa inflexio: quę gręcis & latinis uſurpatur monimentis frequens, ut Dido Didus: Sappho Sapphus. ſic Pyrino Pyrinus. de qua inflexione & Quintilianus & grammatici certatim, ſed & illud Theſpiadum quis non uideat legendum Lesbyadū? cum & liber uetus hoc innuat, & prompta fuerit oīa deprauantibus inuerſio: qui malunt cuncta corrumpere, quàm ſeſe fateri aliqui ignorare, ſed ſuper hoc nihil addam amplius, ſi lectorē prius rogaro, ut candide cuncta libret, nec aut quorundā auctoritate imponi ſibi patiatur, aut meliora ſemper inueniri uon poſſe diffidat. Quam noſtram emendationem eo mag.s probamus, ꝙ Flaminius noſter candidus omnium doctorum laudator, atque idem in pancarminibus celebris auctor, calculum ſtatim appoſuit ſuum, ut iam ſcrupulum ſemper fatigatus ſuper carminibus fuerit, habeat nullum.



ETYMOLOGIA HVIVS VOCABVLI HEROS, ET, QVI SINT HEROES.






VONIAM Nasonis epistolæ Heroides inscribuntur, non alienum à proposito visum est, huius verbi Heros etymologiã, siue significatum ostendere. Audiatur itaque D. Augustinus copiosissime docens, quid sint Heroës, libro decimo de Ciuitate Dei, his uerbis: Nomen Heroum à Iunone dicitur tractum quòd Græce Iuno Hera appellatur: & ideo nescio quis filius eius secundum Græcorum fabulas Heros fuit nuncupatus: hoc uidelicet mysticum significante fabula, quòd aër Iunoni deputatur. Vbi uolunt Heroas cum dæmonibus habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem in septimo. Inter lunæ gyrum, nimborum, ac uentorum cacumina aërias esse animas: sed eas animo, non oculis uideri, & uocari Heroas, & Lares, & Genios. Trimegistius quoque auctor est, Heroas habitare inter aëris purissimam partem supra nos, & terram, vbi nullus est nebulis locus. Minime prætereundum est id, quod Martianus Capella tradit in nuptiis Philologiæ, Heroas uidelicet ab Hera, quæ terra dicitur, esse nuncupatos. Hinc Heroides fœminæ clariores, quales sunt Heroum vxores, & filiæ. Ex his igitur liquido claret, quid sint Heroës, & unde dicantur.

P. OVIDII

P. OVIDII NASONIS POETAE SVLMONENSIS HEROIDES.



PENELOPE VLYSSI.



Anc, tua Penelope lento tibi mittit * Vlysse.
Nil mihi rescribas: attamen ipse ueni.
Troia iacet certe danais inuisa puellis:
Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit.
O Vtinam tunc, cum Lacedemona classe petebat:
Obrutus insanis esset adulter aquis.

HVBERTINI PRAEFATIO.



HVB. Anc, tua Penelope) Quodcunq; opus legẽdum ꝓponitur quamuis facillimũ ignorato argumento, ut sit difficile necesse est quáobrẽ cũ officio ꝓfessionis meæ multa enarrare: & interpretari contigerit, id in primis semper laborandum putaui ut legẽdorum argumentum pateret: deinde si qua, aut in uerbis, aut in sensu obscuriora essent: diligenter explanarẽ: ut non mihi quẽadmodũ multi inani gloria adducti, sed aliis interpretari uiderer & in nullius manus scripta mea peruenirent: qui ex labore meo fructum non perciperent. Quod quidem cum hactenus me assecutum sperem, dabo operam: ut in futurum multo magis fiat · non tamen usque ad superfluum laborem occupari placet. Nam ut Fab. Quint. lib. 1. institutionum oratoriarum, inquit, Persequi quidem quòd quisq; unquam, uel contemptissimorũ hominũ dixerit: aut nimiæ miseriæ, aut inanis iactantiæ est, & detinet, atq; obruit ingenia melius aliis uacatura. Nã qui omnes, etiam indignas lectione schedas excutit: anilibus quoq; fabulis accõmodare operã potest. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimentis grãmaticorũ cõmentarii uix ipsis, qui cõposuerunt, satis noti. Hæc Quintil. Quamobrem tum in argumentis singularum epistolarum enarrandis: tum in cæteris exponendis mediocritatem sequemur ita, ut neque lectorem fastidio afficiam, nec tamen quidquam in his nostris enarrationibus desideretur: quod in hoc opere cognitione dignum uideatur: persequar tamen etiam minutiora quædam, quia non solum ab eruditis uolo nostra legi, sed multo magis ab iis, qui erudiri uolunt, quibus omnia plana & aperta placent. Non enim ad ostentationem, sed ad utilitatem nostram edimus. & quẽadmodũ pecuniæ: ita operæ beneficium indigentib. præstãdũ est, & id quidẽ liberaliter. sunt. n. qui ut uideantur doctiores: non ut interpretationes, sed ænigmata proferãt: quos cũ sua ambitione & ostentatione relinquimus, quo plus odii sibi,

*Vlyss.

quàm fauoris comparant:Ego cum intelligam interpretem oportere eſſe quaſi lumē eorũ,
quæ interpretantur,& cum omnes non potuerint multa,aut audiſſe,aut uidiſſe,non exiſti
mabo mihi turpe.ſicut pueris proponi debet in ſcolis hoc opus , ita a me declaratũ fuerit.
Quod idem de pleriſque aliis. Deo mihi aſpirante breui me facturum ſpero. Sed nũc ad in
ſtituta pergamus.Poſtquã igitur titulum operis uiderimus,& qualitatem carminis, & in-
tentionem ſcribentis,ad argumentum,& textus expoſitionem ueniemus. Repetetur autē
paulo altius,primæ epiſtolæ argumentũ , quoniã ex eo aliarum complurium epiſtolarum
argumenta pendent,in quibus poſtea eam ob cauſam erimus breuiores.Titulus operis eſt.
P.Ouid.Naſonis poëtæ Sulmonenſis Heroidum,ſiue Heroidarum lib.incipit.Primus au-
tem non addimus,quia plurimis placet unum tãtummodo eſſe librum, cum in epiſtolas di
uidatur,& non in libros,in codice tamen meo uetuſtiſſimo reperi diſtinctionem librorũ,
quod quidem licet numero epiſtolarum conſtet, ita fieri potuit, ſicut in epiſtolis , quas in
ponto ſcripſit, quæ in libros plurimos diuiduntur,& Iuuen.ſatyre licet ſeparatas habeant
ſentētias,librorum tamē numerum habēt.Inueni igitur in lib.meo uetuſtiſſimo hoc opus
diuiſum in lib.5.quorum primus incipit.Hanc tua Penelope.II.Littora Theſſaliæ.III.Si
qua tamē cæcis.IIII.Mittit Hypermneſtra.V.& ultimus.Mittit Abidenus.Sed in hoc no
lim tamen eſſe contentioſus,aut pertinax:Epiſtolæ ſunt numero.20.quas heroidũ uel ho-
roidarum appellant,qm̃ licet aliquot ex eis a uiris ſcribãtur,maxima tamen ex parte ſunt
clararum,& illuſtrium mulierum,quas heroidas appellãt.Ouid.lib.2.Triſtium: Prima lo
cum ſanctas heroidas inter haberes.Maſculinũ eſt heros,qui & ſemideus dicitur,& uir for
tis,& uirtute eminens,plus homine habēt.Fœmininum uero ſub forma patronymica dici
tur herois,& heroine.Ouid.autem ſe non ſolum ſcripſiſſet has,ſed & alias,quæ nõ ſunt in
hoc uolumine commemorat 3.Amorum ad Macrum.Carmen autem elegiacum,eſt hexa-
metrum,& pentametrum,quod quidem & amoribus , & querelis & miſeriis conuenit , ut
Horat.in Poëtica oſtēdit.Verſibus impariter iunctis quærimonia primum. Mox etiam in
cluſa eſt uoti ſententia compos. Quis tamē exiguos elegos emiſerit auctor Grãmatici cer
tant.Genus autem orationis humile eſt,quia tali carmini conuenit,hoc eſt elegiaco,quod
(ut diximus)exiguũ appellauit Horat.quanquam inter elegiaca Naſonis carmina hoc ma
xime & ſententiis,quãtum materia ipſa patitur,& uerborum proprietate uidetur aſſurge-
re.Materia uero eſt ethica.i.moralis quia deſcribit uarios uariorũ,mulierumq; mores,in-
tentio poëtę eſt exercendo ingenium,& quærendo formam amoris effectus demõſtrare,&
oſtendere,quantum hi differãt in mulieribus pudicis,& impudicis qui in alii caſti amoris
pietatem in aliis libidinis & furoris incontinentiam probant.Itaque aliæ ad laudē & imi
tationem,aliæ ad libidinis,& impudicitiæ deteſtationem memorantur. Sciendũ aũt eſt,ꝙ
amoris effectus in nullis Naſonis libris melius exprimuntur, quam in his epiſtolis,in qui
bus artis amandi exercitationem oſtendit,ſicut ex orationibus Cic. quidquid in arte dicē
di tra ditur optime percipitur.Sed iã argumētũ enarremus, quod ut ſupra diximus , paulo
altius maioris declarationis gratia repetetur.Ad Pelei Aeaci filii,& Thetidis nymphę eiꝰ
uxoris nuptias quæ in Pelio Theſſaliæ monte celebratæ ſunt Diis omnibus,ac deabus præ
ter diſcordiam inuitatis,illa indignata accumbētibus cum Ioue Iunone eius uxore & Pal
lade,& Venere,in medium earum coniecit pomum, in quo ſcriptũ erat.Detur pulchriori,
cumque(ut eſt mulieribus opinio de pulchritudine propria audax,& temeraria) quælibet
earum ſe pulchriorem dicere,neque Iuppiter uellet de hac re iudicare,ne aut uxorem , aut
filias offenderet,eas remiſit ad Parim,qui educatus inter paſtores, tunc armenta in Ida ſer
uabat. A quo iuſſit eas petere huius contentionis iudicium , & determinationem. Cum
enim Hecuba Priami uxor Paride grauida eſſet,ſomniauit ſe parere facem,quę totam Tro
iam incēdio corriperet,Haruſpicum reſponſus,& numinis oraculo Priamus cognouit ori
turum ſibi filium ex Hecuba,qui patriæ eſſet ruturum incēdiũ.Quare iuſſit uxori,ut quid
quid pareret,interficeret,illa cum puerum,qui poſtea Paris dictus eſt, peperiſſet, materna
pietate mota,non ſuſtinuit eum interficere,ſed facta eius mortis ſimulatione,decepto Pria
mo , iuſſit eum regiis paſtoribus tradi , qui puerum alerent. Itaque, ut paſtoris filius,aut,
ut alii uolunt , & ſeruos , & famulus in pecorum , & armentorum cuſtodiis nutritus eſt.

Oenones nymphæ coniugio usus. Ad hunc igitur in idæis uallibus armēta seruantem cū tres deæ accessissent, seorsum cum eo quæque locutæ pollicitationibus,(ut sæpe in iudiciis fit)corrumpere tētauerunt. Nam Iuno(ut est deorum regina)diuitias & regna. Pallas gloriam,sapientiam,& rerum omnium cognitionem: Venus autem uoluptatem,& pulcherrimæ in toto orbe terrarum mulieris usum & possessionem promisit. Quas auditas Paris iussit ante se nudas adesse,ut certius de earum pulchritudine iudicium afferre posset, & demū Veneris promissis magis captus,pro ea sententiam tulit. Post aliquantulum temporis cum agonale certamen illic celebraretur: Paris qui fortissimus erat,ad illud accessit,in quo cum omnes,& etiam ipsum Hectora superaret. Hector ira succensus adiuit stricto gladio,tāquā pastorem eum esset interfecturus. Paris se eius germanum confessus est,quod ut Seru.scr.allatis crepundiis,probauit,cum adhuc sub pastoris habitu lateret. sunt autem crepundia infantulorum ornamenta,recognitum igitur esse filium suum Priamus,Paridē recepit in domum tanquam tanto tēpore functus,esset fato,& periculo,quod ex eo imminere audierat, qui mox aliquot nauibus ædificatis Spartham nauigauit,ubi cū à Menelao Agamem.regis Græcorū fratre hospitio exceptus fuisset,deinde ipsi Menelao contigisset, in Cretā proficisci,illi perfidus hospes: Helenam Menelai uxorem Iouis ex Leda filiam,omnium mulierū speciosissimam in amorem suum solicitantem abduxit ad Troiam. Alii uolunt expugnata Spartha,siue Lacedæmone.utroque enim nomina dicitur,Helenam quam ei Venus promiserat,à Paride abductam. Herod.dicit eam nunquam fuisse ductam illum, licet ferè omnes historiographi & poëtæ aliter sentiant,& credent eam ad Troiam deductam,ut etiā Hom. ostēdere uidetur. Cum igitur ad eam repetendam legati ab Agamemnone, & Menelao frustra sæpe missi fuissent. Agamenon, & Menelaus tantam iniuriam armis uindicare & Helenam bello repetere decreuerunt. Itaque cum ad expeditionem & uniuersa Græcia exercitum cogerēt. Vlysses Penelopes admodum puellæ,quam paulo ante duxerat uxorem,& ex ea tantum susceperat Telemachum filium amore retentus,ne iret ad illud bellum insaniā simulauit.iunctis enim diuersi generis animalibus arabat,& salem seminabat,quā insaniā Palamedes uir,bello clarus,qui regis mandato delectum faciebat,detexit, nam cum aranti Vlyssi obiecisset Telemachum,ille ne filium læderet aratrum eleuauit, & suspensus aratrū ultra filium transtulit,ex quo cognitus non esse insanus,coactus est ad bellum Troianū ire ubi & Palamedis iniuriam ultus est. Nam eum falso proditionis crimine a Græcis dānari, & lapidibus obrui & interfici fecit,mox in eo bello multa prudentiæ, & solertiæ documenta exhibuit quæ ipse apud Ouid. lib.13. Met.commemorauit,quæ hoc loco uitandæ prolixitatis gratia prætereo. Postremo eius opera factum est,ut Troia decimo tandē anno, post quā obsideri cœperat,caperetur,unde & ab Homerò,πολίπορθος,id est urbis populator dicitur,& cum in castris de armis Achillis inter ipsum & Aiacem Telamonium ortū esset certamen: Vlysses dicendi facundia ea obtinuit,mox euerso Ilio, & Astyanacte Hectoris filio è turri præcipitato,ne aliquis de sanguine Hectoris superesset,acceptaq; parte prædæ Troiane,cum in patriam gloriosus uictor reuersurus mari se credidisset, longe cōtra uotū suū ei accidit,nam uentis,tempestate actus multum,diuque errauit,aliorum decem annorum spatio ad multa orbis terrarum loca delatus, mores hominum multorum uidit,& urbes. Reliqua de eo dicetur in fine epistolæ. Cum igitur cæteris ducibus,& militibus græcis qui bello superfuerant domum reuersis, solus Vlysses non reuerteretur, neque Penelope eius uxor causam huius absentiæ sciret,ad eum scribit hanc epist.in qua castum,& coniugalem amorem suum erga Vlyssem ostendit,& eum rogat,ut nullam remittat per literas respōsionem sed ipsemet ueniat. Adducit autem multas rationes, quibus probat eum debere uenire. Probat enim primum à commoditate, quia non amplius detineatur bello, quia Troia propter quam abfuerat,capta,& euersa sit. Deinde ad honestate,& equitate,quia cum cęteri uiri domum reuersi uxores suas præsentia sua consolantur,& rerum gestarū narratione detineant,ipse solus maritali desit officio præsertim cum ipsa,ut refert,perpetuū coniugalem amorem in eum seruauerit. Ostendit enim se neque alii instante patre nubere uoluisse & semper fuisse sollicitam de periculis Vlyssis,quod est piæ & fidelis coniugis argumentū Postremoq; Vlyss.debeat domū reuerti arguit Penelope ab eius utilitate, qa eo absente

eius bona delapidentur,& diſſipentur.cum neque ipſe utpote mulier neque Telem.admodum puer,neque Laërtes eius pater ſenio confectus ea tueri poſſint. Commemorat autem ei præcipuæ ſenium patris,& Telemachi filii teneram ætatem , ut ſi eum uxoris amor , curaque non reducat,moueat ſaltem filialis,paternuſque affectus,ſic ergo inquit.

HVB.

HVBERTINI EXPOSITIO.

HANC,tua Penelope)Senſus eſt.O Vlyſſ. Penelope uxor tua mittit tibi hanc epiſto. nolo aũt mihi reſcribas aliquid,ſed tu ipſe uenias.(Hanc).i.epiſtolã. (Tibi lento) .i. tardo.(Tua)Subaudi uxor,nã in omnibus propriis , & genitiuis pro nominũ , relatiuorũ, uel demonſtratiuorũ,& in pronominibus poſſeſſiuis ſæpe filiorũ , uxorũ,maritorũ,ſeruorumq; nomina ſubaudiũtur.Virg.Hectoris.Andromache.ſ.uxor.Cic.in epiſt.Seru. Tuus .ſ.filius Terent.Video forte huius Birrhiam ſubaudi ſeruũ,& notãda eſt hæc regula.(Mittit)De ſe tanquã de tertia perſona dicit,cum in ſequenti uerſu in prima perſona loquatur dicit enim.(Nihil mihi reſcrib.).i. non remittas mihi reſponſum per literas , ſed tu ipſe ueni,ipſe hoc loco demonſtratiue ponitur,nam licet per eclypſim per ſe proferatur,tamen ſubauditur,& habet teſte.Pri.ſignificationem tu eius pronominis, quod ſubauditur. ſ.tu, & eſt demonſtratiuum.(Troia)Adducit rationem, quare Vlyſſes, debeat,& poſſit uenire, dicit.n.Troiam,propter quam domo diſceſſerat,eſſe euerſam. Troia etiã cũ regio ſit Aſiæ, in qua erat Ilium urbs,quã Græci euerterunt,ponitur tñ interdum pro urbe,ut Virg.omnemq; reuerti per Troiam,& hic Troia.i. Ilium,eſt urbs Troiæ.(Iacet) Diruta eſt,& ſolo æquata ſicut.n.urbes cũ ædificantur,aut florere dñr ſtare,aut ſurgere,ut Virg. Surgentẽq; nouæ Carthaginis arcẽ,& idem Troiaq; nunc ſtares,& Ouid.Iam ſtabant Thebę,ita cum dirutæ ſunt,dñr iacere & cadere.Seru.Sulp.ad Cic. Quæ tunc proſtrata & diruta ante oculos iacet.Virg.Ceciditq; ſuperbum Ilium.(Certe) Diſtinguendũ eſt,ut nõ dicamus certe inuiſa,non enim neceſſe eſt affirmare Vlyſ.quod Troia iacet,quia hæc ipſe optime ſciebat, qui fuerat præſens,& ut dictum eſt in argumento , fuerat etiam ex magna parte auctor illius ruinæ,dicit ergo certe odio habita. (Puellis Danais).i. mulieribus Græcis . nam Danai a Danao rege dñr,qui ante Pelaſgi dicebantur, & argiui quia Danaus,unde dicti ſunt, argos habitauit:Puellis aũt dixit,non ſolum ſexum ſed ætatem ſignificans quia adoleſcentulæ mulieres nuper nuptæ moleſtius ferunt maritorum abſentiã.(Vix Priamus)Vix ſtultum & ridiculum eſt,quòd quidam ſic ordinant, uix. ſ. iaceret,uel uix inuiſa,cum neuter ſenſus procedat,ſed ſic intelligatur.(Priamus, & tota Troia uix) Meruit hoc odium Græcarum mulierum,hoc eſt,ut earum mariti propter ipſum Priamum,& Troiam abeſſent,& conſequenter haberentur odio.(Priamus)Habet emphaſium hoc nomen proprium,q.d.licet magnus rex.(Tota Troia).i.oẽs Troiani,continens pro contento. (Vix fuit tanti)Vt per eius obſidionem tot uiri Græci abeſſent, & ſic earum uxores eã haberent inuiſam. (O utinam)O ad oẽs affectus conuenit,uel miſerationis,uel indignationis,iungiturq; uocatiuo,nominatiuo,& accuſatiuo.Cic.O magna uis ueritatis,& ò me miſerum.Interdum per eclypſim prætermittitur, ſed ſubauditur.Pli.Iunior.O hominem impatientem,ac potius durum.Interdum eſt aduerbium uocandi & iungitur uocatiuo, ut ò regina nouam &c. Interdum mirandi,ut Iuuen.O qualis facies,interdum indignandi,ut Cic.O tempora,ò mores,interdum optandi,ut Virg.Adſis tñ.& in Buc. O tñ liberat mecum tibi ſordida ruta . Atque humiles habitare caſas,& hac ſignificatione optandi interdum ponitur per ſe,ut in exemplis ſupradictis,interdum iungitur cum utinam ad maiorem affectum exprimendũ, ut hic apud Ouid.interdum cum ſi affectum habet optandi, ut apud Perſ. O ſi ebuliat patrui præclarum funus,interdum,ut inquit Don.interiectio eſt optãtis aduentum,aut animi repetente percuſſi,ut Terent.ò ſalue Pamphile.(Adulter).i.Paris,quem per iram proprio nomine appellare nõ potuit,ſed per contumeliam adulterũ dixit.eſt.n.adulter q alienæ cõmiſcetur uxori.(Eſſet obrutus)Eſſet oppreſſus & ſubmerſus. (Aquis inſanis).i.magnis,uel turbidis,& tẽpeſtuoſis,utrũq;.n.ſignificat,ut infra:Qđ neſcires inſania qd æquora pñt,& in Buc.Inſani feriãt ſiue littora fluctus.(Cum).i.qñ ſubauditur tũc.(Petebat).i. abat.(Lacedęmona).i.Spartam,nam utroq; nomine dr̃,eſt aũt urbs Laconiæ. Lacedæmon

autem

autem dicta à Lacedęmone filio Iouis & Taygetes,ex qua urbe, ut dictũ est. Paris Helenã abduxit.Sed Lacedęmona tam pro regione quam pro urbe ponitur,ut Strabo scripsit ex au ctoritate Hom.(Classe).i.multitudine nauium instructarum:nã hoc significat classis licet ponatur interdum pro una naui.Horat.Me uel extremos Numidarum in agros classe rele get,optat autem ꝙ Paris fuisset submersus,cum iret ad rapiẽdam Helenam,quia si Helena non fuisset abducta,nunquam Gręci ad obsidionem Troię iuissent,& ipsa Penelope nõ pas sa fuisse incõmoda,quę infra se pati commemorat.In quo poëta optime exprimit affectum doloris mulieris:cuius est lõge repetere suarum infelicitatum initia,& causas, sic Ariadnę apud Catul.Iuppiter omnipotens,utinam nec tẽpore primo.Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes.& Dido apud Virg.4.Aene.Felix si littora tantum nunquã Dardanię teti gissent nostrę Chrinę.Item Ariadnę in epist.ad Thescum.Viueret Androgeos utinã &c. & Medeę ancilla apud Ennium. (Vtinam) Ne in nemore Pelio securibus cęsa cecidissent abiegnę ad terram trabes,neue inde nauis inchoandę exordiũ cœpisset, quę nunc nomina tur nomine Argo &c.Hanc expositionem ponit Cic.in Rhet.& ostendit eam uitiosam es se oratoribus,quoniam nimis longe repetat initium,poëtis autem interdum concedi.

PENELOPE) Hęc Amire:uel Arnę,à primum dein Penelope dicta ab eiusdem no minis auibus,quę expositam à parentibus educauerũt:ut Pindari scribit interpres:Alii cũ Didymo tradunt à Nauplio necem Palamedis ulciscente in mare deiectam,à Penelopibus esse transnominatam, quorum ope seruata sit. (Penelopes) Autem Plin. Aristotelesque & vtroque prior Aristophanes ex acciptrum genere memorat. Itaq; si Didymum sequimur: Ouidius hac potissimum de causa Penelopes epistola sic orditur. (Hanc, tua Penelope,) Quasi dicat quę propter te in discrimẽ adducta Penelope uocata sum,Canit Homerus in tegro operis argumento,Penelopen absenti uiro fidẽ summa pudicitia seruasse per annos uiginti.Lycophron infamat:& Duris Samiis omnibus procis prostituit,ex quorum promi scuo concubito Pana peperit. Quidam Mercurii Filium Pana dicũt,& Penelopes,ut apud Herodotum. (Vix Priamus tanti &c.) Id est interficere Priamum, Troiamq; euertere tanti,id est operępretium,& Græcæ puellæ tandiu uirorum consuetudine carerẽt, ut desi derarent in acie cęsos.Valerius Maximus memorabilium nono. penè uictoriæ eius tanti non fuerunt. PAR.

HANC. tua Penelope)Quanquam nullus est in epistolis,ordo tamen uidetur poëta hanc Penelopes epistolam non ab re primam posuisse.quippe quòd ab heroidum decanatis sima missa fingitur,ab ea uidelicet:cuius maritus poëtarum Principi.Homero uiginti qua tuor librorum uberem prębuit materiam.Et cum in toto opere totos sit ingeniosus poëta, tamen ut Liuius in concionibus,ita hic in epistolis pro scribentium, hoc est,quos scriben tes inducit,captu,& ingenio argutias nunc contrahit,nunc dilatat, ut suis locis pro oppor tunitate:& captu nostro declarabimus. Verum quia intentionem poëtę in pręambulis di ximus,& argumentum modo expositũ est,pro ueteri instituto nostro inerudite pubi pau ca,quę grammaticen concernunt,prelibabimus.Meminerit ergo tirũculus in singulis uer bis poëtæ,in quibus surdastri nihil boni concentus perspiciunt, nihilque salis,atque lepo ris sapiunt,esse suam uenustatem: sententiam, & uim. Discat ergo in primo uocabulo de cora breuitate,quę nihil obscuritatis habeat uti,ea uidelicet resecãdo,quæ superflua uideã tur,eo quòd intellectu facillima sint. Cuiusmodi sunt locutiones sequentes. Ventum est ad uestę, subaudi, sed non eloquere, edes aut templum. Quarto Calend. Iulias:subaudi die ante.Triduo ante diui Baptistę, subaudi,Natalem, aut diem festum. Paucis rem ape riam,subaudi uerbis. Testificamur his,subaudi literis. (Hanc, igitur tibi mittit)Subaudi epistolam.Neque tamen opus est ut adiicias. Et quia hic hęc hoc, & eorum aduerbia ad primam personam,idem est hanc mittit,ac si dicat. ego eam mitto. Secundo annotet, quia pronomina habent emphasim & uim suam.Semper enim uberius demonstramus, aut refe rimus quam possimus propriis uocabulis eloqui.Non capit me puer dicam iterum.Si dixe rit Penelope mittit tibi epistolam,non tantum dixerit,quantum ubi dicit mittit hãc, qua si dicat quę tuę saluti consulit,quæ te ad fidissimam coniugem uocat post tacitos errores, quę miserias nostras exponit,quæ me tuam probat. Vnde additur tua, in quo mira quoq; ASC.

emphaſis eſt.quaſi dicat,quæ inter tot procos. i. procaciter & improbe coniugium meum
petentes,& animo,& corpore tua permanſi, fida tibi amica tibi &c. Tertio quod ſicut ge-
nitiui non regũtur à propriis,niſi per intellectionem appellatiui,ut Deiphœbe glauci,ſub
audi filia,ita nec pronomina poſſeſſiua, quæ pro genitiuis ponuntur primitiuis, nunc ab-
ſolutis uon iunguntur propriis,niſi per ſubintellectionem appellatiuorum,ut tua Penelo
pe,ſubaudi uxor,aut coniux. Quarto propria nomina græca ſolere apud doctos ſuam de-
clinationem ſeruare,licet multa in noſtram migraſſe legantur,ut hæc Penelope huius Pe-
nelopes.Nam Penelopa inſuetum eſſet. Reperitur tamen Helenæ & Helena. Læde & Læ-
da &c.Quinto epitheta,id eſt adiectiua proprietatem(ut notis loquar)importãtia, eſſe at
tribuenda pro negociis & locis, Quia ergo nihil amanti magis alienum quam lentũ eſſe,
& ſegnem.(Nam ut hic dicetur.Res eſt ſolliciti plena timoris amor)Ideo bene dicit,Len-
to tibi,quaſi dicat flaccido,& tepido in amore uiuo,cum ſim tam ſtrenua coniux,ut etiam
noctes tibi impendam reficiendo uidelicet telam,& ita illudendo procos.Sexto,ꝙ Vlyſſes
ſecũdũ græcã deductionẽ deberet ſcribi O yſſes,aut Odyſſes, ſcribit enim græce ὀδυσσεὺς
ſed eus ſępe in es lõgum mutatur,Achilleus Achilles,Nereus Neres,Orpheus Orphes.Vn
de uolunt Orphi in datiuo dictum in Buccol.Orphi caliopes, ſed neſcio quo errore pro o,
ſcribitur nunc u,& pro d,l,& pro ſſ,x,cum tamen ſint qui ſcribant Olyſſes,& multi qui V-
lyſſes.Nos uero quia ita plures ſcribunt ferè, Vlyxes ſcripſimus, habet autem in uocatiuo
etiam Vlyxes,tunc preſertim cum s,crebro poneretur,ut apud Cic.in carmine de ſirenum
cantu apud Hom.O decus argolicum quin puppim flectis Vlyxe, hic autem reperiri Vly-
xes,forte ne eſſet, illepidus concurſus Penelope, Vlyxe.(Nil mihi reſcribas)Occurrit per
reſponſionem antipophoram, poſſet enim reſpondere, ſi ad me ſcribis coniux, reſcribam
ad te atque ita tecum paria fecero ad quod ipſa. (Nil mihi reſcribas,) Id eſt nolo quidquã
reſcribas ad me Dicat igitur non petis certior fieri de me, quocirca addit attamen, id eſt
licet nolim reſcriptum,uolo tamen noua de te, ueni igitur, dicat mittam ex meis,qui elo-
quantur,quod excludit dicens. Ipſe quod eſt tu, quaſi dicat in propria perſona. Habet.n.
emphaſim pronomen ipſe,& excludit iuferiores perſonas,ut oue miſſus ab ipſo,q.d.ab eo
qui ſummus eſt,& non ab inferiore. Rex ipſe me ſemper in oculis habet &c. Habet tamen
decenter officium trium perſonarum Primæ ut & ipſum ludure quæ uellem calamo per
miſit agreſti. Ipſum, id eſt me. ipſe ignotus, egens Libię deſerta peragro. Ipſe,id eſt ego.
Secuudæ ut hic ipſe ueni.& 6.Aeneid.ipſa canas. Tertiæ, ut eiuſdem tertio.Ipſe canat &c.
Ordo raro à nobis ponetur, quia cum binis ferè uerſibus compleatur ſententia, facile eſt
eum conſequi in elegiacis preſertim,quorum ſtilus facilior eſt.Vltimo tamen hoc loco no
tabis,quia ſecundùm Vallam indifferenter ferè dicimus, reſcribas, nil reſcribe, & nil re-
ſcripſeris,& ideo diuerſos modos coniungit poëta dicens. (Nil mihi reſcribas,attamen ip
ſe ueni) Niſi longior fierem, dicerem tamen, à Seruio exponi aliquando pro tandem, &
ſic erit ſenſus.(Nihil reſcribas)Sed tandem ipſe ueni,aut exponendo more conſuetudo cõ
textus eſt.(Nil reſcribas)Id eſt nolo quidquam ad me ſcribas, ſed tamen licet id nolo,ipſe
ueui,quia te pluſquam literas tuas deſidero. (Troia iacet &c.) Docet facile poſſe redire cũ
Græci compotes uoti effecti ſint. Diruta Troia,quia tamen non redit.progreditur in dete
ſtationem bellorum, quæ ut Horat. dicit matribus ſemper deteſtata ſunt. ſed ne ſuos per
hoc lædat callida mulier,conuertit odium in ipſam Troiam,ipſosque Troianos,quorũ li-
bido,& ad ulterium cauſa tanti belli fuit. (Vix Priamus tanti) Duplex ſenſus eſt alter ab
Antonio poſitiuo,uidelicet ut Priamus dum ſtaret in regno,& tota Troia uix fuerit tanti
.i.uix rebutata,aut æſtimata ſit tanti ualoris, ut græci uellent illic diutius immorari, quo
circa,cum Priamus extinctus ſit,& Troia euerſa,uidetur aliud puella obieciſſe Vlyſſi, qui
tantum immoratur.Alter ſenſus eſt Priamus,& tota Troia uix fuit tãti,ut tot puellæ Da
naæ uiduæ degerent.(O utinam)Aliquando optantes ponimus ò tantum, aliquãdo utinã
tantum, aliquando utrunque, tunc uidelicet cum nehemens eſt affectio, ut hic, ſimili-
ter aliquando ò tantnm,ut in Buc. O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ. Aliquãdo
ſi tantum,ut 6. Aene. Si nunc ſi nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat &c. Aliquando
utrunque,ut apud Perſium Sat.2. O ſi ebuliat patrui præclatum funus &c.neque uitioſum

est quia uocalis sequitur. Nam uidetur quasi una pars orationis & monosyllaba, licet absu mant uocalem & m non tamen absumuntur. unde Horat. Carm. i. & presidium dulcedecus meũ. Historia autem diuersimode recitati solet, sed uulgarior est Alexãdrum, qui & Paris dicitur, siue ob Hesionam amitã sororem uidelicet Priami, quæ in captione priore Troiæ ab Hercule facta Thelamon in sortem data est, in Grçciam nauagisse ad eam repetendam, siue ad Helenam à Venere promissam obtinẽdã in Peloponneson nauigasse, & quę illi prę cipua occurrit, Helenam rapuisse. ob cuius raptum, Troianũ bellum subsecutũ dicitur cũ euersione Troię, quam euertendam, & incendẽdam pręnotauerat Paris, cum adhuc in utero materno esset, quia Hecuba mater eius uisa est sibi gestare canem portãtem mordicus facem ardentem, unde tota Troia incenderetur, quam rem Priamus cum ex earum rerum interpretibus intellexisset, significare incendiũ Troię, ius sit prolem extingui in primordiis, sed mater miserans exponendam dedit. Vnde Paris inter pastores ab infantia uexatus est, ubi Oenonem nympham cognouit, ut suo loco dicemus. Insanis aquis aut magnis, aut ęstuantibus, & furentibus, sicut in Buc. Insani feriant siue littora fluctus.

HVB.

Non ego deserto iacuissem frigida lecto:
    Nec quererer tardos ire relicta dies:
Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem
    Lassaret uiduas pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula ueris?
    Res est solliciti plena timoris amor.
In te fingebam uiolentos Troas ituros:
    Nomine in Hectoreo pallida semper eram.
Siue quis* Antilochũ narrabat ab Hectore uictũ:
    Antilochus nostri causa timoris erat:
Siue Menœtiaden falsis cecidisse sub armis:

*Archi locum

NON ego) Incipit ea commemorare, quibus dicit se fuisse carituram, si Paris fuisset submersus. (Ego) Penelope. (Nõ iacuissem). i. cubuissem. (Frigida) Vel re uera frigida non calefacta à marito uel certe, quod magis placet, frigida. i. sola. nam frigescere significat solum esse & cessare. Terent. nimium hic homines frigens sicut contra ferutre, frequentari Virg. Feruet opus & alibi cum littora feruere late, prospiceres. dicimus. autem solum hominem, qui non habet socium & locum desertum & non frequentatum. Terent. Venit alicunde ex solo loco. (Deserto). s. a te qui debueras in eo mecum iacere. (Nec quererer). i. non dolorem & lamentarer. (Dies) Ire tardos. i. esse longos & tarde finiri, ut mihi uidetur, nam amantibus & omnibus qui sunt in aliqua sollicitudine fortunę tempora uidentur tarde transire & esse nimium longa Virg. in Bucc. Si mihi non hæc lux tota iam longior anno est. & Horat. in 1. Epist. Vt nox longa quibus mẽtitur amica: diesque longa uidetur opus debentibus. (Quęrenti) Conanti. (Fallere) Decipere, & prçterire aliquid faciendo & texendo, ne molestiam temporis sentiam, quod tam non possum assequi, quia labor texendi dum de tuo discessu sum anxia, laxat & fatigat manus meas quod non fieret, si tu adesses, omnis. n. uidetur labor mihi iucundus te prçsente. dicitur autem falli, uel decepi tempus, cum aliquid fit, quo ipsius temporis molestia non sentiatur. Ouid. in Tristib. Non qui soletur, non qui labentia tarde. Tempora narrando fallat, amicus, adest. (Pendula) Quæ pendet è ligno, quo inuoluitur, quod iugum dicitur. Ouid. 6. Metamorph. (Tela) Iugum iuncta est. (Quando) Quasi dicat semper, est enim pronunciãdum interrogatiue. (Pericula) Scilicet de te. (Grauiora ueris?) Scilicet periculis. i. maiora quàm ea, quę uere possunt tibi euenire. (Res est soliciti) Sententia est exornatio rhetorica, & est quasi descriptio amoris (Soliciti) Anxii, requieti. (In te fingebam) Enumerat Penelope pericula multa & anxios timores, quibus dicit se propter maritum suum, quem amat affectam fuisse. (Fingebam) Animo ęstimabam. & ut ita dicam imaginabar. (Troas) Troianos accusatiuus est grecus à nominatiuo tros, accusatiuus singularis est troa à quo pluralis formatur per additionem, scilicet ut Troas. dicti autem sunt Troës à Troë Erichthonii filio. (Violentos) Fortes, uel potius,

ſeros,& crudeles.(In te) Contra te.i. interpugnandum. (Eram pallida in nomine Hectoreo).i.ſemper timebam cum audiebam nomen Hectoris,qui omnium Troianorum fortiſſimus dicebatur,pallidus auté ponitur pro timido qm̃ ex timore ſequitur pallor. Siue quis, enumerat multos,quos audiuit ab Hectore interfectos, ob quam cauſam dicit ſe ualde timuiſſe,ne Vlyſſes ſuis aſtutiis poſſit ab eo euadere. (Antilochus) Erat cauſa noſtri timoris.i.erat cauſa quare timeré,ſi quis narrabat ipſum ſuperatum ab Hectore.In quo aduertédum eſt ꝙ Antilochus non fuit tamen ab Hectore interfectus,licet fortaſſe in prœlio interdum ad eo ſuperatus,nam fuit Neſtoris filius,qui Hectore iam mortuo à Memnone Auroræ filio interfectus eſt,cuius mortem Neſtor admodũ ſenex impatientiſſime tuliſſe dicitur adeo ut quereretur ſe nimis diu uixiſſe,q̃a filio fuiſſet ſuperſtes. Propertius de Neſtore ſic inquit,Non ille Antilochi uidiſſet corpus humari.Diceret aut ò mors cur mihi ſera uenies Iuuenl. Oro parumper Attendas quantum de legibus ipſe quæratur Fatorum, & longo de ſtamine cum uidet acris Antilochi barbam ardentem,nam quærit ab omni : Quiſquis adeſt: ſocio, cur hæc in tempora duret. Quod facinus dignum tam longo admiſerit æuo.(Siue Menœtiaden) Subaudi ſiue aliquis narrabat Menœtiaden. i. Patroclum. Cecidiſſe,mortuum eſſe.(Sub falſis armis).i.in armis non ſuis,ſed Achil.hiſtoria aũt hoc habet Patroclus filius Menœtii filii Actoris ab Achille ſincere dilectus,cum Achil. ob irã raptæ ſibi Briſeidis,nollet pugnare,eius armis indutus,putans ſe territurum Troianos,qui crederent ipſum eſſe Achillem cum Hectore cõgredi auſus eſt,à quo,& ſuperatus & interfectus eſt,cuius cæde tanquam amiciſſimi Achilles ita moleſte tulit,ut non poſſet quieſcere, tandem,ut eum ulciſceretur,reuerſus ad pugnam, Hectorem interfecit,quem currui alligatũ circa muros Troianos captauit, & hæc ſatis ſunt ad hunc locum intelligendum Patroclus interdum à poëtis dicitur Actorides ab auo. Ouid.Faſt.lib.2. Actoridem Peleus ipſum quoque pelea phoci,Cæde,Phæmonias ſoluit Acaſtus aquas,& lib.12.Met.Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis Troias ab arſuris cum defenſore carinis.

PAR. SIVE quis Antilochum)Non placet Amphilochum mutare cum Politiano nã quanquam fuit is quidem Creati. F. ab hectore occiſus ut Iliad.13.canit Homero. Antilochum uero Neſtoris,cum laboranti in acie patri opem ferret à Memnone interemptũ Pindarus,& qui Iliada ſcr.extorſus à fine Homeri,Quintus auctor eſt, ego tamé antiquam receptamq; lectionem tueor,ut Ouidius inſeruiẽs puellari decoror negligat hiſtoriæ fidem, cuius admodum ſtudioſæ matronæ ſatyra Iuuen. accuſantur,ut ab eodem contra prçcipitur, ne matrona hiſtorias ſciat omnes. Sed quodam in libris, & non intelligat. Ex quo Ouid.hoc ipſo opere ex perſona Oenones addubitanda dixit. Illam de patria Theſeus (niſi nomine fallor)neſcio quis Theſeus abſtulit arte ſua. nec tamen comici, ſed quicunque uerſatur in dramatico ſcribendi genere,ſentẽtias,& uerba perſonis aſcribunt,ut Plau. in Trucul.non ſalueo parum latine poſuit ex perſona ruſtici.Terent. quoq; emoriri apud quem rurſus adoleſcens atticus.emori cupio dixit,& Theocritus cumque ſecurus in Buc. noſter Maro,quædam dicuntur aliter quam res habet,ad exprimendam ruſticam ſimplicitatem,quod Seru.etiam notauit eo quæ prius Valerius probus in illud ex Bucolico Maronis lodicro. Canon & quis fuit alter, His uerbis. Sed quamuis plures fuerint mathematici,eleganter errantem ruſticum inducit dicenté,qui fuit alter.alter enim accipitur unus de duobus nihil itaque mirum ſi Penelope non ad un uem tenet hiſtoriam, quam non ex nuncio,ſed incerto tumore collegerat in belli terroribus plerumque uano,quod ex Statio, Virgilioque,& ipſo Ouidio copioſius,& diſtinctius oſtendam in eo opere,cui titulum feci de rebus per epiſtolam quæſitis.

ASC. LECTO deſerto) A marito. (Nec quererer).i. non conquererer ſine diphthongo. (Tardos dies)Quia deſideranti,& optanti tardi uñr.(Nec mihi quærenti fallere.i.occaſionem qua fallere.i.mitius peragam ſpatioſam noctem, quæ me ſua duratione opprimerer, niſi labore fallerem eam.Nam ocioſis ſub noctem cura recurſat. (Tela pendula).i.ſuſpẽſa, & declinatur hæc tela telæ.(Quando ego non timui)interrogatio figurata, quæ tunc locũ hades,quando affirmationi locus deeſt,& ita negatiuam petit reſponſionem, non tñ detur, ut in Bucolicis.Hæc eadem,ut ſciret quid nõ faciebat Amyntas, quaſi dicat nihil nõ faciebat

bat,sed omnia faciebat.& hoc quando ego non timui,quasi dicat nunquam nõ timui,quod est semper timui,sed plus efficit quam si diceret semper timui. (Res est soliciti) Diuerbiũ est.(Violentos Troas)Corripitur,quia accusatiuus græcus. (Nomine in Hectoreo) Quia tanti nominis fuit Hector apud Græcos, ut omnis à facie eius fugerent præter Achillem, quod etiam Homerus in laudem & gloriam Achillis asserit.(Siue quis Antilochũ)Narrat facinora Hectoris,ob quæ in eis nomine polluerit.(Falsis armis).i.quibus se Achillẽ simulabat. Cum enim hoc raptum Briseida Achilles iratus Agamemnoni,in Troianos armari nollet,& omnes Græci à facie Hectoris fugerent,Patroclus socius,Achillis indutus armis, eius in occursum uenit ei,& tandem occisus est. & eius arma indutus Hector ciuitatem ingreditur. Vnde Aeneid. 2. Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis.

Flebam successu posse carere dolos.
Sãguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastã:
Tlepolemi leto cura nouata mea est.
Deniq; quisquis erat castris iugulatus Achiuis:
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed bene consuluit casto Deus æquus amori:
Versa est in cineres sospite Troia uiro.
Argolici rediere duces:altaria fumant:
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata ferunt Nymphæ pro saluis dona maritis:

HVB.

Flebam (Flendo, timebam, Dolos astutias tuas. (Posse carere successu, id est ne careret, felici euentu . i. ne uincerentur uiribus hostium Tlepolemus, de quo hic loquitur filius fuit Herculis ex Astyoche qui Rhodi regnauit,& Rhodiorum classem in auxilium græcorum duxit aduersus Troianos, ut Oui. lib.13.Met.Horodiæ ductor pulcherrime classis, is à Sarpedone Iouis,& Laodomiæ filio, qui ex Lycia uenerat,interemptus est,& ideo dixit. (Tepefecerat).i. calefecerat. (Sanguine).s.suo cum esset uulneratus. (Hastam Lyciam).i.Sarpedonis Lycii(Cura) Timor sollicitudo.(Nouata) Reintegrata. (Denique Tandem,& finaliter.(Quisquis).i.quicunque siue fortis,siue ignauus. (Iugulatus)Interfectus,nam iugulus est pars colli supra pectus, ubi locus est ad hominem interficiendus aptus,inde iugulare dicitur(Castris Achiuis).i.in exercitu Græcorum.(Amantis).s.mei Penelopes,Erat frigidus glacie.nam propter timorem homines frigidi fiunt.Virg.1.Aen. Extemplo Aeneæ soluuntur frigore mẽbra . Quod aũt dixit frigidus glacie hyperbole est figura. i.superlatio,nã hæc oratio est supra uerum.(Sed Deus æquus). i. iustus,qui pios & iustos nunquam derelinquit.(Bene cõsuluit).i.bene prouidit.(Amori).s.meo.(Casto)Pudico quia semper tibi seruaui fidem.(Versa est)Ecce qũo bene consuluit, quia in tãtis periculis belli uir meus Vlyss.incolumis remãsit,& Troia euersa est. (Versa est in cineres).i. incensa nam ꝙ incẽdio consumitur,in cineres uertitur.(Viro)Marito.s.meo.(Sospite)Incolumi.(Argolici)Nũc pergit Penel.cõmemorare & probare ab æquitate,quod Vlyss.debeat domum reuerti,quia omnes alii duces reuersi cõsolantur uxores suas,cum ipse solus,ut diximus,matitali desit officio.(Duces) A duceudo dicti,qui partem exercitus regũt.(Argolici(Græci.(Rediere).s.domum suam,uel in patriam.(Altaria fumant).i.incensa sunt ad facienda sacra diis. Ouid.lib.2.Fast.Idib. Augu. Fumant altaria fau. Solebant.n. antiqui in aris thura & cæses uictimas comburere,unde illi sacra holocausta,quasi combusta dicebantur.(Præda)Quidquid alicũde rapitur:Præda dicitur Barbara.i.Tro.nam priusquã Rom. rerum potirentur,Græci omnes præter se barbaro : appellabant postea uero Latinis Græcisque exceptis barbari omnes dicti sunt. (Ponitur).s.à uictoribus quia solebant hostilia spolia templis deorum affigi à uictoribus. Virg. lib. 3. Aeneid. Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis,Postibus aduersis figo,& rem carmine signo.(Deos præda) Qui coluntur in patria,quia quælibet natio dabuit suos deos. (Nymphæ) Interdum græce dicuntur sponsæ,hic pro mulieribus puellis ponitur. (Dona grata).s. ipsis puellis, quia libenter ea offerunt pro maritis Saluis.i. incolumbis. Terent. Saluum te uenire gaudeo.

LYCIAM)

ASCENSIVS.

LYCIAM) Hastam, quam Sarpedon Lycius ferebat, qui uir ingẽs fuit. Vnde Aen. 1. Sæuus ubi Aeacide telo iacet Hector, ubi ingens Sarpedon &c. (Sed bene consulit &c.) Sed ista, inquit, non sunt iam timendam, cum parata sit uictoria, ob quam nymphæ. i. spõsę marito recipientes diis uota persoluunt, facit autem digressionem, qua recitat ea, quæ à maritis receptis narrantur de situ & excidio Troiæ. Illic Aeacides. sic Virg. Aene. 2. hic, Dolopum manus hic sæuus tendebat Achilles. Tenebat. s. tentoria sua & castramentatus est. Pingit & exiguo pergama tota mero. Laus pictoris & declamatio ex contrariis per antithesin uidelicet, nam tota pergama magna nimirum fuerunt. Vnde contrarium est exiguo mero. Pingit autem fundendum modicum uini super tabulam seu mensam, quo deducto per digitum ostendit formam & situm Troiæ.

Illi uicta suis Troica * fata canunt.
Mirantur iustique senes, trepidæque puellæ,
Narrantis coniux pendet ab ore uiri.
* Atque aliquis posita mõstrat fera prœlia mẽsa:
Pingit & exiguo pergama tota mero.
Hac ibat Simois: hic est Sigeia tellus:
Hic steterat Priami regia celsa senis.
Illic Aeacides, illic tendebat Vlysses:

HVB. * facta * Iamq;

ILLI). s. mariti. canunt tum lætitia narrent. (Suis) Meus iungitur cum uicta, ut sit datiuus & sensus. (Victa suis). i. à suis græcis. (Troica fata) Notandum est legendum esse fata non autem facta, quod enim significaret facta Troica esse uicta, sed fata uicta sunt, quibus defensio Troianorum consistebat, quæ cum diu Græcos fatigassent, & ab ea expugnanda urbe repellerent tandem insidiis, Si nominis uicta sunt quo ligneo armatis uiris pleno in urbe introducto, fata autem non facta legendum esse, uel illo Virg. Loco maxime percipitur 2. Aeneid. Facti bello, fatisque repulsi Ductores Danaum. Fata autem hęc Troianorum dicuntur fuisse. Vna Troili. Conseruatio Palladii, id est simulacri Palladis, quod Troiani habebant in urbe, & ut sepulchrum Laomedontis, quod erat in Porta scæa, seruaretur integrum, & ut equi Rhœsi, de quibus inferius dicitur, possent à Troiani recepi, hæc omnia fata uicerunt Græci. Nam Achilles Troilum secum congressum interfecit. Palladium uero ab Vlyss. & Dio. clàm noctu urbẽ ingressis, cęsis arcis custodibus asportatũ est. Equi Rhœsi ut infra uidebitur, ab Vlyss. & Dio. abducti sunt, ut Virgil. Inquit, priusquam pabula gustassent Troiæ Xanthumq; bibissent, porta uero scæa diruta est ab ipsis Troianis, ut equus introduceretur, & ita fata Troiana uicta sunt, & de his nunc est intelligendum. Iustique senes epitheton conueniens illi ætati. Ouid. lib. 6. Met. Dicite iuste senex, & fœmina coniuge iusto Digna quid optetis. & lib. 3. Fast. Flent pariter molles animis uirgoq;, senexq;. E quibus hæc iusti uerba fuere senis. Trepidæ naturaliter timidæ. Pendet attente audit, cũ enim aliquem attente audimus, ita eum aspicimus, ut ex eius ore pendere uideamur. Vir. de Dio. (Pendetque iterum narrantis ab ore) Atque aliquis ostendit Pene. Quam uaria rerum narratione Græci domum reuersi detineant uxores suas. (Monstrat) Ostendit quasi ad oculũ. (Fera prœlia,) Id est pugna, gestas inter græcos & Troianos. (Pingit) Describit. (Exiguo mero) Sic enim in mensa solent multa depingi, quæ ad oculum demonstrare uolumus, ut infra Helena ad Paridem. Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro, Quod deducta mera litera fecit amo. & in I. Amorũ. Verba leges digitis uerba notata mero. Idẽ in libro Amor. Non oculis tacuere tuis conscriptaque uino mensa. (Hæc ibat) Δεικτικῶς id est demonstratiue, ponitur. (Simois) Fluuius ex Ida monte defluens. iuxta Iliũ labens, non longe à Sigæo Xantho commixtus facta palude in mare ingreditur, genitiuum facit Simontis. (Tellus Sigeia,) Id est promontorium Sigeium nobilitatũ sepulchro Achillis. sicut Rhetium sepulchro Aiacis Telamonii. (Steterat) Fuerat, erecta erat. Regia celsa) Adula

ſubſtantiuum eſt. (Illic).i.alio loco,ita enim iſta narrantur, quaſi loca ſint ante oculos. (Aeacides) Achilles nepos Aeaci patronymicum ab auo,nam Aeacus Iouis, & Aeginæ filius genuit Peleum patrem Achilli.(Tendebat)Tentoria militaria habebat.dicuntur aũt à tendendo quia extentis uelis fiebant.demonſtrantur autem Achil.teutoria non ſine cauſa:quaſi dicat ubi Priamus ſupplex fuit ei & corpus Hectoris ad ſepultura redemit.

PARRHASIVS.

DONA grata nam,ut inquit Valer.Max.Priſco inſtituto rebus diuinis opera dabatur:cum aliquid commendandum.precatione,cum expoſcendum,uoto,cum exoluẽdũ,gratulatione.Eſt autem gratulari diis agere gratias,ut ex Iuno facile percipitur,in hunc ergo ſenſum dixit Ouid. Grata dona. (Iuſti) Religioſi συνεκδοχικῶς Etenim iuſtitiæ prima pars eſt pietas & deorum cultus:cui maxime:illa ſtudebat ætas.hinc Heſiodi carmen prouerbii uite iactatum,quod Hiperides in Antoclem recitat.

Βουλαὶ δὲ μέσον καὶ ἐχαὶ δὲ γερόντων

Bella gerant iuuenes,at proxima conſulat ætas.Decrepitq́.ſenes palmas ad numina tẽdãt. æquitatis obſeruantia ſenibus etiam conuenit,itaque nihil impedit in ſuo proprio ſignificatu iuſtos accipere.

ASCENSIVS.

SIMOIS) Nomen fluuii Troiani declinatur hic ſimois,huius ſimoëntis uel ſimoëntos,huic ſimoënti,hunc ſimoënta. Virg.Aeneid.1. genuit ſimoëntis ad undam, ſed à nominatiuo Simois Seruius Simoëntis deducit.

*Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.
Omnia nanque tuo ſenior, te querere miſſo
Rettulerat nato Neſtor,at ille mihi.
Rettulit & ferro Rhœſumq;,Doloraque cæſos:
Vtq́ue ſit hic ſomno proditus,ille dolo.
Auſus es ò nimium,nimiumq́ue oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere caſtra dolo:
Totq́ue ſimul mactare uiros adiutus ab uno.
At bene cautus eras,& memor ante mei.
Vſque metu micuere ſinus: dum uictor amicum

HVB. *Hic alacer miſſos. Alii ẽt legunt. Hic lacer amiſſos.

HIc lacer) Male legitur hic alacer miſſos terruit Hector equos: nam hæc ſententia nulla ratione,aut hiſtoriæ teſtimonio poteſt comprobari, nec eſt ueriſimile quod Græci uxoribus ſuis in bello geſta narrantes laudaſſent Hectora hoſtem, aut appellaſſent ipſum alacrem: de equis territis ab Hectore, dũ uiueret nulla fit mentio, nam quidam dicunt de equis Rhœſi, quomodo conuenit, cum Rhœſus in auxilium Troianorum ueniſſet?præterea in libro meo uetuſtiſſimo hic lacer ſcriptum reperi, & multis oſtendi, & adhuc oſtendere poſſum, legendum eſt igitur. (Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.) Conſtat enim Hectora circa muros Troianos equis raptatum fuiſſe. Virg.lib. 2.Aeneid. Ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi, largosq́ue effundere fletus: Raptatus bigis, ut quondam: aterq́ue cruento Puluere &c. & idem lib. 1. ter circum iliacos raptauerat Hectora muros,dum igitur traheretur Hector. equi aſpectu cruentati cadaueris territi ſunt, hæc oſtendit ipſe Ouid. in conſolatione ad Liuiam de morte Druſi: his uerbis. Hoc fuit Andromachæ cum uir religatus ad axes Terruit amiſſos ſanguinolentus equos,ergo uolens nunc aliquis ex Græcis illum locum uxori ſuæ ante oculos ponere dicebat.(Hic)Hoc loco,quem deſignabat in menſa. (Hic lacer,)Id eſt uulneribus confoſſus & dilaceratus:ut Virgilius, uulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros Accepit patrios.(Terruit Hector admiſſos,) Id eſt liberos & celeres: nam amitto componitur ex à particula ſeparatiua, & mitto: inde amiſſus dicitur quaſi dimiſſus: & liber,& ideo celer. Ouid. Et celer amiſſis, & labitur annus equis: & libro quarto Faſt. Hanc quondam Cytherea diem properantius ire iuſſit, & amiſſos præcipitauit equos. Ergo nullo modo legatur admiſſos. (Omnia) Dicit Penelope ſe hæc omnia

intellexiſſe

intellexiſſe à Telemacho,cui Neſtor ea narrauerat : cum ad eum miſſus fuiſſet ad quęren-
dum Vlyſſem patrem ſuum. (Senior,) Scilicet ſenex comparatiuum pro, poſitiuo. agebat
enim ut Cicero ſcr. tertiam hominum ætatem,etiam ipſe refert lib.13. Metamorph. Vixi
annos 200.nunc tertia uiuitur ætas.(Tuo nanque) Telemac.(Miſſo quærere).i. ad quæren
dum.(Ille).ſ.Telemac.mihi ſubaudi rettulit,&.i.etiam præter ſupradicta.(Rettulit)Nar
rauit. (Rhœſum Dolonaq; Cæſos) Sic legendum eſt,utque coniunctio encletica utrique
ſubiungatur,ut conſtet ratio metri,nam Dolon primã corripit & quam coniunctio hoc lo
co non ſolum copulat uerba,ſed etiam ſenſum,ut oſtendat utrunque cæſum.i.interfectum
fuiſſe.Fuit autem Rhœſus rex Thraciæ , ab amicitia Priami non alienus,qui cũ in auxiliũ
Troiam ueniſſet,cum Thracum copiis iam nocte aduenientc ante inſulam,quę antepoſita
ciuitati continenti adiungitur pauliſper commoratus , poſtea circiter ſecundam uigiliam
campos Troia.Ingreſſus tentoria explicuit,quod ubi Dio.& Vlyſ.in ea parte uigilias curã
tes animaduertere,uel potius,ut alii uolunt ex Dolone Troiano intellexerunt,& ipſe ſpe-
culatum exierat,& eum deprehenderat,ut mox dicetur omnia circũſpiciens . Celeriter ad
locum,ubi Rhœſus commoratus fuerat, acceſſerunt . Tum fatigatis ex itinere cuſtodibus,
& ob id ſomno preſſis. Vlyſſe & Diomede introgreſſi , regem in ipſis tentoriis interfece-
runt,& currum eius cum inſignibus equis ad naues Græcorum duxerunt. Dolon autẽ uir
fuit Troia.Eumedis filius qui in caſtra Gręcorum ſpeculatur acceſſit , pactus cum Troia.
ut in remunerationem ſpeculationis,ſibi darentur equi Achil.poſt uictoriã quã ſperabat,
ſed deprehenſus eſt à Dio.& Vlyſſ.qui & ipſi ſpeculatũ uenerant,& uigilias, ut diximus in
ea parte curabant,quibus omnia aperuit,quę Troiani pararent,& ſperarent,indicauitque
pręcipue aduentum Rhœſi,& fatum quod de eius equis erat , Troiã non poſſe capi, ſi aquã
Xanthi bibiſſent aut pabula ſoli Troiani guſtaſſent,promiſerãt.ei enim uitam,ſi omnia in
dicaret.uerum omnibus perceptis eum interfecerunt , unde Ouid. nunc dixit cum prodi-
tum iuiſſe oſtendit Oui.lib.2.Triſt.nõ fore Eumedes orbus ſi filius eius ſtultus,Achilleos
non adamaſſet equos.& Virg.lib.12.Aen.multis uerſibus.Sed quidquid pertinet ad intelli
gendum hunc locum,optime habetur lib.13.Met.ex uerbis Vlyſſ.Eſt aliquid de tot Graio
rum milibus unũ à Dido.legi,nec me ſors ire iubebat.Sed tamẽ & ſpreto noctiſq; hoſtiſq;
periclo.Auſum eadem , quæ nos Phrygia de gente Dolona. intimo non ante tamen,quam
cuncta,coëgi prodere,& edidici quid perfida Troia pararet.Omnia cognorã, nec quid ſpe-
cularer habebam. Etiam promiſſa poteram cum laude reuerti. Haud contentus eo petii
tentoria Rhœſi.Inque ſuis ipſum caſtris,comiteſq; Peremi. Atque ita captiuo uictor uo-
tiſq; potitus.ingredior curru lætos imitante triumphos,& Virg.lib.1. Aene. Nec procul
hinc Rhœſi niueis tentoria uelis Agnoſcit lacrymans,primo quæ prodita ſomno Tytides
multa uaſtabat cęde cruentus.Ardentiſq; auertit equos in caſtra priuſquam Pabula gu-
ſtaſſent Troię Xãthumque bibiſſent.Ecce per hos Ouidii & Virg. uerſus declaratur totus
hic locus huius epiſtolæ.ut ſicut hic Rhœſus proditus ſomno,quia inuaſus eſt,cum dormi
ret cuſtodibus etiam ſuis,ut dictum eſt.(Somno)Preſſis,ita enim ſcr.Ditis Cretenſis,licet
Seru.ſuper eum locum,primoque prodita ſomno,exponat prima parte noctis,ut libra die,
ſomnique pares ubi fecerit horis.Sed prior ſenſus eſt ex hiſt.(Auſus es) Incuſat Penelo pe
Vlyſſes nimię audaciæ & obliuionis ſuorum. (Nimium) Et nimium , hoc eſt penitus. tuo
rum patris,filii, & uxoris.(Tãgere,)Scilicet acceſſu tuo,hoc eſt intrare.(Caſtra)Thracia,
id eſt tentoria Rhœſi regis Thrac.(Dolo)Inſidiis noctis,quod eſt audacius quam in luce.
(Tot uiros)Comites regis, qui erant in eius tentoriis. (Ab uno) A ſolo Dium. (Cautus)
Prouidus periculorum.(Ante)Olim quia ſimulabas inſaniam , ne ires ad illam pericula,
& ne me ſolam relinqueres quod ipſe dixit 13. Metamorph. Me mea detinuit coniux, pia
mater Achillem,& diximus ſupra in argumẽto. (Vſque metu)Dicit Pene.quod cũ hæc ſu
pradicta narrarẽtur ſibi fuiſſe geſta ab Vlyſſ.ſemper audiẽdo nimio timore tremuit donec
intellexit Vlyſſ.his ita geſtis reuertiſſe ad Græcos equis Rhœſi adductis.(Vſque)Aſſidue.
(Sinus)Pectora mea.(Micuere) Moti ſunt,tremuere. (Metu micuere) Quia lætitia etiam
interdum trepidat pectus.(Dum)Donec.(Victor,)Id eſt tu.

AT bene cautus erat & memor ante mei) Inuersio quæ plus urget, quam ſi diceret, oblitus eras mei. (At).ſ.ironeus. (Ante) Quam tãta res adorieris apertiſsimoq; uitæ periculo te cõmitteres. (Eras memor mei) Vel meorum mandatorum ego tibi ſuccurrebã, & perinde. (Eras bene cautus) Periculorum ſugitans, & ſalutis uitæq; paratus. Atque ita non eſt, alioqui ſi te cogitatio mei ſubiſſet, ad pericula cunctatius acceſſiſſes, ut te mihi ſeruares, incolumem & in tua ſalute meæ parceres, hanc ſententiam planius expreſsit in Laodamia. Et facito ut dicas. quoties pugnare parabis. Parcere me iuſſit Laodamia ſibi, & illic ultima mandato claudetur epiſtola paruo. Sit tibi cura tui, ſit tibi cura mei. PAR.

OMNIA nanque tuo) Docet quomodo, & a quo hæc norit facinora Vlyſſis ex Telemacho, uidelicet ſuo & Vlyſſis filio, quem ad Neſtorem miſerat patris inquirẽdi gratia. In qua te conciliat ſibi ingenioſa mulier beneuolentiam mariti, cuius ſe ſemper tam ſollicitã fuiſſe ſignificat. Ordo eſt, dico ſup. quòd. (Hector terruit, nanque Neſtor) Qui ſecundum Homerum tertiam uixerat ætatem. (Rettulerat).i. recenſuerat & enarrauerat. (Omnia) Nato.i. filio tuo Telemacho. (Miſſo te quærere).i. ut te quæreret. (At).i. ille.ſ. filius tuus & meus. (Rettulit).i. recenſiuit mihi. Rettulit, inquit, Rhœſum regem illũ Thraciæ, & Dolona Troianum illum filium Eumedæ cæſos.i. occiſos a te, ferro. i. gladio & rettulit, ut.i. qualiter hic.ſ. Rhœſus ſit proditus ſomno, quia prima noctæ dũ clauſas portas intrare nõ poſſet occiſus eſt, unde Virg. Aeneid. 1. Nec procul hinc Rhœſi niueis tentora uelis. Agnoſcit lacrymas primo quæ prodita ſomno.i. prima parte noctis, & ut ille uidelicet dolo proditus eſt dolo. quia promiſſa erat ei impunitas, ſed nõ ſeruata aut dolo, quẽ occiſus prætendebat, hoc eſt propter dolũ, quẽ aſtruere uolebat, & Rhœſus, quia imprudẽter inter hoſtes ſomno indulgebat, & ita eſt uituperatio hoſtiũ & laus uictoris, & tñ dicit nocturno dolo, quaſi nõ niſi per dolũ id potuiſſet perpetrare ſed dolus an uirtus quis in hoſte requirat? Adiutus ab uno uiro.ſ. Dio. Equis iſmariis, ipſius uidelicet Rhœſi cuius ipſe cũ Dio. ardentes auertit equos ĩ caſtra, priuſquã pabula guſtaſſent Troiæ, Xãtũq; bibiſſent, ubi dr̃ Aeñ. 1. ASC.

Dictus es iſmariis iſſe per agmen equis.
Sed mihi quid prodeſt ueſtris diſiecta lacertis
Ilios? &, murus quod fuit ante, ſolum?
Si maneo qualis Troia durante manebam,
Virque mihi dempto fine carendus abeſt.
Diruta ſunt aliis: uni mihi Pergama reſtant:
Incola captiuo quæ boue uictor arat.
Iam ſeges eſt, ubi Troia fuit: reſecandaque falce,
Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.

DIctus es).ſ. mihi ab eo qui narrabat. (Iſſe per agmẽ) Amicum.ſ. Græcorum. (Equis iſſe).i. equis Rhœſi abductis, & hæc eſt, qđ in uerſibus ſupra allegatis dicit. Atq; ita captiuo uictor, uotiſque potius. Ingredior curru lætos imitante triũphos. Iſmarus autem mons eſt Thraciæ, unde Iſmarius ponitur pro Thracio. Iſmarus autẽ prius dicebatur Maronea, optimo uino abundans, de quo Tibullus ad Meſſal. Victa Maroneo fœdatus lumina Bacco, quem locum male quidam intelligunt exponentes a Marone.i. Virg. dictum in 3. Aene. quo ſcri. Polyphemum fuiſſe ſopitum, ſed errant, nã licet de Polyphemo loquatur etiã Tibullus, tñ non facit mentionem de Virg. deſcriptione, ſed de uino, quod ex Thracia Vlyſſ. aduexerat. (Diſiecta) Diruta, diſſipata. (Lacertis).i. uitib. (Quid prodeſt) q.d. nihil. (Et, murus) Ordo eſt. (Et ſolũ?) Quod fuit apte mutus, nunc æquatus ſolo.i. dirutus, nã tecta æquata ſolo dñr, q̃ ſunt diruta, neq; ſupra ſolum eminen. Virg. Hæc æquata ſolo fumantia culmina ponã. Ouid. lib. 3. Faſt. Hęc æquata ſolo eſt nullo ſub crimine regni. (Si) Pro ſi quidẽ.i. quia. (Qualis).i. uidua & ſine marito. (Carendus mihi).i. a me, & notandũ hoc participiũ in uoce paſſiuo a careo. (Dempto fine).i. ſemper & perpetuo. nam quod finem non habent æternũ eſt. (Aliis) Ad utilitate aliarum. (Mihi uni) Mihi ſoli.i. in damnũ mei ſolius, cui eſſet utilius quod adhuc ſtarẽt, ut infra dicet utilius ſtarent. (Reſtant) Remanent non re uera, ſed quantũ ad dãnũ & dolorem ſuum. (Victor) Græcus. (Incola) Qui illic habitationem fecit, poſt uictam Troiam. HVB.

(Boue

(Boue captiuo) Pro bobus captiuis.i. bobus qui ante fuerant.(Troia) Nunc à græcis capt. Iam seges est.hæc descriptio eo tendit,ut Penelope ostendat iandiu Troiã fuisse euersam, enumerat enim certissima euersionis,& ruinæ argumenta, ex quo magis cõqueritur de absentia Vlyss.& quod non possit intelligere ubi sit,seges est,ubi fuit Troia & resecanda falce .i.iam herba nata est,ubi fuerat Troia,& ita alta ut iam sit falce metenda.(Seges) Aut secũdum Varronem dicitur à Sat.1.semine,est autem proprie seges eorum seminum,quæ pani conficiedo sunt apta nondum demessa. Nam fruges generaliter dicuntur omnes fructus, qui in alimoniam uerti possunt,dicitur autem,eodem Varr.teste à fruendo,hæc ergo seges accipitur pro semine frugum lato & adhuc uiridi.(Falce).s.missoria.Est enim & sala putatoria,qua arbores putantur,de qua Virg.in Geor.Falce premes umbram. & in Buc. Atque mala uites incidere falce nouellas.(Luxuriat)Supra modum abundat.Horat.Luxuriantia compescet.Virg. Luxuriem segetem tenera depascit in herba. Ad oues nonnunquam refertur,& significat exultare & lasciuire.Ouid.in Fast.Ludit & in pratis luxuriatq; pecus, interdum habitudinem significat.Virg.in 3.Georg. Luxuriatque toris animosum pectus. luxuriam enim hæc ponitur pro plenum,& densum est.(Pinguis) Impinguata.(Sanguine Phrygio).i.sanguine Troianorũ illic effuso.Est autem Phrygia Asiæ regio, ubi est Troia.

ASC. ILIOS) Disiecta,sic Hora.uexata Ilios dixit frequentius tamẽ hæc Ilios,uel hoc Iliõ legitur.Vertit puppim peregrinam ad littora sed quomodo? Prota enim ad littus appellitur,non puppis.Verum peregrini,& hostes cito abnauigaturi,dicitur 6.Aeneid.Obuertũt perago ꝓras,& ita puppis appellitur ad littus ut paratæ sint naues si necesse fuerit ad fugã.

Semisepulta uirum curuis feriuntur aratris
Ossa:ruinosas occulit herba domos.
Victor abes:nec scire mihi,quæ causa morandi,
Aut in quo lateas ferreus orbe,licet.
Quisquis ad hęc uertit peregrinã littora puppim:
Ille mihi de te multa rogatus,abit.
Quamq; tibi reddat;si te modo uiderit usquam;
Traditur huic digitis carta notata meis.
Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua,

HVB. Semisepulta) Nõ plene sepulta,ut in bello accidit propter multitudinem.(Feriuntur) Eruuntur ab aratris. Luc.lib.7. Quæ segetes infecta surget non decolor herba: Quo non Roma nos uiolabis uomere manes. Idem paulo post:Pluraq; rariculis feriuntur dentibus ossa.(Occulit) Tetigit,eius frequentatiuum est occulto.(Ruinosas)Plenas ruinis prostratas.(Victor) .s.tu Vlyss.(Abes) Es absens a domo tua.(Nec scire mihi).i.nec possum scire,quæ eam morandi.i.quæ causa sit tibi quare differas redditum tuũ in patriam,aut in quo orbe eleganter pro in qua parte orbis.(Quisquis) Ostendi non esse culpam suam,quod ignoret ubi sit Vlyss.dicit.n.Penelope se neminem prætermittere,qui ad littus suum ueniat quem non diligenter interroget de Vlyss.& cui non tradat literas, quas ille reddat. si eum alicubi uiderit aut inuenerit. (Quisquis) Vlyss.i.quicunque.s.uel mercator uel nauta.(Vertit) Appulit,flexit. (Puppim)Nauem,synecdoche,peregrinam,aduenam externam.(Ad hæc littora) Ad hanc nostram terram.(Ille,abit.Discedit.s.hinc.(Rogatus).i.interrogatus,ut multa super Priamo rogitans, alia rogare significat orare in compositione uero cum uariis præpositionibus uaria habet significata. Arrogare.n.significat assumere,& atttibuere, & in malam partẽ accipitur. Dicitur.n. arrogans qui sibi plus assumit,& attribuit,quàm deceat.Abrogare penitus tollere.Derogare in parte minuere,& tollere,unde Cic.ad Herennium,cui legi derogatũ uel abrogatũ sit. Erogare est dare.Irrogare inferre,ut irrogare pœnã.Horat.in 1.Serm. Adsit regula peccatis,quæ pœnas irroget æquas.Prorogare differre.Horat.in 1.Serm.Viuẽdi recte,qui prorogat horam. Rusticus expectat dum defluat annis. Abrogare sufficere,& in locum alterius substituere.Prærogare,præferre,inde prærogatiua prælatio, & priuilegium dicitur siue,ut uulgo loquar præeminentia.(Reddat;)Det tibi,& proprie dixit nam literæ dari dicuntur ab eo,qui mittit,reddi uero ab eo,qui difert qm̃ eius fidei sint creditæ,ut reddãtur. Carta,

epistola,

epiſtola ponitur interdum pro uno lib. Notata, ſcripta, nam literę notæ dicuntur: quod per eas res omnes notentur. Nota etiam pro quolibet ſigno accipitur. Virg. 3. Georg. Continuoq; notas, & nomina gentis inurunt. Luc. lib. 7. Non tamen abſtinuit uenturos prodere caſus. Per uarias fortuna notas. Nota etiam dicitur ignominia, & probrum, atteſtatur Nonius. Lucil. Quem ſcis ſcire tuas omnes maſculaque, notaſq;. unde & nota cenſoria, dicitur, quare Iuue. dixit. Sed qua Fab. cenſor notet. (Viderit uſquam). i. alicubi, ſignificat autem non ſolum in loco, ſed etiam ad locum Horat. in 1. Serm. de formica loquens: Non uſquam prorepit. & Terent. in Eun. ſed profecturus alio fueras rñdet Parmeno nuſquam ſubauditur enim profecturus erat. (Nos Pylon) Dicit Pene. præter diligentem interrogationem, & inquiſitionem factam à ſe de Vlyſſ. apud peregrinos ad ſuum littus uenientes, & præter literas traditas, quæ ei redderentur ſe etiam miſiſſe ad diuerſa loca percũctatum de ipſo Vlyſſ. & præſertim Pylon & Sparten qm̃ ex Pylo a Neſtore Vlyſſ. ſocio: Vel ex Sparte ab Agam. & Men. principibus Græcorum putabat ſe poſſe fieri certiorem, ubi eſſet Vlyſſ. dicit ergo. (Nos Pylon, arua Nelaia Neſtoris). i. terram Neſtoris regnatam à patre eius Neleio, fuit aũt ut ſcr. Str. Pylos urbs in Meſſenia ubi Neleus pater Neſt. regnauit, hanc Herẽ. expugnauit, & ex 12. filiis Nelei ab eo interfectis ſolus Neſtor ſuperfuit, ꝙ ipſe narrat lib. 12. Met. ipſe Neſtor interdum Pylius dicitur a Pylo à Mar. & à Iuuen. ut ex rex Pylius magno ſi quidquam credis Horat. exemplum uitæ fuit a cornice ſecundæ. Antiqui ſenis, dicitur enim uixiſſe 300. an. ut ipſe apud Ouid. Vixit annos bis centũ, nũc tertia uiuitur ętas.

NELEIA arua) Aemulatio Hom. qui Pylon ἀστυνηλήιον cognominauit a Neleo Cretei uel uulgo credebatur Neptuni Tyruſq; filio, cui ex ioco à fratre Pelia fugato. Apharcus oppido quædam Meſſenie conceſſit ad mare & in iis Pylon auctor Pauſanias. PAR.

NOS Pylon, &c.) Declinatur hæc Pylos, huius Pyli, huic Pylo, hanc Pylon, uel Pylum à nominatiuo Pylus. Item hæc Sparta latinæ, uel Sparte, huius Spartes græce. Vnde eſt accuſatiuus Sparten per n, non per m, & eſt patria Menelai. ASC.

Miſimus: incerta eſt fama remiſſa Pylo.
Miſimus & Sparten: Sparte quoque neſcia ueri.
Quas habitas terras? aut ubi lentus abes?
Vtilius ſtarent etiam nunc Mœnia Phœbi:
Iraſcor uotis heu leuis ipſa meis.
Scirem ubi pugnares: & tantum bella timerem:
Et mea cum multis iuncta querela foret.
Quid timeã, ignoro: timeo tamen omnia demẽs:
Et patet in curas area lata meas.
Quæcunq; æquor habet, quæcũq; pericula tellus:
Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.

FAma (De te eſt re. ſ. mihi à Neſtore. (Incerta) ignara de te ubi ſis. (Miſimus) Et. i. etiam (Spartem) Lacedæmona, nam eadem eſt Sparte, & Lacedæmon. Sed Laced. & pro urbe, & pro regione ponitur, dicta à Lacedæ filio Iouis, & Taygetes filiæ Atlantis. Spartem aũt accuſatiuus eſt græcus à nominatiuo? (Sparte) Neſcia ueri, ignara ueritatis de te. Sparte autem pro Spartani ponitur. i. urbs pro hominibus. (Habitas) Legendũ eſt, non aũt habites: quia ſequitur abes, quod eſt modi indicatiui. (Lentus) Tardus ad reuertẽdũ. (Vtilius) Declarat aperte, quod dixerat ſuperius, uni mihi pergama reſtãt. (Vtilius) Cũ maiori mea utilitate. (Starẽt) Eſſent adhuc integra & erecta. Dixit ſupra, in eo loco. Troia. cer. Mœnia Phœbi. i. muri Troiani, quos Phæbus ædificauit. Fabula aũt hic habet. Nept. & Apollo promiſſa ſibi à Laomedonte rege Troia. mercede muros illi ædificauerũt, ſed Laomedon poſtea eis promiſſum mercedem negaſſe dicitur, quod ideo fingitur, quia ut uoluit Ser. Laomedon Neptuno, & Phœbo certam pecuniæ quantitatem uouerat, quam poſtea imminẽtibus hoſtibus ad murorum ędificationem tranſtuliſſe dicitur, unde ipſi muros Troiæ fabricaſſe dicũtur, unde & auctor hoc dixi pergama Phœbi, & Virg. lib. 3. Aen. Et omnis humo fumat Neptunia Troia. (Hęu ipſa). i. ego. (Leuis) Inconſtans, & mutabilis alias leuis. ſignificat non onerosum. item uilem, & contemptibilem. (Iraſcor meis uotis) Reprehendo mea uo- HVB.

ta

ca,& ea quæ optaui prius enim optaui,ut Troiam uinceretis, & dirueretis, nunc doleo me ita optaſſe,nam uellem adhuc Troiani ſtare.(Scirem ubi pug.&c.)Senſus eſt, ſi Troia ſtaret,hic ſaltem ſcirem,ubi pugnares,& gereres bellum.(Et tantum).i. ſolummodo. (Timerem bella).i.pericula bellorum,nō autem alia.(Et mea,quærela) De abſentia mariti. (Foret iuncta cum multis).ſ.aliis mulieribus,quæ & ipſæ conqueruntur de abſentia maritorū ſuorum,quod eſſet mihi tolerabilius.Nam eſt in communi prouerbio miſeriarum ſocietas ſolatii loco eſt.(Quid timeam).ſ.nunc cum neſcio ubi ſis.(Demens) Exanimata,& timore perturbata.(Et patet in curas area lata meas)Senſus, eſt licet neſciam quid timeam timeo tamen tibi omnia pericula,& meæ curæ & timoris in omnem partē uertūtur. (Area) Spatium.(Lata) Ampla.(In meas curas)In meas ſollecitudines & timores de te. (Patet) Patens eſt,& diffunditur latet atque ſpatioſe,nam area pro ſpatio ponitur,& latitudine,ſignificat,& alia,& proprie, & tranſlatiue, quæ quia ad hunc locum non pertinent, prætereuntur.(Quæcunque æquor habet) Ordo eſt.Ego ſuſpicor quæcunque pericula.i. omnia pericula quæ æquor habet,& tellus,eſſe cauſas tam longe more.i.quòd tandiu moreris, ſuſpicor fuiſſe cauſam periculorum,quæ tibi mari terraque poterunt accidere.

ASC. VBI lentus habes,) Scilicet domicilium,aut potius ab. (Mœnia Phœbi) .i. pergama Apollinis fabricata manu,& ab eo diu cuſtodita. Vnde Virg. Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores &c.(Iraſcor uotis).i.deſideriis,quia deſideraui cum Troia ſtaret excidium eius,nunc cum iacet,eius incolumitatem. Si Troia ſtaret, ſcirem ubi pugnares, & tantum bella timerem,&c.nunc autem pellicem timet, quod tamen non expreſſe dicit,ſed per inſinuationem.(Area lata) Area ab ariditate dicitur locus in quo teruntur fruges,quę ſunt futuræ frugis ſemina,ſicut abſentia Vlyſſis multarum curarum. Quæ ueſtra libido eſt,aut per parenteſim dicit,quæ res eſt ueſtra libido. aut dum ego meditor ſtulte hæc.ſ. quæ eſt ueſtra libido,ſed prior modus melior eſt,quia ponitur hæc.ſ.prædicta, quia in mari & terra contingunt.Apte autem pluraliter dicit quantum ad ſenſum, ueſtra non tua libido,ne in ſolum Vlyſ.talem maculam coniiciat,& ut facile creditu doceat quod multi cōſueuerunt.Id autē dicit,quia noti erant amores Agamēnonis,Achillis,& aliorū principū.

Hęc ego dū ſtulte meditor,quæ ueſtra libido eſt,
Eſſe peregrino captus amore potes.
Forſitan & narres quàm ſit tibi ruſtica coniux:
Quæ tantum lanas non ſinat eſſe rudes.
Fallar:& hoc crimen tenues uaneſcat in auras:
Ne ue reuertendi liber,habeſſe uelis.
Me pater Icarius uiduo diſcedere lecto
Cogit:& immenſas increpat uſque moras.

HVB. HAEC ego dum ſtulte) Nunc more muliebri detegit aliam ſuſpicionem, quam habet dicens. Hæc ego ſupra dictas cauſas ſuſpicor, ſed ut uos uiri, libidine maxime ducimini, captus es fortaſſe amore alicuius mulieris, quæ te detinet. Ordo eſt. (Tamen ego ſtulte meditor hæc) .ſ. ſupra dicta, tu potes eſſe captus amore peregrino,quæ libido ueſtra eſt.i.pro ea libidine quæ libido eſt ueſtra.i.ueſtrum uirorum.i.quam uos uiri habetis,& hic eſt uerus ſenſus,& ueſtra conſtructio,nam ſupplēdus eſt ablatiuus, & talis conſtructio uſitata eſt a doctis.Ser.Sulp.ad Cic.in epiſt.qua conſolatur eū de morte filiæ ſimili utitur locutione,qui illius amor in te eſt,hæc facere illa nō uult ordo illa nō uult te facere hæc eo amore,qui amor illius eſt in te,ſunt & alia exempla,ut quæ improbitas tua eſt,me oppugnare,audes.i.ea iprobitate, quę tua improbitas eſt, ſed hęc ſint ſatis, huiuſmodi aūt ſuſpiciones uxorem de amore maritorū abſentiū, qm̄ crebræ ſunt, ſolent a poëtis ipſis mulieribus attribui.Terent.in Adelph.Vxor ſi ceſſas aut te amare cogitat,aut amari,aut putare,aut animo obſequi,& tibi bene eſſe ſoli,cum tibi ſit male.(Forſitan) Addit & aliam ſuſpicionem de contemptu ſuo. ſ. Vlyſſ.ut gratior ſit nouæ amicæ, uituperat ipſam Penelopen.Sic Medea ad Iaſ.Forſitā & ſtulte dū te iactare maritæ quæris,& iniuſtis auribus apta loqui.In faciem,moreſq; meos noua crimina fingis. Ruſtica, inculta. (Quæ tātū lanas non ſinat eſſe rudies).i.q̄ nulli alii rei muliebri ſatis ſit apta,niſi carpēdis lanis,

non

non etiam acui,notandum autem eſt:Penelopen ſuſpicari non ſolum̃ quod Vlyſ. eã ruſticam dicat apud amicam,uerumetiam dicat eſſe anum,nam mulieres iuuenes magis exercitio acus utebantur,non ad conſuendum,ſed ad pingendum uariis coloribus , & figurandũ ueſtes,quales à Dido.non textas,ſed acu pictas ſignificat.Virg.Aen. lib.11. Tum geminas ueſtes auroque,oſtroque rigentes,extulit Aeneas , quas illi læta laborum Ipſa ſuis quõdã manibus ſidonia Dido Fecerat,& tenui telas diſcreuerat auro. & alibi, Pictu acu clamidé, & ferrugine clarus hibera. Anus autem quæ propter uiſus,& hebetudiné,aut manus inſtab litatem acui non eſſent aptæ,ad lanam transferebantur,& talem mulieré Iuuen. ſignificauit,cum dixit.Eſt in cõſilio matrona admotaque lanis Emerita,quæ ceſſat acu. (Rudes) .i.impolitas.(Fallar)Optaui eſt modi,& ſubauditur utinam.(Fallar).ſ.hac mea opinione, quam de te habeo. (Hoc crimen) Quo te accuſo.ſ. de amore alterius mulieris. (Tenues)Vacuas,uel ſubtiles.(Auras).i.aëra,qui eſt tenuis comparationé aquæ,& terrę,(Vaneſcat)In uanum,hoc eſt in nihilum abeat, hoc eſt non ſit uerum.) Ne ue reuertendi) Ve copulatiua eſt coniunctio,ſignificat enim & ſenſus ergo eſt & tu. (Liber reuertendi) .i. tu non prohibitus,quin reuertaris.i. utinam nullius amore retentus , ne uelis abeſſe.liber.u. eundi dicitur,qui ire permittitur,& ſic liber reuertendi, qui libertatem habet reuertendi. Poteſt etiam ita ordinari cum ſequentibus uerſibus. & ne tu liber reuertendi uelis abeſſe. (Pater Icarius)Cogit me &c.rariſſime tamen inuenitur apud Ouid. Senſus a uerſu pentametro pręcedenti ad hexametrum,uel pentametrum ſequentis tranſeat,quamuis nõ nunquam faciat,ut in Epiſtola Phyl. Quaque patent oculis littora lata meis. Siue die laxatur humus,ſeu frigida lucent Sidera,proſpicio quid freta uentus agat.(Me pater)Commendat nunc Penelope amorem ſuum, & conſtantiam erga Vlyſſ. quia cum poſt tam diuturnã abſentiam Vlyſſ.uellet eam pater alii uiro collocare,dicit ſe nunquam uoluiſſe. (Icarius pater me)Fuit enim filia Icarii fratris Tyndari,ut ſcrib.Str. lib.10. Polycaſta eius mater , & pater fuit auté Pene.& eius fratres Alzeus,& Leucadius,qui cum ręgnũ Acarnaniæ tenuiſſent,ciuitatibus nomen dederunt,ſępe noluerunt eam Eurymacho uxorem tradere adducit Str.Homeri uerſus latinos ſic factos . Olli in tecta Patris properant habitare feroces Icarii,cuius de ſemine filia pulchro Germanique orti fratres,tum protinus illam Eurymacho pater,& fratres nupſiſſe uolebant,dicit ergo.(Pater cogit).ſ.uerbis ſuis,nam uoluntas patris filiabus pro iuſſu habenda eſt. (Diſcere uiduo lecto). ſ. tuo à te derelicto , & in quo ſum tanquam uidua.

N E ue reuertendi) Dii faciant inuitus , & non ſponte peregrinæ maneas, ut ſuſpicor. (Liber reuertendi) Cum ſit in tua poteſtate redire. Velis abeſſe. Reditum in patriam negligas,& procul à me libenter uiuas in alterius puellę complexu. PAR.

Q V A M).i.quantum ruſtica coniux lanificio intenta eſt. (Fallar) Optantis eſt.i.utinam fallat ab opinione, aut ſuſpicione mea , ne uelis abeſſe cum fueris liber reuertendi.i. quandocunque dabitur facultas libere reuertendi,quę eſt his qui amoribus adulterinis indulgent,quia nihil eſt quod eis legitimam auferat libertatem, & tamen non redeunt,quia capti ſunt.(Diſcedere lecto uiduo,)Id eſt accedere lectum maritalem. ASC.

*Increpat uſque licet:tua ſim,tua dicar oportet:
Penelope coniux ſemper Vlyſsis ero.
Ille tamen pietate mea,precibuſque pudicis.
Frangitur;& uires temperat ipſe ſuas.
Dulychii Samiiq;,&,quos tulit alta Zacynthos,
Turba ruunt in me luxurioſa proci:
Inque tua regnant, nullis prohibentibus,aula:
Viſcera noſtra,tua*dilacerantur opes.
Quid tibi Piſandrũ,Polybumq;,Medõtaq; dirũ,

HVB. INcrepat)Incuſat,Moras im.i. nimias longas moras mea qua te tandiu expectem.Increpet huius uerbi repetitio habet emphaſim, q.d. inclamet mihi quãtum uelit. (Oportet) Decet. (Pietate meo)id eſt meo uehementi erga te amore. (Frangitur) Vincitur. (Et uires temperat)id eſt minuit impetum animi, quia quando uidet me tam eſſe amante tui,minus poſtea inſtet,

*Increpet.

*dilaniantur.

Eurimachique auidas, Antinoique manus,
Atq; alios referam? quos omnes turpiter absens
Ipse tuo partis sanguine rebus alis.
Irus egens, pecorisque Melāthius auctor edēdi,
Vltimus accedunt in tua damna pudor.
Tres sumus imbelles numero: sine uiribus uxor,
Laërtesque senex, Telemachusque puer.
Ille per insidias pene est mihi nuper ademptus:
Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.
Dii precor hoc iubeant, ut, eũtibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.
Hoc faciunt custosque boum longæuaq; nutrix:
Tertius, immundæ cura fidelis haræ.
Sed neque Laërtes, ut qui sit inutilis annis,
Hostibus in mediis regna tenere potest.
Telemacho ueniet; uiuat modo: fortior ætas:
Nunc erat auxiliis illa tuenda patris:
Nec mihi sunt uires inimicos pellere tectis:

stat, ut nubam alio.(Dulychii) Tunc Penelope procatores ex diuersis locis uenisse cõmemorat. Sunt autem proci siue procatores qui perseuerantur & instanter aliquã uxorem petunt. Procari.n.est importune, & perseueranter petere. Ordo est proci Dulychii, & quos &c. ruunt in me Dulychium autẽ ut scr. Str. una est ex Echimnadib. insulis, quæ inter Zicinthon, & Cephaleniam ad orientem solem iacent, ex ea duo de. l. pro eos uenisse scr. Ho. Cephaleniã autem teste Strab. quidam Dulychium appellare non dubitauere, dicta autem ait à Cephalo hanc tetraposim. i. quatuor ciuitates, habentem appellatã dicit, Same Cephanię urbs, quę & Samos dicitur. Nam pro urbe teste Str. Vtroque modo dr̃, pro insula uero tantummodo samos ex ea quatuor & 20. proci uenerunt. (Zacynthos) Paulo plusquam, Cephalenia in occasum uergit, ꝙ causa magis attingit, eius autẽ ambitus ultra 100. & 60. stadia est, abest, à Cephalenia ad stadia 40. nemorosa quidem uerum fructifera eius nominis est celebris, hoc Str. Et quos tu quos procreauit. (Alta) Eminens. Virg. 3. Aen. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos per hoc quod dixit apparet altã esse significauit. (Turba) Multitudo, quia ut supra ostendimus, erant quam plurimi. (Ruunt) Concursu, & si facto impetu ueniunt. Virg. Ac uenti uelut agmine facto qua data porta ruunt. (Regnant) inuidiose dixit q.d: non satis est illis uenire in domũ, sed uolunt in ea esse domini, & dissipant res tuas quæ sunt mihi caræ tanquam. (Viscera) Mea. (Dilacerantur) Dissipantur. s. ab ipsis. (Quid tibi Pisandrum) Occupatio est rhetorica exornatio, dicit.n. se non esse dicturam, & tñ cõmemorat quosdam quos sibi infestissimos esse dicit. Auidas manus auaras, & ad capiendũ parata. Rebus diuitiis. Par acquisitis. (Tuo sanguine) Quia eas in bello, & multis periculis acquisitis. Turpiter cum tua infamia, nam turpe est pari res suas dilabi. Irus egens, nominat alios dissipatores bonorum Vlyss. quos ostendit esse homines utilissimos. Irũ, ut Str. scr. Hom. arneum appellat, ab arne urbe Boëtiæ, egenum autem fuisse Ouid. & hic, & in 3. trist. Ostendit, qui eius nomẽ pro paupere ponit. Nempe dat, quodcunque libet fortuna rapitq;. (Irus) Et est subito qui modo Cresus erat. Idem lib. 2. de Remed. Cur nulla est hecaten: nulla est quæ cœperit irum. Nempe quod alter egens altera pauper erat. (Melanthiũ) Autem alii pastorem & caprarium Vlyssis fuisse uolunt, sed lanium potius significat, hoc est qui pecora ad esum mactaret & laniaret, & dictus est. (Auctor pecoris edendi) Ad uiturperiũ, quia erant & auctoris pecoris sacrificandi, & hi tã uiles nõ habebãtur, dicebanturq; ministri. (Vltimos pudor) Vltimum dedecus, quia ipsi sunt utilissimi, pudor autem interdũ pro uerecundia, hic pro timore infamiæ accipitur, ut Iuuenal. Ingenui uultos puer, ingenuitq; pudoris, interdum pro decore ut hic interdum pro pudicitia Virg. 3. Aenei. ante pudor quã te uiolen. (Tres sumus) Occurrit obiectione, Ordo est, nos sumus tres numero imbel. i. nõ apti bello, & uiribus debiles. Ego uxor argumentum à sexu, nam mulieres natura sunt imbelles. Laërtes, pater tuus. Vulgo enim ex Laërtes genitur à poëtis dr̃, licet interdum Sisyphi filius appelletur, nam cum eius mater Anticlia ad Laërten spõsa deducere

tur

tur,fertur fuisse rapta à Sisypho latrone & ex eo genuisse Vlyss.quod ei ad cõtumeliã Aiax obiicit lib.3.Met.Quid sanguine cretus Sisyphio apud Virg.quoq; lib.6.cõtumelię eã Sisyphi filius dr̃,cũ Deiphœbꝰ dicit hortator scelerũ Aeolides,nã Sisyphus Aeoli filius fuit. Ouid.tñ nulla contumeliç causa Sisyphi filiũ dixit.lib.3.de Arte amã. His sua Sisyphides auditis pœnæ resoluit,Corpora nam sociis illita cęra fuit,hęc dixit,ut tollatur dubitatio sicubi reperiatur ita appellatus.(Telemachusq; puer)Vel filius,uel ętatis puerilis,& tenere.(Ille Tel.Pen.)Pre. (Est ademptus) Est subieptus. (Per insidias) Per dolos.(Omnibus inuitis)Contra uolũtate omniũ.(Dii precor)Optat Pen.ut Tel.sit superstes sibi, & Vlys. Ordo est.Precor,ut dii iubeãt.i.uelis,ut Infandũ regina,iubes renouare dolorem.(Vt ille) Tel.cõprimat,claudat.(Meos oculos) Quia propinquiores solebant morientibus oculos claudere,qui morte late aperiuntur.(Hoc faciũt).i.hoc idem precantur custos boũ bubulcus noster,hoc est boũ custos,qui ut Theocritus edyllio.16.scr.Philœtius appellabatur,habebat.n.Vlys.sicut pleriq; alii ea tẽpestate,magnã partẽ prouentũ ex armẽtis & gregibus. (Lõgæua) Anus,lõgę ętatis nutrix.s.tua hęc Euryclia dicebatur.Tertius cura fidelis.i.fidelis custos.(Harę).i.porcorũ.i.subulcus is Eumęus uocabatur, fuit alius Sybotes.(Immunde)Fœde est.n.porcus animal fœdũ,hara aspiratũ,& prima correpta significat porcorũ,stabulũ,prima lõga & prima aspiratiõe est locus,ubi diis sacrificatur.(Sed neq; Laërtes) Probauit,qđ filius puer non possint defendere eius bona aduersus raptores,nũc dicit de Laërte.(Vt).i.tanq̃.s.is. (Qui sit inutilis anuis).i.q ꝑ ætatẽ nõ sit aptus. (Tenere) Defendere. (Modo)Vel tantũmodo uel dũmodo.(Illa)Aetas puerilis.(Tuenda)Adiuuãda.(Auxiliis patris).i.tuis,cũ ipse per ętatẽ,nec cogitare,nec agere sciat,quę utilia sunt.(Nec mihi sunt uires)Nunc Pene.dicit de se.(Pellere).i.ad pellendũ.(Inimicos)Qui tua bona dilacerant.

PROCI) Pen.bis à procis petita est,semel adhuc nupta cũ pater Icarius ei despondebat,qui pernicitate pedũ pręstaret.itaq; Laced.secundũ uim, quę exinde appellata aphetias est instituto certamine.Vlyss.cursu uictori Pen.cessit. terũ per absentiã uiri,quẽ mortuũ putabant.in odi.canit Hom.Superiora Pausanias. (Nec mihi sunt uires) Gryllus hoc Vlyssi ꝓbro dat apud Plutar.ꝑ hęc,Vxor tua dũ rubella geris ad ignẽ domo sedet, ac ne ut hirudines quidẽ,eos ulcisci potest qui in se,ac totã domũ,irruunt, cũ pręsertim lacæna sit. PAR.

PROCI, id est importuni,& impudici petitores connubii.(Dulychi).i.ex Dulychia & Samii ex Same sic.n.à Virg.uocatur 3.Aen.Dulychiumq; Sameque & neritos ardua saxis. Ad q Seru.Same(inquit)Cephalenia est.Nam Samos in Asia est,hæc ille,hic tñ uidetur deductum à nominatiuo Samos,nam Same faceret Samei,sed de ea insula sunt,quã Seme Virg.uocat(Rebus partis). i. acquisitis. (Tuo sanguine). i. sudore,aut periculo uitę.s. quas ex Troia domũ dimiserat.(Irus egens)Ordo est.Irus procus ille egens.i.famelicus & omnium egenus.(Et Melanthius auctor pecoris edendi). i. absumendi. (Accedunt in tua damna)Existentes,ultimus.i.summus pudor nam nihil indignius quam sanguine parto à talibus ligurii,& coniugem procari impune permittere. (Tres sumus imbelles)Docet omnẽ spem in Vlysse collocatam,cũ nulla sit resistendi potestas sibi propter sexũ patri ꝓpter senium,& filio propter imbelles annos.(Hoc faciunt).i.idem optant, & precantur custos boum.i.bubulcus nomine Philætius.(Et nutrix longa).i.uetula longi ęui Euryclia nomine,tertius.s.Eumæus,qui est cura fidelis haræ immundę.i.cubilis porcorum,qui immundi sunt,& in hoc significato scribitur cum h,& corripit primam,ut patet hoc loco. ASC.

Tu citius uenias portus, & aura tuis.
Est tibi,sitque precor, natus:qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat.
Respice Laërten:ut iam sua lumina condas,
Extremum fati sustinet ille diem.
Cërte ego,quæ fueram te discedente puella:
Protinus,ut redeas,facta uidebor anus.

TV citius) Subaudiendum est,ergo,tu uenias citius ꝓ cito. (Portus & cura) id est salus, & requies. translatio sumpta à nauigantibus, quibus nihil magis optatur, quam uenti secundi, & portus. (Iuis) Patri filio, & mihi. (Est tibi) Quia sciebat desiderio filii patrem HVB.

maxime moueri,ideo adhuc in memoriā ei reducit. (Sit).i.diu uiuat. (Mollibus) Teneris puerilibus.(Erudiēdus)Instituēdus.In artes patrias.i.paternas nam(ut Cic.1.off.inquit) Plerique parentum præceptis imbuti,ad eorum consuetudinem, moremq́ue deducuntur. (Respice Laërtem) Hoc est si non monet te filius puer,moueat te pater iamiam morti pro pinquus qui expectet,ut ei mortuo oculos claudas,quod officium pietatis patri à filio præ stari decet.(Respice) Verbum est misericordiæ Iuuen. Solus enim tristes hac tempestate Camœnas:Respexit.(Vt iam).i.statim.(Condas)Claudas.(Fati).i.mortis. (Certe, ego) Nunc mouet misericordiam à persona sua,dicit enim eum tandiu abfuisse,ut quamuis cito redeat,inueniat tamen eā anum,quā puellam discedens. relinquerat. (Protinus).i.cito, alias significat continue.(Vt).i.quamuis.(Redeas)Reuertaris. Sicut Ouid. exercendi ingenii gratia hanc epistolam à Penel.ad Vlys.scriptam finxit,ita & respōsiuam ab Vlys.remissam se scripsisse fatetur in 2.Am.ad Macrum,ubi commemorat, ut supra diximus,aliquot epistolas responsiuas à se scriptas,quæ hodie non extant, inter quas, & hanc responsiuam ponit,eius carmina subdam,ut eorum pertinaciam refutem,qui cōtēdunt has epistolas ab Ouid.non fuisse scriptas,sed facile conuincuntur his uersibus. Et quod Pene.uerbis reddatur Vlys.Scribimus,& lacrymas Phylli relicta tuas.Quod Paris & Macare⁹, & quod male gratus Iason:Hippolytique parens,Hippolytusq; legat. Quodque tenens strictum Dido miserabilis ensem,Dictat,& Aoniæ Lesbis amica lyræ.Quā cito de toto rediit meus orbe Sabinus,Scriptaque diuersi rettulit ille locis.Candida Penel.signum cognouit Vlys. Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.Iā pius Aeneas miseræ rescripsit Elisæ. Quodq; legat Phyllis si modo uiuit habet,Tristis ad Hypsipylem ab Iasone litera uenit. Dat notā Phœbo Lesbis amicam lyram. Hæc sex epistolæ nusquam in operibus Ouidius reperiuntur,cum aliæ supradictæ missiuæ in hoc uolumine legantur.Vlyss.tamen post multos erro res delatus ad Alcionum Phæacum regem,ab eo,& uxore Areta benigne exceptus,& naue & sociis donatus,tandem in Ithacam reductus est in naui dormiens, ubi excitatus dicitur a Pallade, quam semper habuerat fautricem, & præmonitus, de his, quæ esset acturus sub specie senis mendici,domum suam ingressus est,ubi multa à procis Penelopes passus,& tādem recognitus ab Euryclia nutrice, auxilio subulcorum,& Telemachi, quibus se indicauerat,iniuriam suam ultus est,cum eos pugnā interemisset,aut, ut alii uolunt,oculis tantummodo orbasset,ita ut in triuiis stipem querere cogerentur.Postremo à Thelegono filio,quem ex Circe susceperat, cum non cognosceretur esse pater, interfectus est, & sic,qui tot matris,tarræque pericula euaserat,manu filii cædem effugere non ualuit.Hoc patricidio commisso,Thelegonus ex Ithaca discedens in Italiam uenit, ubi Tusculum oppidum condidisse dicitur.Telemachns patri succedit Penelope usque ad ultimum spiritum pudice uixisse dicitur,unde pro exemplo pudicitiæ à poëtis præponi solet.

ASC. TV citius,)Id est ualde cito, aut propterea citius,quia imbelles sumus,uenias existēs tuis.s.domesticis,& necessariis.Sic in Bucolica Virg.Tu decus omne tuis.(Portus & aura) .i.salus & uia ad eam perueniendi.(In patrias artes).i. obtinendas patrias artes, quæ in re militari & Repub.consistunt,& nisi acciperet in pro ad,dicere posset in patriis artib.(Respice Laërten)Non scribendum est Laërten, ut uersus indicat, quia à prima declinatione in es,habetur accusatiuus in en,longum,ut condas.i.claudas.(Vt redeas)Pro redieris,uide bor anus,id est uetula decrepita.

PHYLLIS

PHYLLIS DEMOPHOONTI.

EPISTOLA II.



OSPITA Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis
Vltra promissum tempus abesse queror.
Cornua cum lunæ pleno semel orbe coissent:
Littoribus nostris anchora pacta tua est.
Luna quater latuit:toto quater orbe recreuit:
Nec uehit Actæas Sithonis unda rates.
Tēpora si numeres,bene q̄ numeramus amātes;
Non uenit ante suam nostra querela diem.
Spes quoque lenta fuit:tarde,quæ credita lędūt,
Credimus:inuita nunc & amante nocent.
Sæpe fui mendax pro te mihi:sæpe putaui
Alba procellosos uela referre Notos.
Thesea deuoui:quia te dimittere nollet:
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.



OSPITA) HVB. Quidam interpretes in huius epistolæ argumēto, falsa quædam somniauerunt Demophoontem ex Colchis cum Argonautis reuertentem ad Phyllida Thracum reginam diuertisse, cū Demophoon eo tempore, aut nondum esset natus,aut certe nōdum eius ætatis ut ad talem expositionē proficisceretur, uerum ita res habet Demophoon Thesei filius auxilium gręcis, ut Iust. lib.2. scr.aduersus Troianos tulit,qui ab eo bello rediens tempestatibus maris, & longis erroribus actus in Thraciam delatus est ubi à Phyllide, quæ per ea tempora regina Thracum erat portu hospitioq; exceptus, & ab ea ardenter amatus in coniugium rogatus est, qui ei coniugii fidē dedit, & ob beneficia accepta iurauit, se nunquam eam derelicturum uxorem,uerum audita morte Mnestei.qui post electū ex urbe Thesea Demophoōtis patrē Atheniensiū imperium occupauerat.Demophoon cupidus regnandi, dissimulata causa petiuit à Phyllide aliquantū tēporis,quo Athenas res suas ordinaturus accedere,data fide se intra mensem redditurum ad eam,uerunt eā ultra quatuor mensem, iā redditum suum destulisset.Phyllis amoris impatientia,& doloris impulsus,quod se spretā crederet, & eius redditū,iā desperaret,zona sua gutturi circunligata laqueo uitā finiuit,& ut fabulę ferunt in arborē Amigdalū sine foliis mutata est,postea reuersus Demophoon,re cognita, truncū eius amplexus est,qui ueluti sponsi sentiret aduentū,folia emisit,unde etiam testes Seruio,Phylla græcæ folia dicta sunt à Phyllide,ante igitur hunc casum Phyllidis, cū Demophoon redditū suū longe ultra promissam tardaret, Phyllis ad eū hanc epistolā scr. qua multis ex causis,& rationibus cū reuocare nititur,cōmemorans ei iusiurandū, & suorū erga se beneficiorū obligationē,postremo conatur eū mouere referens, quod nisi reuertatur, aliquo crudelissimę mortis gn̄e se interimet, in quo dicit fore, ut appareat ingratitudo, & crudelitas Demophoōtis,uel ꝑ epitaphiū eius inscriptū.(Hospita)Ordo est,ò Demophoon,ego Phyllis Rhodopeia.(Hospita)Tua,q̄ror te abesse &c. hospita dr̄ fœminino genere, licet legatur hospes cōis generis.Inhospita uero & fœminini generis reperitur,ut in hospita syrtis,& neutris gn̄is,ut Ouid.lib.1.Met.& inhospita tecta tyranni ingredior.(Rhodopeia)Threcia,nā Rhodope mōs est Traciæ ita dict⁹ à Rhodope muliere in eū cōuersa.sicut & Hemus,ut scr.Ouid.lib.6.Met.Thraciā Rhodopē angulus hēt alter & Remū.Nunc gelidos mōtes mortalia corpora quōdā.(Promissum).s.mihi à te.(Cornua)Dicit spatiū tēporis sibi ꝓmissi.s.spatiū unius mēsis,quod per lunā significauit.(Cornua cū lunę &c.).i. cū luna semel esset facta plena,tūc.n.extremitas lunæ quæ ob similitudinem cornua dicuntur coëunt.i.coniunguntur,& se tangunt,& ideo dixit.Pleno orbe.i.pleno circulo ipsius lunę, possumus tn̄ fortasse melius intelligere spatium medii mensis, quo luna crescit, & implet

orbem. Inde & Iuuen. dixit Semestri natum digitos circunligat aure. i. annulo rotũdo, qualis est luna in medio mense. Licet Dom. Cald. aliter interpretetur illum locũ Iuuen. nõ satis uere. (Anchora). i. nauis instrumentum, ꝙ pro ipsa naui posuit. (Pacta) Promissa à te (Nostris) Threicis, ubi ego habito. (Luna) Ecce iusta causa q̃relæ. (Quater latuit) Quartũ mensem exactum significat. (Recreuit) Iterum creuit, & plena facta est. (Nec uehit). i. nec promissum tuum perficitur, quia nauis tua non uenit ad nos. (Sithonis) Hæc est uera lectio, & non Sithois, nam nusquã legere memini, quod Sithois fluuius sit Thraciæ, prætere a nõ per fluuiũ erat uenturus, sed per mare. Sithon uero mõs Thraciæ est, unde & Maro, Sithonias niues dixit. hoc autem loco Sithonis non est genitiuus casus, sed nominatiuus habẽs formã patronymici fœminini, sicut Parnasi Parnasidos, nouimus aũt nomine unius montis uel fluuii, uel loci totam regionẽ intelligi plerũque, ergo. Vnda Sithonis & Sithonia. i. Thracensis. i. mare nostrum Thracium. (Non uenit) Naues acti. i. tuas Athenienses, nã Attica regio etiam Acte dicta est, uel quod, ut Str. scr. illa pars maxime ad mare est extenta & angusta, nã ἀκτὴ græce littus dicitur, uel certe dicta est ab Actæone (Quæ numeramus amantes) Sunt omnes amantes diligentissimi calculatores temporis. (Querela) Lamentatio de tua absentia & mora. (Ante suam diem). i. ante tẽpus debitũ, nã dies est fœminini generis, licet etiam pro spatio 12. uel 24. horarum interdum accipiatur, tñ proprie ꝓ tempore ponitur. Iuuen. longa dies igitur quid contulit. i. longũ tempus. (Spes quoque lẽta fuit). i. sicut querela mee de absentia tua fuit sera, & lenta, ita etiam spes fuit lenta quia tarde speraui ea mihi euentura, quæ nunc cum damno meo mihi euenerũt, est autem Acyrologia improprietas sermonis, uel uerbi nam spes cum bonorum expectatio sit, pro metu hic accipitur, sicut apud Virg. lib. 4. Aen. Hunc ego si tantum potui sperare dolorem. Ergo spes. i. timor ne redires. (Fuit lenta). i. sera, quia si citius timuissem, potui nõ decipi. (Tarde quæ credita) Sensus est ego credo nunc ea, quæ nocent mihi, q̃ a sero credidi. s. te nũquã reuersurũ. (Credimus) Pluralis numerus pro singulari, ea quæ credita tarde. (Lædũt, me & nocent me amante inuitat. i. mihi amanti inuite, & erit casus pro casu positus, ut apud Iuue. Porrectura uiro miscet sitiente rubetã, uel subaudi nocent mihi, me inuita. i. cũ non possim resistere, aut prouidere. (Fui mendax pro te). i. tu, causa sæpe multis mẽsura sum, te breui reuersurum. (Putaui) Credidi. (Procellosos) Impetuosos & uiolentos. Est. n. dicit Ser. Procella uis uentorũ cum pluuia dicta, quod omnia procellat. i. concutiat. (Notos) Speciẽ pro genere posuit. i. notos uentos meridionales, qui & austri dicuntur, pro omnibus uẽtis, aut quia ex Athenis in Thraciam nauigantibus noti sint maxime felices. (Referre) Reportare, & mihi tanquam debita reducere. (Vela alba) Non aliam ob causam dixit alba, nisi quia ut plurimum alba fiunt. (Deuoui) Execrata sum & male dixit. Nam deuouere est malis uotis, & imprecationibus aliquem detestari. Ouid. in Ibin. Illum ego deuoueo quẽ mens intelligit Ibin (Thesea) Patrem tuum tanquam tuæ morę, & absentiæ causam. (Tenuit) Impediuit. (Tuos cursus) Tuum iter tuã nauigationem, ut Virg. Huc cursus fuit.

ASC. HOSPITA Demophoon) Argm̃ enarrauit prior commentarius, quod & Seru. recitat ad illud. Si quos aut Phyllidis ignis & est. Hospita per superabundantiam dicitur, nam hic, & hæc hospes reperitur, uerumetiam in neutro genere in hospita saxa legimus quasi ab hospitus hospita hospitũ, & est hospes, tã qui recipit, quam qui recipitur hospitio, hic aũt hospita, quæ recipit. Videtur aũt statim in primo uerbo expostulare iniuriã ꝙ non nisi hospita sit eius, cuius secũdũ promissa coniunx esse deberet, sicut Dido Aen. 4. Cui me moribũdã deseris hospes, hoc solũ, qm̃ nomen de coniuge restat. Queror. i. cõqueror. Cornua cum lunæ &c. Ordo est. Anchora tua est pacta. i. in pacto tuo ꝓmissa, & ita potius passiue, q̃ actiue accipietur. Nec est tã dura metaphora, quia deponentia omnia cõia fuerunt, nr̃is littoribus. i. ut adesset littoribus nostris. s. Thracii, sup. tunc. cum cornua lunæ coissent simul pleno urbe. i. ut primũ pleniluniũ esset, sed luna latuit quater. s. in plenilunio, & recreuit quater toto orbe. i. quater plenilunium rursus fuit, hoc est quatuor sunt transacti menses nec unda Sithonis. i. Thraciæ, hoc est mare Thracium. Vehit. i. reuehit, rates. i. naues. actæas. i. Atticas, uel Atheniẽses. Spes quoq; &c. Ordo est, spes fuit quoq;. i. etiam, lenta. i. tarda, non potuit cito induci ad tantã spem de te concedendam, ad quã inducta grauius lædor,

dor,quia quæ tarde sunt credita lædem.s. grauius, nos autem credimus,& supplex credita nocent me existente inuita?i.quæ credo inuita & amãte.i.qui cogor etiam amare nõ redamante. Notos.i.uentos illos procellosos.i.multas procellas excitare solitos.Ego deuoui. Thesea.s.patrem,tuum.i.cum increpationibus destinaui morti, & nota feci diis,ut moriatur,hoc enim proprie est deuorere,quamuis aut à se,aut ab alio,ob alterius salutem morte addici,ut patet de Deciis Romanis ductoribus patre & filio,qui se deuouendo rempublicã protexerunt.

HVB.

Interdum timui,ne, dum uada tendis ad Hebri,
 Mersa foret cana naufraga puppis aqua.
Sæpe deos supplex,ut tu scelerate ualeres,
 Sum prece thuricremis deuenerata focis.
Sæpe uidens uentos cœlo,pelagoque fauenteis,
 Ipsa mihi dixi,si ualet, * ille uenit.
Deniq; fidus amor, quidquid ꝑperãtib. obstat,
 Finxit:& ad causas ingeniosa fui.
At tu lentus abes:nec te iurata reducunt
 Numina:nec nostro motus amore redis.
Demophoon uentis & uerba, & uela dedisti:
 Vela queror reditu,uerba carere fide.
Dic mihi quid feci, nisi non sapienter amaui?
 Crimine te potui demeruisse meo.
Vnum in me scelus est.quod te scelerate recepi:
 Sed scelus hoc meriti pondus,& instar habet.
Iura,fides ubi nunc?cõmissaq; dextera dextræ?
 Quique erat in falso plurimos ore Deus?

* Ipso

INterdum) Alia suspicio de eius mora,ne fortassis periclitatus esset in aquis, & mersus. (Ad uada) Ad aquas. (Hebri) Fluuii Thraciæ. (Puppis).i.nauis, pars pro toto synecdoche. (Naufraga) Periclitata, à passa naufragiam. (Foret) Fuisset Ca na. alba propter spumam quæ fit cum aqua a uentis maxime mouetur. (Sępe deos supplex) Si legimus deos subaudiendum est rogans , sed melius legitur deis, & ita ordinatur ego supplex deis ut tu ualeres.Ipsa mihi dixi &c.(Ille uenit).i.Demophoon meus non decipit me,sed nauigat ad me. (Si ualet) Si est incolumis. (Amor fidus finxit) Ego quæ fideliter te amo, finxi omnes causas quæ possent te impedire, quæ impedire solent omnes paratos ĩgredi aliquod iter. (Quidquid obstat properantibus).i.omne quod impedit paratos,& iam accinctos ad aliquod iter.(Ad causa) Ad excusationes tuę morę. (Aut tu lentus abes) Adducit ei Phyllis iura iuranda, quibus ille se ei astrinxerat, ut eum moueat ad redditum .(Iurata à re) Est enim passiue significationis. (Nostro amore) Vel meo erga te uel tuo erga me.(Dare uela uentis) Est uerba in uanũ fundere Vir.Sed aurę omnia discerpũt.(Dic mihi) Ne uideatur sua culpa esse relicta à Demophoonte.(Quid feci) Quid peccaui,unde facinus.(Nisi non amaui sapienter) Quia nimis cito properaui ad amorem tuum,quod non est sapientis,ergo in hoc solũ peccaui. Sed hoc meum crimen habet pondus.i.momentum.& ualorem.Es instar, similitudinem.i.debet tibi esse loco meriti.& maximi beneficii.(Crimine te potuit)Sensus est mecum crimen potuit te uehementer obligasse.(Demeruisse).i.ualde meruisse,nam de hoc loco auget. Iura fides,cõmemorat iureiuranda ipsius Demophoontis,dicens iurę,fides sunt qui iungunt,& exponũt.(Iura fides).i.iurata,sed melius dicemus distinguẽdo.Iura ubi sunt,ubi fides &c. & intelligimus iura.s.coniugii,quę inuiolabiliter sunt seruanda Sic Hypsiphyle ad Iasonẽ.Heu ubi pacta fides,ubi connubialia iura.Fides è fio dicitur quòd fiat,quod dictũ est,est enim dictorum conuentorumque executio. (Commissa) Coniuncta,dextræ enim coniunctio ad fidei confirmationem fiebat,erat enim ut Seruius dicit,Fidei dicata,sicut genu Misericordię.(Deus) Qui erat plurimas.i.dei qui ei erant plurimi.In ore tuo.falso.fallaci.
 VADA Hebri) Qui rapidus est,ut 1.Aen.Volucremq; fuga præuertitur Hebrũ.(Sæpe deos supplex).i.oraui,aut timui pro te,hoc est ut tu ò scelerate ualeres.Nã ipsa. i. ego dixi mihi.i.in aĩo meo,si ualet ipse,uenit.(Numina iurata).i.à iurãte in testimoniũ accita.(Demophoon

mophoon uentis & uerba,& uela dedisti,)Quia uerba dantur uentis,dum irrita fiunt.(De meruisse te).i.bene meruisse de te, nam quod in me crimen commisi in te beneficium fuit. peccaui ergo te imprudenter amando, sed in me,non in te. Dido dicit. Si bene quid de te merui.Quintilianus etiam hoc modo, ut demerer amantissimos mei. Pondus & instar,id est instantiam,& uim aut imaginem,& formam,seu statum meriti.

Promissus socios ubi nunc Hymenæus iu annos?
Qui mihi coniugii sponsor,& obses erat?
Per mare,quod totum uentis agitatur, & undis:
Per quod sæpe ieras:per quod iturus eras:
Perque tuum mihi iurasti(nisi fictus & ille est)
Concita qui uentis æquora mulcet, auum:
Per Venerem,nimiumque mihi facientia tela:
Altera tela arcus,altera tela faces:
Iunonemque,toris quæ præsidet alma maritis:
Et per rediferæ mystica sacra deæ.
Si de tot læsis sua numina quisque deorum
Vindicet:in pœnas non satis unus eris.
*Ah laceras etiam puppes furiosa refeci:
Vt, qua desererer,firma carina foret:

* At

HVB. Hymenæus) Deus quem in nuptiis græci inuocabant. Sicut Romani Thalassionem. Promissus,à te. (In annos socios).i.in uitam nostram semper coniũctam,& socialem,qualis debet esse uita coniugalis. (Qui erat sponsor) Translatio ab hominibus sumpta, sicut. n. sponsor.i. uas qui pro alio promittit,& obses qui datur in tutelam fidei confirmat cõtractum, ita Hymenæus inuocabatur, ut coniugalis societatis perpetuæ certus esset quasi sponsor, & obses.(Per mare) Ordo est,tu iurasti mihi per mare &c. (Agitatur) Commouetur, turbatur. (Ventis) Venti flatus uiolentiores,auræ uero mitiores dñt. (Per auum tuum) Aut auum pro proauo posuit,& intelligimus Neptunum,ut Iuuen.Perque tuum pater Aegei.Neptune tridentem aut certe Aegeũ dicit patrem Thesei, qui naue filii à Minotauro reuertentis cum uelis nigris procul uisa, cum crederet eum mortuum fuisse,in mare se præcipitauit, & in deum marinum mutatus dicitur,& ideo dixit nisi fictus,& ille est.(Mulcet)Placat⁹ut Virg.Et mulcere dedit fluct⁹, tollere uento.(Concita)Commota.(Tela)Amoris arma, nam Cupido non solum sagittis ferire,sed etiam face intendere dicitur.Ouid.lib.1.Met. Tu face nescio quos esto contentus amores Irritare tua,eadem tamen tela interdum etiam Veneris dicuntur Iuuena. Nec pharetris ueneris,macer est,aut lampade feruet.(Altera tela) Telum generaliter dicitur de omnibus,quæ mitti,aut iaci possunt,licet etiam interdum pro gladio ponatur,ut inferius in epist.Hypermnest. apparebit. (Iunonem) Per Iunonem. Præsidet:præest.(Toris maritis) Lectis coniugalibus. Per sacra mystica.i.arcana:nam μύω, myo græce significat claudo,inde mystica & mysteria,dicuntur,quæ sunt clausa,& secreta,qualia sacra Cereris, quæ non nisi sacerdotibus patebant Iuuenal.Archana qualem Cereris uult esse sacerdos Ouid.in 2.de Arte.Quis Cereris ritus audet uulgere profanos. Magnaque Threicia sacra reperta lyra.(Deæ rediferæ,)Id est Cereris ferentis tedas. i. faces: nam cum Proserpinam filiam à Plutone raptam nondum sciret,ut eam non solum die,sed etiam nocte quæreret. In Aetna monte Siciliæ pineas faces accendit,quæ sibi lumen nocte præberent. Oui.lib.5. Met.Illa duabus flammiferas pinus manibus succendit ab Aetna.perque pruinosas tulit irrequieta tenebras,unde postea eius statuæ & picturæ cum faucibus sunt,quod ostẽdit Cic. in Verrem lib.6.his uerbis. Qui accessistis Aetnam, uidistis simulacrum Cereris ex marmore.& in altero templo liberæ. Sunt ea per ampla, atque præclara, sed non ita antiqua. Ex ære fuit quoddam modica ac singulari opere cum faucibus per antiquum. (De tot læsis)Vel amplitudine,de tot offensis & erit substãtiuum,uel certe,de tot læsis subaudi deis. (Vnus) i.tu.unus & solus.Non eris satis in pœnas, quia cum innumerabiles deos læseris, te tot corpora ad pœnas habere oporteret.(Ah laceras) Conqueritur,quod sceleri Demophoontis ipsa auxilium præbuerit.(Furiosa)Iosana.(Refecit)Instauraui. (Laceras)Ventis,

tis,& undis conuulsas.(Vt qua desereret,q.d.ut tibi præstarem operam contra me. (Carina).s.tua.(Forct firma) Esset,ualida contra impetum uentorum,& fluctuum. ASC.

VBI est nunc Hymenæus,) Id est deus nuptiarum, aut accipiendo per metonymiam, deum pro re,cui præest,ubi est nunc usus matrimonialis promissos in annos socios.i.côiugales socialiter transigendos.Per tuum auum.s.Neptunum Aegei patrem, aut ipsum Aegeum.Per Venerem,& tela.s.Cupidinis arcum,& faces,ad quæ alludit Virg. in princ.4.dicens:Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni,nam tela uulnus procreant,& faces incendiũ. (Nimium mihi facientia).i.nimium in me potẽtia,aut mihi nimium molestia. (Iunonẽ) Scilicet Pronubam.de qua Aenei.4.Iunoni ante omnes,cui uincla iugalia curæ. (Toris autem maritis).i.maritalibus,seu simpliciter dixit.(Per sacra Deæ tediferæ).i. Cereris.unde in eodem 4. Legiferæ Cereri &c.

Remigiumque dedi:quo me fugiturus abires.
Heu patior telis uulnera facta meis.
Credidimus blandis,quorum tibi copia,uerbis:
Credidimus generi,numinibusque tuis:
Credidimus lacrymis:an &hę simulare docẽtur?
Hæ quoque habent artes:quaq;iubẽtur,eunt.
Diis quoq; credidimus:qd iã tot pignora nobis?
Parte satis potui qualibet inde capi.
Nec moueor,quod te iuui portuque; locoque:
Debuit hæc meriti summa fuisse mei.
Turpiter hospitium lecto cumulasse iugali
Pœnitet:& lateri conseruisse latus.
Quæ fuit ante illam : mallem suprema fuisset
Nox mihi:dum potui Phyllis honesta mori.
Speraui melius:quia te meruisse putaui:
Quæcũq; ex merito spes uenit,æquora uenit.
Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria:simplicitas digna fauore fuit.

HVB. REmigium) id est remiges, hoc est nautas . (Fugiturus) Iniuriose dixit fugiturus. sic Dido ad Aen.apud Virg. Me ne fugis.(Heu patior) Translatio ab eo,qui inimicum suis armis instruit, qui interdum illis percutitur ab inimico. (Credidimus) Vt maiorem captet commiserationem & ut fraudem Demophoontis magis amplificet, multa commemorati Demophoonte, quorum singula,nedũ omnia simul potuerunt eam decipere,& inducere ad ei credendum. (Credimus blandis uerbis) Nam facundia,quæ est quædam non arte comparata,sed naturalis dicendi gratia, multum ualet ad amorem commouendum,unde Ouid.infra de Arte: Non formosus erat,sed erat fœcundus Vlyss. Et tamen æquoreas torsit amore Deas. Idem probat Virg.3. Aeneid.Hærent infixi pectore uultus:Verbaque. (Generi) Nobilitati tuæ domus,ex qua non potui mihi persuadere uirum perfidum posse nasci generis enim conditio plurimum ualet ad fidem faciendam.(Numinibusque tuis)Melius legendum dixerim nominibus,ut recte coniungatur, credidimus generi nominibusque tuis, nam se diis credidisse dicit inferius. (Diis quoque credidimus)Esset ergo iteratio superflua. (Lacrymis) Quæ etiam,ut ostendit Quintil.uim maximam habent commouendi, & ferè persuadendi.(Hæ).s.lacrymæ.(Et).i. etiam sicut tu.(Docentur simulare).i. discunt ostendere exterius falsos animi affectus,sicut uerbis simulasti,quod non habebas in pectore.(Artes)Dolos.(Eunt qua iubentur).i.quatenus illis iubes.& uis eas ire,quod Iuuen.attribuit mulieribus fraudem parantibus sic dicens : Huberibus semper lacrymis, semperque paratis In statione sua, atque ipsis spectantibus illa: Quo iubeat manare modo. (Diis quoque) Per quos iurasti mihi.(Tot pignora quid nobis).s.opus erat. (Capi)Decipi.(Inde)Ex his supradictis. (Nec moueor) Nec irascor, aut pœnitet me. (Loco:) Hospitio urbis, & domus meæ.(Summa)Finis.(Meriti) Beneficii.i. non debui facere maius beneficium, quam recipere te portu, & hospitio, sed pius feci,& ideo subiungit.(Turpiter hospitium)Sensus est pœnitet me post datum tibi hospitium, addidisse etiam lecti mei societatem, & tecum me

copulatam fuiſſe,& concubuiſſe,quodq̃ honeſtiſſimis uerbis poteſt exprimit, dicẽs.(Et cõſeruiſſe.i.coniunxiſſe latus alteri.(Cumulaſſe hoſpitium).i.addidiſſe hoſpitio,lectum connubialem.(Quę fuit)Optat ſe fuiſſe mortuam una nocte,anteq̃ cum Demophoonte coniũcta foret.quia ſine infamia mortua eſſet.(Mallem)Optarem potius uellem.(Suprema)Vltima.(Speraui melius).i.bene.(Quia me meruiſſe putaui)Me legendum eſt,non autem te, ut & ſenſus exigit.& lib.meus uetuſtiſſimus habet. (Quæcũque) Sententiæ eſt exornatio, & eſt ſenſus,ęquum eſt eum bene ſperare,qui de aliquo bene meruit.(Fallere)Etiam ſentẽtia eſt. (Operoſa) Magna , aut difficilis , ab opera.i.à labore dicitur,interdum ab opere,ut Ouid.1.Met.Et mundi moles operoſa labore.i.magni operis.(Simplicitas) Facilis credulitas mea.(Fuit digna fauore)Meruit potius laudem,quàm fraudem,aut reprehenſionem.

ASC. QVID iam tot pignora nobis).i.ad quid tot ad me decipiendum opus erat argumentis,ergo potius ſatis capi qualibet parte inde.i.illorum pignorum. Nec moueor ꝙ rẽ iuui, quia dixit.At laceras etiam puppes furioſa refeci. ne beneficiũ exprobrare uideatur, dicit ſibi id ſolũ dolere,ꝙ amiſſo pudore illi obſecuta ſit ad nuptias,quas modo cõtẽnit.(Fallere credẽtẽ)Vñ eſt illud Aen.4.à Iunone ꝑ ironiã dictũ egregiã uero laudẽ.Et ſpolia ampla refertis.Tuq; puerq; tu⁹ magnũ & memorabile numẽ.vna dolo diuũ ſi fœmina uicta duorũ.

Sum decepta tuis & amans,& fœmina , uerbis:
Dii faciant,laudis ſumma ſit iſta tuæ.
Inter & Aegidas media ſtatuaris in urbe:
Magnificus titulis,ſtet pater ante ſuis:
Cum fuerit lectus Sciroo, toruusq; Procruſtes,
Et Sinis,& Tauri,mixtaque forma uiri,
Et domitæ bello Thebæ, fuſique bimembres,
Et pulſata nigri regia cæca Dei:
Hoc tua poſt illos titulo ſignetur imago:
Hic eſt:cuius amans hoſpita capta dolo eſt.
De tanta rerum tnrba,factiſque parentis,
Sedit in ingenio Creſſa * relicta tuo.

*puella

HVB. ET amans,& fœmina) Duo poſuit,quæ facile decipi ſolent , amans. ſ. ego, nam ut ipſe Ouid.inquit. Credula res amor eſt , & fœmina, quę etiam facile credit, unde & poëta, Vna dolo diuum,ſi fœmina uicta duorum eſt. (Iſta ſit ſumma tuæ laudis) .i.ſi hoc tibi laudi ducis.utinam nihil aliud unquam facias,quod ſit laude dignum. (Inter & Aegidas) ſubaudi dii faciant. (Vt ſtatuaris).i. colloceris. (In media urbe,) Athenarum. (Inter Aegidas).i. inter maiores tuos qui ab Aegeo fuerunt. Nam ſtatuę clerorũ in publico proponebãtur,cũ titulis rerũ geſtarũ,ut infra oſtendet.(Pater tuus) Theſeus.(Magnificus)Splendidus.(Suis titulis)Rerum clararum quas geſſit ex quibus aliquot numerat.(Cum fuerit) Corrigendus eſt hic textus non enim legendum eſt Chyron, ſed Sciron,& Procruſtes. Sciron aũt latro fuit , quẽ uiatores ſpoliantem uerſus Megaram Theſeus interfecit,& ſaxo præcipitauit quod adhuc,ut hiſtorici perhibent, Scironium dr̃ Ouid.in Met.Scopulo nomen Scironis inhæret.Quidam autem ferũt hoſpitibus per iniuriã cibũ porrigere ſolitũ,ieiunare coëgiſſe,deinde calce percuſſos in mare præcipitaſſe,quo genere mortis cum Theſeus affecit. Tornus crudelis.(Procruſtes,)Dicitur procroio procruo uerbo græco.i.impello,is Polyphemonis cuiuſdam filius hoc genere ſupplicii hoſpites afficiebat,eorũ corpora lecto imponebat, quæ ſi erant longiora lecto , mutilabat,ſi breuiora,ui trahebat,& extendebat in parem longitudinẽ lecti,hunc Theſeus domuit. Et Scinis,ita legendum eſt.is crudeliſſimis hoſpitum corpora curuatis arboribus alligabat, deinde arbores in alium dimittebat,ita ꝙ corpora lacerabantur,quem Theſeus ẽt interfecit,de quo Ouid.in Ibin: Quinque trabes preſſas ab humo mittebat in auras. Aequoris aſpicias huius,& huius aquas,& de hoc puto Ouid.ſenſiſſe Met.lib.7.Cum dixit,occidit ille ſenex magnis male uiribus uſus Qui poterat curuare trabes,& agebat ab alto.Ad terrã late ſparſuras corpora pinus.Itẽ Claudianus ſupradictos inter crudeliſſimos numerat,li.1.in Ruffinũ.Quid tale immanes unq̃ geſſiſſe feruntur,uel Scinis Iſthmiaca pinu,uel turpe ꝑfunda Scirõ,uel Phalaris Tauro,uel carcere Silla.(Et Tauri,mixtaq; forma uiri).i. Minotaurus,

quem

quem poëta fabulantur fuisse semi hoīem, & semiboué,ferunt. n. ut scribit Diodorus Minoën Cretensiũ regem de more solitũ Neptuno sacrificare Taurũ speciosissimũ, cũ ei Taurus esset præstãtior,sacrificasse deterioré.Qua ex re Neptunus Minoi irat⁹ eius Tauri,quē ille sacrificare noluerat,Pasiphæ eius filiæ turpem amoré iniecit, cui ante Dædali signum pulcherrimæ uaccæ.quam Taurus amabat,factũ est cui Pasiphæ supposita cũ Tauro concubuit,ex quo fabulis decãtatũ , Minotaurum genuisse fertur,duplici,ut dictum est,natura,q usque ad humeros Taurus,cætera homo fuit,ad hoc monstrum nutriendũ aiunt, Dædalũ labyrinthum fabricasse. difficiles habenté egressus , & insciis penitus irremeabiles, in quo incluso Minotauro 7 .Atheniensiũ pueri, totidemq; puellæ singulis annis, ex decreto Minois,qui Athenienses obsidione,qua eos circundabat,ea lege liberauerant mittebant.Missus igitur Theseus,cum Ariadne filia Minois eius amore deperiret accepto ab eo filo,quo posset è labyrintho egredi, Minotaurum interfecit,reliqua de Ariadne dicentur loco suo. (Et domitæ bello Thebæ)Longa esset historiæ narratio, si ab Laio patre Oedipi exordiremur,satis igitur sit breuiter dicere,quæ ad hunc locũ pertinent, cũ Etheocles & Polynices filii Oedipi de regno inter se diffidentes,mutuis uulneribus concidissent, & præterea multi duces,aliaq; plurimi mortales,qui ad bellũ Thebanũ uenerãt,occubuissent, Thebaniq; sepeliendi facultaté denegarent, Adrastus,qui solus ex ducibus superfuerat illis insepultis relictis,rediit Argos:Cũ nullus auderet hoc tumulis cōdere,soli Athenienses,qui aliis uirtute pstabant,oés sepeliuere.Theseus aũt præcipue Adrasti precibus hoc fecisse fertur, postea cũ filii eorũ,qui in bello interierant,parentũ morté ulturi,ex oraculo Alcmeoné Amphiarai filium ducé elegissent contra Thebanos bella mouerũt.Eo.n.duce expugnatio urbis ab oraculo promittebatur.Acerrima igitur cōmissa. pugna , Thebani attritis uiribus, multisq; amissis ciuibus uicti sunt. Thebæ captæ , ac dirutæ sunt,hoc in bello uirtus Thesei maxime emicuit.unde ei tota hic ascribitur uictoria cũ tñ alii non sic scribãt, & multi Herculi attribuãt.(Fusiq; bimébres)Cétauros dicit,ex Ixione,& nube à Iunone,q̃ ille de cōcubito īterpellauerat obiecta,genitos parte anteriore hoīes,posteriore equos,Pyrithoas Hippodamiã despondisset,& Cétauros,&Theseũ sibi cōiunctissimũ ad nuptias uocasset,& illi uino ebrii,tũ Hyppodamię,tũ cæteris fœminis,quæ nuptiis aderãt,uim inferre tétarét, hac iniuria,tũ Theseus,tũ Iaphitæ,quibus Pyrithous imperabat,cōmoti,multos ex Cétauris peremerũt reliquos ciuitate eiecerunt,elegit igitur poëta uerbũ utriq; rei aptũ . Nã fusos, & cæsos intelligimus,& fugatos.nō ignoramus tñ hanc historiã uarie scribi & quosdã sentile Herculé huic pugnæ interfuisse,Sed quæ diximus,& huic loco cōueniũt,& à Dio.referuntur.Et pulsata nigri ex historia locus fabulæ factus est. Scribitur.n. à græcis in uita Thesei.Adonemu Molossorũ regé uxoré Proserpinã nomine habuisse filiã uero Erynnim, cané Cerborũ,iussisseq;,ut qui eius filiã optaret uxoré cũ Cerbero pugnaret , quod si illũ superasset,eã assumeret uxoré,multi ad hanc,ut Proci conuenerãt,uerũ cũ rex animaduertisset Theseum,& Pyrithoum,non ut Procos nenisse, sed ut eã furto auferrent,eos comprehendi iussit,à Pyrithoo à cane intercepto, Theseum in carcere seruandũ tradidit, hoc habet hist.Dio.tñ magis fabulã secutus refert, Pyrithous cupiens Proserpinã uxoré hře rem cum Theseo cōicasse,uerum cũ pp rei impietatem,proposito Theseus eum auertere conaretur,ubi illũ perseuerantem,& se ab illo in iusiurandum ad Proserpinæ uř, & raptũ adigi uideret,se sociũ,& adiutoré præbuit.cumq; ad inferos , ut eã raperent ambo discendissent, uterq; ibi captus.Sed postmodũ in gratiã Herculis liberatus est Theseus , Pyrithous apud inferos detétus,luit sempiternas suæ impietatis pœnas quidã scriptores utrunq; tradũt ab inferis rediisse,hanc igitur fabulã nunc tangit.(Et regia cæca).i.aula obscura.(Nigri Dei) .i.Plutonis.(Pulsatu).i.uř quandam intrata & occupata a Thes.Notandũ est,quod ubi legitur ditis,legendũ est diei.Nã ditis primã naturaliter habet lōgã, & sic nō staret hic uersus,quod aũt sit lōga,ex multis exéplis hoc Virg.in 6.Aen. fit satis , Noctes atq; dies patet atti ianua ditis.nusquã aũt legiť prima breui.(Tua im.)Tua statua. (Hoc tit.) Hac inscriptione.(Post illos).i.titulos patris tui,quos supra diximns. (Hinc est) Ecce titulus, quem uult Demophoōti inscribi,q ad infamiã ptinet,quod & amanté, & hospitã decepit . Ordo est,hic est.s.Demophoō. (Cuius d.am.hos.).s.Phyllis,& duo posuit, q̃ eius dolũ,& crimen

aggrauat,

aggrauat,ut dictum eſt ſupra.(Capta)Decepta.(De tanta) Senſus eſt,det factis tui patris, remanſit tibi tantũmodo memoria fraudis,q̃ ille uſus in Ariadnem, non autẽ alicuius ex ſupradictis probitatibus parentis.Patris tui,Theſei(Sedit)Stetit.(In ingenio).i.in animo tuo.(Creſſa).i.Ariadne Cretenſis. Creſſis aũt nõ maſculino creſſus uenit, ſed acres,cuius genitiu⁹ eſt cretis.(Relicta)Deſerta à pr̃e tuo.Vt plenius dicet̃ in epiſt.Ariadnes ad Theſ.

ASC. SVMMA tuæ laudis).i.ultra quam nunquã merearis maiora cũ tamen dicat Aeneas Aen.2.Et ſi nullum memorabile nomine fœmineã pœna eſt, nec habet uictoria laudẽ &c. (Inter Aegidas).i.Aegei filios,& nepotes,ſtet pater.ſ.Theſeus Herculis ſocius, qui interemit Scyronem & Procuſten,& Scinin latronem,aut Scirona, nam uerius Scinum dicitur, & Minotaurũ monſtrum biforme,ut docet Virg.in 6. Item Creonte Thebarum regem, & Centauros,poſt quæ facinora deſcendit ad inferos, ut inde Pyrithonum abduceret.Vnde dicit.(Et pulſata nigri regia cæca Dei).i.ditis ſeu Plutonis.non autem legendum eſt regia cæca ditis,qui dis,ditis,ſiue adiectiuum,ſiue ſubſtantiuum penultimam geniti producit. (Sedit in ingenio)Id eſt placuit ut 7.Aene.Et ſedet hoc animo.(Puella Creſſa)Id eſt Cretenſis.Ariadnes.ſ.Minois filia à Theſeo patre decepta in quo ſolo facto eum imitaris, hiſtoria,ac fabula iam recitatæ ſunt,

Quod ſolum excuſat,ſolum miraris in illo,
Heredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa(nec inuideo)fruitur meliore marito,
Inque capiſtratis tigribus alta ſedet,
At mea deſpecti fugiunt connubia Thraces:
Quod feror externum præpoſuiſſe meis.
Atq; aliquis,iã nũc doctas eas,inquit, Athenas:
Armiferam Thracen qui regat,alter erit.
Exitus acta probat: careat ſucceſsibus opto.

HVB. MIraris)Imitaris Luc. Miratoremque Catonis, id eſt imitatorem.Virg.Primus,& te miretur ab annis. Nam præclara ingenia, quæ mirantur,ea facile imitantur. Vnde antecedens pro conſequenti ponitur.i. mirari pro imitari. (Heredem agis).i.es heres. Ornatus eſt.n. dicẽdi modus, hic agit legatum .i.legatus eſt, hic agit heredem gratum eſt heres. (Fraudis patriæ).i.paternæ,non aũt uirtutis.(Illa,nec inuideo)Comparat fortunam ſuam cum fortuna Ariadnes,& ille ex fraude bene ſucceſſiſſe,ſibi uero peſſime oſtẽdit.(Illa)Ariadne.(Fruitur)Gaudet.(Meliore)Quã patre tuo,quia ille erat mortalis,Bacchus uero deus.(Nec inuideo)Nec doleo.(Sed alta).i.celſa & læta. (Inque tigrib.capiſtratis).i. frænati,hoc eſt in curru Bacchi quem à tigribus trahi dñt.Virg.lib.6.Aen.Nec qui pampineis uictor iuga flectit habenis Liber agens celſo Nyſæ de uertice tigres.Hãc ſententiã quod meliorẽ adepta ſit maritũ.Ipſe lib.3.Faſt.oſtendit.'Iã bene periuro mutata coniuge Bacchũ:Quæ dedit ingrato fila regenda uiro.Sorte thori gaudens,quid flebã ruſtica dixit,Vtiliter nobis ꝑditus ille fuit.At coniunctio aduerſatiua hoc loco,q.d.nõ ita mihi euenit ſicut Ariadnæ. Deſpecti contempti à me,&,ut inquit Dido.Quos ego ſum toties iam dedignata maritos.(Qd) .i.quia.(Feror)Dicor.(Præpoſuiſſe).i.cõnubio.(Externum).i. peregrinũ, & ignotũ.(Mei) .ſ.Thracibus,hęc.n.ſolet eſſe cauſa acerbiſſimi doloris,& indignationis his,quaſi ſpernantur,unde & Hyarbas apud Virg.maxime hoc queritur de Didone, qđ ſibi Aeneã externũ propoſuerit,Fœmina,quæ noſtri errans in finibus exul.Cuiq; loci leges dedimus, cõia noſtra.Reppulit,ad dnm Aeneam in regna recepit. Atq; aliquis deridens me.(Inquit,eat).ſ. Phyllis Athenis q d. quas plus amauit, quã Thraciam cũ maluit maritum Athenienſem quã Thracẽ.(Doctas)Qm̃ illic oĩum liberaliũ artium florebant ſtudia,unde & Pallas dr̃ ei urbi nomen dediſſe.(Alter).i.Alius p̃ter ipſam Phyllida.Thracẽ accuſatiuus à nominatiuo Thrace,nã regio ipſa dr̃ Thrace,& Latine Thracha,Hor. Thraca ne uos ebruſq; niuali cõpede uinctus.Itẽ dr̃ Thracia.(Armiferã)Bellicoſam.(Exitus acta probat) Senſus eſt,à fine demonſtrant̃ hoĩum facta,& eſt ſnĩa exornatio. (Careat ſucceſſib.&c.) Senſus eſt, male illi eueniat qui non à fine rerũ, ſed ab euentu facta hominũ denominat, & notat multa.n. ſolent euenire ante finẽ,quæ uidẽtur eſſe mala quæ poſtea eo ſine cognoſcũtur eſſe bona,ut

exempli

exempli gratia,aliqua puella mediocris conditionis nupſit amatori diuiti clam,& neſciēti bus parentibus ſuis reprehēditur hoc factum ab his,qui hoc ſciūt, ac ſi ducatur uxor ab eo omnes dicunt eam ſapienter egiſſe,ita hic eſt intelligendum, ſunt autem uerba Phyllidis dicentis,finis oſtendit qualia ſint facta,q. d.potes adhuc prouidere, ne uidear male feciſſe cum te recepi in hoſpitio,& coniugio,ideo male illis eueniat,qui ante finem iudicanti de his,quæ feci per ea,quæ euenerunt,quia nondum redemiſti,nam adhuc redire potes.(Opto)Deum precor ut ille.Careat ſucceſſibus,ſcilicet proſperitatibus.

EXCVSAT)Agnoſcit malefactum, excuſamus enim peccata. Theſeus autem deprecabatur hanc culpam,quòd in ſomniis eſſet libero monitus, ut eam relinquerent. PAR.

AT mea deſpecta)Docet quòd Dido apud Virg.Se ſuis inuiſam eſſe, quia externū præ tulit eis.(Atque aliquis)Ordo eſt, atque aliquis. ſ. Thracum, inquit eat.ſ.Phyl.contēptis ſuorum Athenas doctas,ut ſequatur mœchum,quia alter erit.quia rogat Thracen.i.Thraciam(à nominatiuo Thrace,& ita per u,ſcribitur)Armiferam.i.bellicoſam,& patriā Martis Geticis qui præſidet aruis,ſunt.n.uicini.(Exitus acta probat)Et ſup.aliquis,inquit,exitus probat acta.i.euentus rerum docet qualiter incœptæ ſint.quaſi prudenter incœpta non poſſint malū habere exitum.At quod reſpondet Phyllis,careat ſucceſſibus opto, quiſquis ab euentu facta notanda putat,quia ſæpe prudentiſſime cœpta infelicem ſortiuntur exitū, unde qui dānabant, quia Demophoon non redibat,laudarēt ſi redirent,quapropter addit. ASC.

Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo:
Iam mihi,iam dicar conſuluiſſe meis.
Sed neque conſului: nec te mea regia tangit:
Feſſaque Biſtonia membra lauabis aqua.
Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhæret:
Cum premeret portus claſsis itura meos.
Auſus es amplecti:colloque infuſus amantis,
Oſcula per longas iungere preſſa moras:
Cūq; tuis lacrymis lacrymas cōfundere noſtras:
Quodque foret uelis aura ſecunda,queri:
Et mihi diſcedens ſuprema dicere uoce:

NOtanda) Iudicanda(Ab euentu).i.à caſu, non à fine, qui poteſt uenire mihi melior, uel certe à fine quem ego reſpexi,& propter quem feci, nam finis mei facti fuit prodeſſe mihi, & meis accipiendo te maritum, ergo ab hoc fine intētionis meæ, & non ab eo, quod euenit iudicā dum eſt, id quod feci, nam finis meæ intentionis fuit bonus, licet euentus fuerit malus, & hic ſenſus uidetur eſſe melior & uerior, quam ſuperior, licet uterque poſſit accommodari. (At ſi) Senſus eſt reprehendor, dicor male egiſſe,ſed ſi ad nos reuerſus fuerit,omnes dicent me pudenter egiſſe, & ita exitu probabit acta mea non fuiſſe mala. (At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo,) Periphraſis eſt.i.circumlocutio,hoc enim uoluit dicere ſi ad nos nauigaueris, nam nauigando, & mouendo remos æquora ſpumam mouent.Virg.Et ſpumas ſalis ære ruebant. (Iam).i.tandē. (Conſuluiſſe) Sapienter prouidiſſe mihi accipiendo te maritum. (Meis) Accipiendo te, qui eos regeres.Sed nequid conſului,ut magis eum moueat, oſtendit ſe deſperare eius reditum,neque conſului,quia non reuerteris.(Mea regia)Quam tibi tradideram. (Tangit) Mouet.(Feſſa biſtonia) Subaudienda eſt negatio, neque lauabis membra &c. id eſt non uenies in Thraciam, neque lauabis aliquando membra tua fatigata aqua Threicia. Nam Biſtonium Thraciæ ſtagnum eſt.(Illa meis oculis) Magnam uim habet recordatio præteritæ conſuetudinis,& beneuolentiæ,ideo Phyllis nunc reducit in memoriam Demophoō ti eius diſceſſum,in quo oſtendit eum ſibi ſignificaſſe amorem, ut ea cōmemoratione eum moueat.(Illa ſpecie)Illa figura(Abeuntis.)Scilicet tui à me diſcedentis.(Inhæret)Infixa eſt.(Oculis meis,)Hoc eſt uideor nunc habere ante oculos,quomodo à me diſceſſiſti. (Cū claſſis itura).i.abitura.(Premeret meos portus).i.eſſet in portu meo. (Auſus es) Commemorat blanditias,quibus Demophoon erga eam uſus eſt,auſus es quaſi dicat cum diſcede res non reuerſurus auſus es,tamen me amplecti. (Infuſus) Impoſitus,circundatus.(Collo amantis) HVB.

amantis)Mei Phyllidis.(Oſcula)Preſſa, preſſę infixa qualia ſolent eſſe oſcula amantium, quæ non modo preſſis labiis in faciem dantur,uerumetiam plerunque ex nimio affectu dẽtibus,& morſu inſerũtur,amatoria oſcula dentibus impreſſa ſignificat. Ouid. in 1.Amor. Alterius uideat toto ueſtigia lecto.Factaque laſciuis liuida colla notis. Et Hora.in 1.Car. Siue puer furens,impreſſit memorem dente labris notam. (Cumque tuis) Subaudi, & auſus es.(Confundere).i.commiſcere.(Quodque foret).i.auſus eſt queri, quod haberes uentum ſecundum,& tibi fauentem,quia potius uoluiſſes habere aduerſum, ut eſſet tibi iuſta cauſa remanendi(Et mihi)Ordo eſt,& tu diſcedens auſus eſt dicere.(Suprema uoce).i.ultimis uerbis tuis quia poſtea non dixiſti aliud uerbum.

PAR. AB euentu) A caſu non uoluntate,& propoſito.M.Tul.Epiſt.Fam.1.Sed hæc ſententia ſic etiam illi,& nobis placebat,ut ex euentu homines de tuo conſilio exiſtimaturos uideremus, ſi cecidiſſet, ut uolumus, & optamus omnes te & ſapienter & fortiter, ſin aliquid eſſet offenſum,eoſdem illos,& cupide, & temere feciſſe dicturos. (Biſtonia) Biſtones Thraciæ gentes à Biſt.Martis, & Terpſichores filio, uel ab altero, quem genuit Ciron.ut auctor eſt Philoſtephanus.

ASC. AT ſi noſtra &c.) Conſuluiſſe,i.conſulte prouidiſſe,aut proſpexiſſe mihi, & meis.(Feſſaque biſtonia)Ordo eſt,q.d.& nec ſup. lauabis membra tua feſſa. i. fatigata ex longinqua profectione,aqua biſtonia.i.biſtonidis lacus Thraciæ.(Illa meis oculis)Cõmemorat dulcia,ut oſtendat,quam ſint,quæ nunc patitur amara. (Quodque foret) Ordo eſt. Et auſus eſt quæri.i.conqueri,quòd aura foret.i.eſſe facunda.i.proſpera quia ſequens,& à puppi ſtãs tuis uelis.i.dicebas te dolere quàm tam bono uento abire cogebaris. Et mihi ſupple auſus es diſcedens dicere ſuprema uoce.

Phylli face expectes Demophoonta tuum.
Expectem,qui me nunquam uiſurus abiſti?
Expectem pelago uela negata meo?
Et tamen expecto: redear modo ſerus amanti:
Vt tua ſit ſolo tempore lapſa fides.
Quid precor infelix? iam te tenet altera coniux
Forſitan,&,nobis qui male fauit,amor.
Vtq; tibi excidimus:nullã,puto,Phyllida noſti
Hei mihi,ſi quæ ſim Phyllis & unde,rogas:
Quæ tibi Demiphoon longis erroribus acto
Threicios portus,hoſpitiumque dedi:
Cuius opes auxere meæ:cui diues egenti
Munera multa dedi: multa datura fui:
Quæ tibi ſubieci latiſsima regna Lycurgi
Nomine fœmineo uix ſatis apta regi:
Quà patet umbroſũ Rhodope glacialis ad Ae- (mũ:
Et ſacer * emiſſas exigit Hebrus aquas.

HVB. PHylli face expectes) hęc ſunt ultima uerba, quibus Demophoon uſus eſt ad phyllida. (Expectem,) Nunc ſunt uerba Phyllidis,q. d. ita dixiſti mihi, ut te expectem, ſed quid expectem te qui abiiſti. (Nunquam uiſurus me) id eſt nũquã reuerſurus amplius ut me uideas.(Negata). ſ. à te.i.quæ uela tua nunquam uis amplius redire in meum mare, & tamen artificium eſt in ſumma cauſa diffidentiæ, tamen non oſtendere differentiam, dicit igitur, quod licet,iam non debeat eum expectare, tamen expectat. (Modo) Tantummodo, q. d. etiam.(Serus).i.tardus, quia ut eſt in prouerbio:melius eſt ſero,quam nũquam.(Vt tua).i.ut uidearis defeciſſe in fide per aliquod tempus, & non per omne, ut tua fides,quam mihi dediſti de reditu tuo.(Sit lapſa).i.defecerit.(Solo tempore(Et non uoluntate tua,aut etiam opere.(Quid precor infelix) Diximus in prima epiſtola:muliebre eſſe, de maritis abſentibus alienum amorem ſoſpicari &c. (Quid precor) q.d.fruſtra precor. (Qui male fauit nobis).i.qui fuit nobis aduerſus.(Vtque tibi) Vt. i. poſtquam. (Excidimus).i.ex memoria tua elapſæ ſumus.(Nullam Phyllida).i. nullam ſimilem Phyllidis. (Hei mihi)Non ſine gemitu potuit commemorare ſe,& ſua erga Demophoontem beneficia

* admiſſas.

tia.(Hei)Interiectio dolentis.(Si rogas)Si queris & interrogas.(Vnde)Ex quo loco,cuius filia.(Quæ tibi) Nunc dicit,quæ sit ordo est.O Demophoon ego sum illa Phyllis, quæ de di tibi actio.i.agitato.(Erroribus).i.uagationibus per mare.(Regna Lycurgi).i.in quib.re gnauit Lycurgus.Sic etiam Virg.de Thracia: Acri quondam regnata Lycurgo . Hic enim fuit rex Thraciæ,alter Lacedæmonius, qui suis ciuibus leges saluberrimas tulit. (Cuius) .s.Demophoontis.(Opes)Facultates,diuitias.(Meæ).s.opes. (Auxere) Fecerunt maiores. (Cui egenti).s.tibi Demophoonti.Sic Dido obiicit Aeneæ,eiectum in littore egentem Ex cepi.(Quæ subieci).i.supponi,& in potestatem tuam dedi uix fatis apta regni nomine fœmineo,quia hæc regna habet uiros bellicos & feroces,qui uix possunt ferre muliebre impe rium.(Qua patet) Describit ambitum regnorum Thraciæ, quæ subiecit: & est ordo quæ subiecit tibi regno Lycurgi.(Qua).s.parte.(Rhodope)Patet ad æmum glacialem.(Et He brus sacer &c.)Rhodope & Aemus ut diximus montes sunt Thraciæ.Sed Rhodope magis in Orientem porrigitur:deinde in Septentrionem reflectitur. Aemus ad Macedo.est unde & interdum mons Macedoniæ dicitur. (Qua patet,) Id est extenditur. (Vmbrosum) Altum, uel arboribus plenum. (Et sacer) Significat ostium Hebri fluuii, sacer quia omnes fluuii sacri dicebantur.(Exigit)Emittit).s.in mare. (Aquas amissas).i. celeres,ut diximus in prima epistola,non autem legendum est admissas,neque etiam dicendum amissas.i.perditas.(Cui mea) Non est subaudiendum,ego Phyllis,sed cui refert illud pronomen supra dictum,scilicet tibi.

SACER Hebrus)Qua Iouis.F.ut Hom.in hymnis,uel ob Orphei caput,ut est apud Philostratum,& Papinium. Abaris Hyperboris Orphei nuptias celebrauit. (Vt).i.postquam.Virg.Vt uidi,ut perii. PAR.

O PHYLLI face).i.fac.Non.n.legẽdu m est fac,quia producitur,quamuis sint,quia ita legant.& corripi sentiant, ut etiam alibi expectes Demophoonte tuum.s. amicum, aut maritum.(Serus).i.tardus.(Quæ tibi Demophoon) Enumerat beneficia,ut memorem sui faciat,& amplitudinem regni sui commemorat,ut alliciat. Omnia autem manifesta sunt. ASC.

Cui mea uirginitas auibus libata sinistris:
 Castaque fallaci *Zona recincta manu.
Pronuba Tisiphone thalamis ululauit in illis:
 Et cecinit mœstum deuia carmen auis.
Affuit Alecto breuibus torquata colubris:
 Suntque sepulchrali lumina mota face.
Mœsta tamẽ scopolos, fruticosaq; littora calco
 Quaque patent oculis * æquora lata meis.
Siue die laxatur humus: seu frigida lucem
 Sidera:prospicio quis freta uentus agat.
Et quæcunque procul uenientia lintea uidi:

CVI).s. Demophoonti pro à quo Demophoonte, datiuus pro ablatiuo. (Mea uirginitas) Amplificat beneficia, quia plus est dedisse uirginitatem,quam res. (Est libata) Desumpta.(Auibus sinistris).i.infelici omine, nam antiqui omnia auspicato faciebant,& præci pue matrimonia. Virg. Cui pater intactam dederat primisque iugarat Omine.Lucan.Conten tique auspice bruto.Iuuen. Veniet cum signatoribus auspex. Capiebatur autem augurium a uolatu auium,quas appellabant præpetes uel à uoce, & has appellabant oscines, quod ore canerent.Vnde & aues sæpe pro auguriis ponuntur.Horat.Mala ducis aui, inde, & aspices ab auspiciendis uolucribus,& augures à garritu auium dicti sunt.(Et mea Zona)Subaudi & eui,id est à quo.(Mea Zona est recincta).i. distincta. (Casta).i.mei castæ,nã adiectiua personarum sæpe attribuũtur rebus,supra.Sed bene cõsuluit casto deus æquus amori.(Manu fallaci) Id est tui fallacis.Erat enim mos,qui etiam hodie in aliquibus locis seruatur,ut uir discingeret Zonam mulieris sibi nubentis.(Pronuba) Loco Iunonis,quæ cõiugiis pesse solet.affuerunt furiæ.Pronuba dicitur,quæ nubentibus præest nu, autem syllaba,quæ in primitiuo naturaliter lõga est,in Pronuba semper breuiatur,ut cõnubio, interdum seruat naturam,ut per connubia nostra,per inceptos Hymenæos interdũ per systolem breuiatur, ut

HVB. * Zona cingebantur uirgines,quę nisi à marito prima nocte soluebatur. hic soluere Zonam uirginitatem amittere. * littora

ut connubio iungam ſtabili.(Tiſiphone)Vna ex furiis dicta à τίσις quod græce ſignificat ultioné,& φόνος phoni, quod ſignificat cædé.(Vlulauit)Vlulatus enim attribuitur furiis. Dido ad Aeneam inferius. Audieram uoces,nymphas ululaſſe putaui. Eumenides ſatis ſigna dedere meis.(Deuia auis).i.bubo,cuius querula uox malum omen ſignificat. Virg.3. Aen.Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Viſa queri,& longas in fletum ducere uoces, deuiam autem appellauit, quia à cœtu aliarum uolucrum ſolet fugere. (Mœſtum) Triſte querulũ.(Alecto)Alia ex furiis dicta,quaſi irrequieta,& nũquam ceſſatis.(Torquata) Circundata,& quaſi pro torque cincta(Colubris)Viperis breuibus,ideo ſæuioribus,nam breuiores ſerpentes ſunt ſæuiores.(Suntq; ſepulcrali) In nuptiis malũ omẽ habebatur, ſi aut faces quæ pro mortuis erant accenſæ,deferebantur pro nuptialib. aut ſi ipſæ faces nuptiales fuiſſent accenſæ ex facibus,aut ex flaminis alicuius rogi, hanc rem oſtendit ipſe Ouid. lib.6. Met.in fabula Terei : Eumenides faces , dicit ergo nunc Phyllis . (Luminas).i.ignes mearum thedarum nuptialium.(Sunt mota face ſepulcrali).i.face,quæ pro mortuo erat accenſa.(Mœſta tamen)Dicit quod licet omnia ſupradicta ſignificent infelix coniugium, tamen ſæpe conſcendit locum alterum ex quo proſpiciat in mare, ſi forte uideat nauem Demophoontis.(Mœſta)Triſtis.(Calco)Primo corpore meo.(Fructicoſa)Dumoſa plena fructibus ſæpe,nam nouies iuiſſe dicitur, ut Ouid.1. de Rem. Et per quod nouies ſæpius iſſet iter.& in eodẽ lib.Noua terebatur miſere uia.(Quæq; patent oculis)Licet raro à uerſu pẽtametro ad ſequentes uerſus incipiat ſententia præcipue apud Ouid. tamen interdum ſic, ut hic uidemus,& ſupra diximus in epiſt.Briſ.eſt enim ordo, & ego proſpicio quis uentus agat freta.(Qua).i.qua parte.(Littora parent noſtris oculis).i. aſpiciuntur à nobis. (Siue hum us laxatur).i.aperitur nam terra die propter temperiem , uel calorem magis laxatur. (Seu friga Sidera)Aut generaliter frigida ſidera omnia dixit propter noctẽ,quæ frigida dicitur Virg.in Buc.Frigida uix cœlo noctis diſceſſerat umbra . Aut certe Lunam intellexit quàm frigidam eſſe conſtat.(Et quæcuuq;).i. quamcunq; uideo nauem uenientem,ſtatim exiſtimo illã eſſe tuã.(Dua lintea,).i.uela dicta à lino,quod ex eo fiant.Procul longe.

ASC. CVI mea uirginitas &c.)Docet ſe malo auſpicio nupſiſſe,aut deuirginatã eſſe ipe nubendi,pro quo ſcimus.Romanus,Hethruſcorum diſciplina,imbutos, nullas res arduas,nõ captato prius auſpicio,inchoaſſe. Auſpicium autẽ dicitur ab auium inſpectione in uolatu, augurium autem ab auium garritu.Et quia auſpicato inchoabant tractũ eſt,ut auſpicium accipiatur pro decẽti inchoatione, & auſpicor pro inchoare. Auſpex uero is eſt qui & pronubus dicitur,ſed generaliter quicunque rebus bene inchoandis pręeſt.(Auibus libata)Libari dicuntur quæ modi a tanguntur & quaſi deguſtantur,ut libamina ſacrorũ. (Zona caſta)Caſtus caſti dicitur.(Pronuda)Quæ præeſt nubentibns,quæ Iuno eſſe deberet,quæ Iouis,& ſoror,& coniux,diuorumque regina. nunc autem fuit Tiſiphone furia infernalis ut ex euentu opinatur Pronuba , quæ ululauit loco cantus , ſed medium eſt uocabulum quia etiam in rebus lætis reperitur. Lucan. Lætis ululare triumphis.hinc quarto Aen.de connubio Didonis.Summoq: ulularunt uertice nymphę. (Quod proprie ad res tamẽ triſtes pertinet facie ſepulcrali.funeſta,& non nuptiali.(Littora fructicoſa)In quibus creſcunt fructices.(Meos deos)Salutis meę auctores.

HVB. PRotinus ſtatim).i. exiſtimo, & quaſi certo augurio credo.(Eſſe meos deos) Non dicamus, id eſt te quem colo tanquam deos, ſed auguror illa eſſe meos deos, id eſt exauditione deorum , quos ego precata ſum id eſt ſtatim arbitror me exauditã eſſe à deis meis. (Procuro,) Vado procedo , quando uideo

Protinus illa meos auguror eſſe deos.
In freta procurro, uix me retinentibus undis:
Mobile qua primas porrigit æquor aquas.
Quo magis accedũt:minus, & minus utilis aſto:
Linquor:& ancillis excipienda cado.
Eſt ſinus adductos modice falcatus in arcus:
Vltima prærupta cornua mole rigent:
Hinc mihi ſuppoſitas immittere corpus ĩ undas

Mene-

Mens fuit:&,quoniam fallere pergis: erit.
Ad tua me fluctus proiectam littora portent:
  Occuramque oculis intumulata tuis.
Duritia ferrum ut superes,adamantaque,teque:
  Non tibi sic,dices,Phylli sequendus eram.
Sæpe uenenorum sitis est mihi:sæpe cruenta
  Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoque,insidis quæ se nectenda lacertis
  Præbuerant:laqueis implicuisse iuuat.
Stat nece matura tenerum pensare pudorem:
  In necis electu parua futura mora est.
Inscribere meo causa inuidiosa sepulchro:
  Aut hoc,aut simili carmine notus eris.
Phyllida Demophoō leto dedit,hospes amantē:
  Ille necis causam præbuit,ipsa manum.

uela,quæ credo esse tua.(Vix retinentibus me)Propter nimium desiderium tui uidendi, (Primas aquas).i.magis propinquas terræ, nam sunt prima ex terra euntibus in ipsas. (Quò magis) Quanto magis. (Accedunt).s. ad me,id est fiunt propinquiores.(Asto).i. sto,& sum.(Minus & minus utilis). i. quasi defecta spiritu, & languida. (Linquor) .i.deficio,& cado in terram propter dolorem, quia ex appropinquatione cognosco non esse nauem tuam.(Excipienda)Erigenda ab ancillis, quia per me non possum, aut stare, aut surgere, sum.n. semimortua. (Est sinus) Describit locum,unde dicit constituisse se præcipitare, enumerat uaria genera mortis,per quæ dicit se cogitare finire uitam.(Sinus) Flexus maris.(Falcatus) Curuatus tractum à falcæ,quæ est curua.(In arcus adductos).i. in similitudinem arcuū adductorū.i.contractorū,nā adducere significat cōtrahere. (Vltima prærupta).i.extrema illius sinus,quæ sunt in similitudinem corneū.(Rigent)Sunt aspera. (Prærupta mole) .i.ingenti saxo.(Hinc)Ex illa mole alta.(Fuit mens)Volūtas,& dispositio. (Et erit).s.hic, ut mittam corpus meum.(Qm̄ pergis).i.perseueras ad tua,optat,ut suū corpus mari submersum deferatur ad littus Atticum,ut ita mortuū uideatur ab ipso Demiphoonte.(Portent)Non ponitur pro portabunt,ut quidam putant,sed modi est optaui.i. utinam fluctus portent.(Me proiecta)Sicut cadauera proiiciuntur à mari.(Occurantque).i.& ntinā appaream.(Incumulata)Insepulta.(Duritia)Dicit ꝙ quamuis sit durissimus omnium rerū durissimarū tn̄ non poterit facere,quin cōmoueatur,cum uidebit eam mortuam.ad littus suū delatam.(Vt).i.quamuis.(Ferrū)Metallū nimiæ duritiæ.Ouid.1.Met. De duo est ultima ferro.(Adamanta)Lapidem tātæ duritiæ ut nulla re frangi possit, nisi sanguine hyrcino,si in eo diutius fuerit,non tn̄ aliter,q̄ calido,uel recenti,atq; eū quatuor sunt species adamātum,ut Sol.refert qui nascitur in Cypro frangi potest. (Teque) Modus est dicendi, qui ur̄ æquipollere superlatiuo,ut si dicā Cic.uisus est superare seipsum eloquentia.i. fuit eloquētissimus,utuntur hoc gn̄e dicendi non solum poëtæ,sed interdum ēt oratores.(Dices)Viso cadauere meo.(Non eram sequi tibi) Pro a te. (Sic).s.morte tua. (Phylli)Vocatiuus est gręcus,quo solo in talibus dictionibus utimur.(Sępe)Aliud genus mortis dicit.(Sitis)Appetitus.(Sæpe cruenta)Aliud genus.(Iuuat)Libet,est mihi impetus (Me traiecta).i.transfossam.dr̄ aūt melius traiecta,q̄ transiecta, quia trans cum dictionibus incipientibus ab i, ad n,& à d,corrūpitur,ut traiicio,traio,traduco. (Morte cruenta)Sanguinolenta.(Colla) Aliud genus mortis.s.suspēdēdi se, quod quidē executa est.Ordo est,iuuat ēt implicuisse, pro implicare.i.inuoluere,& ligare.(Laqueis) Aliquo nodo funis, uel alterius rei,nā Zona se suspēdit ut ipse ostēdit in Rem.Am.Nona terrebatur miseræ uia,uiderit, inquit. Et spectat Zonā pallida facta suam.(Nectenda)Amplectenda.(Lacertis insidiis). s.tuis,uolo igitur,ut quemadmodū meū collū peccauit patiendo se circūdari tuis brachiis ita ferat pęnā patiendo laqueum.(Stat).i.certum est placet,ut stat casus renouare oēs. (Pensare) Cōpensare & emandare.(Pudorem)Castitatem quàm mihi eripuisti.(Nece matura)Subita morte,quia non possum recompensare,eum nisi per mortem.(In necis) Sensus est,in electione tot generū mortis nō erit mihi lōgū tempus quia cito deliberabo. (Parua mora) Breue spatiū tp̄is.(In electu).i.electione.(Inscribere) Palā scriberis,& intitulaberis. (Inuidiosa).i.

odiosa,quia oēs detestabantur factum tuum.(Eris notus)Erit cognitum factum tuū.(Aut hoc).s.quod ego nunc subdo.(Aut simili)Eiusdem sententiæ.(Carmine notandum)Quod carmen interdū significat opus totum,ut carmine Aen.interdū significat epigrāma, & qui libet inscriptionem,licet pluribus uersibus constet,ut Virg.& tumulo superaddite carmē, & idē haud est ignobile carmē cū postea subdat multos uersus, & hoc pro inscriptione, & epigrāmate,siue epitaphio suo posuit carmē.(Phyllida) Ecce carmen, quod paucis uerbis amplā cōplectitur materiā,uidelicet beneficia Phyllidis in Demophoōte, & eius ingratitudinē de his beneficiis,& amore Phyllidis ex causa Demophoōte,hñt aūt omnia uerba hic posita emphasim.i.uehementiā significationis,ordo est.(Demophoon hospes)Ecce obligatio ex beneficio hospiti.(Dedit letu).i.coēgit mori in loco remunerationis,hospes autem hoc loco passiue accipitur pro eo q exceptus est cū ēt actiue ponaē interdū p eo qui accipit Phyllida amātē ecce alia obligatio,non solū ob hospitiū, sed etiā ob amorē,& hæc oia sunt ad amplificandū crimen Demophoontis. (Ille) Dem. (Causam necis) Quia decepit eā,& dereliquit.(Ipsa)Phillis. (Prębuit manū) Ad uecem suā,qa se interficere ab eo coacta est.

IN III. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

Regio, quæ Troia est appellata, in nouem principatus diuisa sub Priamo tota fuit tempore belli Troiani, ut auctor est Strab. Cum igitur Ilienses non modo per eos, qui erant in urbe, uerumetiam per omnes sibi subditos populos bellum initio aduersus Græcos gererent, Achillis & eius socis urbium debellatores loca Ilio circumuicina sunt aggressi euerteruntq; multas, inter quas uasta a sunt præcipue, quas Lesbo erant opposita, ut Theba urbs Aetionis patris Andromaches, quæ & singulariter, & pluraliter profertur, & Pedasus, quæ Eurypili filij Telephi regio erat, & Lyrnesus, quæ subiecta erat Mineti, ex Lyrneso accepit Achilles puellam Brysæ filiam, quæ Hyppodamia nomine proprio dicebatur, & hanc sibi habere statuit Chrysæ uero Appollinis sacerdotis filiam nomine Astynomen, quàm poëtæ, sicut superiorem, à nomine patris, Chryseida appellauerunt, Agamemnon habere uoluit. uerum cum precibus sacerdotis Chrysæ, qui sæpe filiam suam sibi restitui ab Agamemnone frustra petiuerat Apollo pestem maximam in exercitum Græcorum immisisset: intelligeretq; Agamemnon ex Calcante uate pestem non cessaturam, nisi restitueret sacerdoti Apollinis filiam, coactus est communem utilitatem libidini suæ præferre. Restituta igitur Chryseide, misit postea Agamemnon ad Achillem, qui Briseida ab eo ad se ducerent, quam quidem Achilles minime recusauit tradere, sed tanta ira propter Briseida à se abductam incensus est, ut & Agamemnonem contumelijs coram afficeret, & eum interficere uoluerit, nisi Pallas prohibuisset, & denique pugnare desisteret. hac iram Achillis opem Græcis negantis, cum uidēret Agamemnon sibi & suis perniciosam statuit eum placare & restituere Briseida, multaq; munera insuper addere, uerum Achilles, & Briseida, & munera recusabat. Quare Briseis ad eum hanc scribit epistolam in qua conqueritur de eius nimia ira, & rogat, ut eam ab Agamemnone oblatam recipiat, cum etiam si Agamemnon non offerret, eam ipse repetere deberet, commemoratq; mul as causas, quibus ostendat Achillem moueri debere, & ut eam recipiat, & tandem arma ad pugnandum capiat, oratq; eum, ut siue sit remansurus in castris, siue discessurus in patriam, eam secum dat. quæ amisso marito, & fratribus, & patria sua euersa nullum aliud habet perfugium, nisi solum Achillem.

BRISEIS ACHILLI.

EPISTOLA III.



VAM legis, à rapta Briseide littera uenit.
Vix bene barbarica græca notata manu.
Quascunque aspicies, lacrymæ fecere lituras:
Sed tamen hæ lacrymæ pondera uocis habēt.

HVB. ITTERA) .i. epistola, ita. n. licet poëtis: ut numero singulari, cum in prosa pro epistola utamur tatum plurali numero. (A Briseidæ).i.ab Hyppodamia filia Brisę;est.n.ut supra diximus patronymicum à patre ut osten dit Dictis Cretensis in historia

Si mihi pauca queri de te dominoque uiroque
Fas eſt:de domino pauca, uiroque querar.
Non,ego poſcenti quod ſum cito tradita regi,
Culpa tua eſt:quãuis hæc quoq; culpa tua eſt.
Nam ſimul Eurybates me,Taltybiusq; uocarũt:
Eurybati data ſum,Taltybioque comes.
Alter in alterius iactantes lumina uultum,
Quærebant taciti,noſter ubi eſſet amor.
Differri potui:pœnæ mora grata fuiſſet:
Hei mihi,diſcedens oſcula nulla dedi.
At lacrymas ſine fine dedi:rupique capillos:
Infelix,iterum ſum mihi uiſa rapi.
Sæpe ego decepto uolui cuſtode reuerti:
Sed,me qui timidam prenderet,hoſtis erat.
Si progreſſa forem,caperer ne *nocte timebam,
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.
Sed data ſum,quia dãda fui:tot noctibus abſum:
Nec repetor:ceſſas:iraque lenta tua eſt.
Ipſe Menœtiades tunc,cum tradebar,in *aure,
Quid fles?hic paruo tempore,dixit,eris.
Nõ repetiſſe,parũ eſt:pugnas,ne reddar Achille:
I nunc:& cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te Telamone,& Amyntore nati,
Ille gradu proprior ſanguinis, ille comes:
Laërteque ſatus:per quos comitata redirem:
Auxerunt *blanda grandia dona *prece:
Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes,

Troiana. (Rapta) .ſ. olim à te ex Lyrneſo. (Vix bene notata græca) In uix literis græcis ſcripta. (Manu barbarica) Mei Briſeidis barbaræ. (Quaſcunque) Ad commouendũ animum Achillis dicit ipſam epiſtolã non alia re,quam lacrymis eſſe oblitam,& fœdatam. (Litturas) Maculas,à linendo dictas. (Hæ lacrymæ) Quibus fœdata aſpicies epiſtolam meam.) Habent pondera uocis).i. habent effectum uocis. i. debẽt ſignificare animũ meum, & uerbis exprimere. (Si mihi) Iam quaſi ſententiã querelę ſibi eſſe dicit. (Domino) Quia iure belli ſum captiua, & ſerua tua. (Viroque) Quia me ſemel uxorẽ habere decreuiſti. (Fas eſt).i.licet. (Non ego) Ecce prima querela,&occulta incuſatio, licet uideatur eum excuſare. Ordo eſt. (Non eſt tua culpa) Quod ego ſum tradita cito regi Agamemnoni. (Poſcenti) Poſtulanti me,ut ei traderet. (Quãuis) Quia uiſa fuerat excuſare, ideo aperte accuſat, non in eo, quod tradiderit, quia non potuiſſet contradicere, ſed in eo, quod cito tradidit, & hoc eſt quod dicit, differri potui. (Nam ſimul) Oſtendit quomodo cito eam tradidit. (Simul) Poſtquã. (Euribates, & Taltybius) Hi-

*foret
*aurem
*blãdæ
*preces

præcones fuerunt quos Agamẽnon ad Achillem miſit,ut ab eo adducerent. (Vocarũt me) Vt traderẽt Agamemnoni. (Data ſum comes) Vt cum eis irem ad Agamemnona. (Alter in alterius) Ordo eſt. Eurybates & Taltybius iactantes lumina alter in uultum alterius, prolepſis implicita (Quęrebãt &c.) Id eſt aſpicientes ſe uiciſſim nihil dicebant,ſed admirãtes, quod tam cito eſſem à te tradita inter ſe nutu dicebant. (Vbi eſſet noſter amor,) q.d. uidebant eſſe nullum,quia ſi me uere amaſſes,non tradidiſſes tam cito. (Mora) Dilatio temporis,quo fuiſſem apud te. (Pœnæ,) Scilicet meæ.) Hei mihi nulla dedi oſcula) Propter breue ſpatium diſcedendi. (Sine fine) Aſſiduas & infinitas. (Rupi) Laniaui. (Iterum) Fœcundo, id eſt ita dolui diſcedens à te, ſicut cum fui rapta à patria mea. (Sæpe ego) Occurrit obiectionibus. (Hoſtis) Pro hoſtes,id eſt Troiani. (Progreſſa) Procul egreſſa è tentoriis Agamemnonis. (Munus) Serua dona data. (Quamlibet) Quamuis etiam indignam, quæ me acciperet munus. (Sed data) Hippophora,ex perſona.n.ſua dicit,quod Achilles poſſet opponere. (Quia fui danda) Quia neceſſe fuit,ut daret. (Tot noctibus) Reſponſio ad hanc obiectionem,quaſi dicat quod dederis non penitus culpo : ſed quod non repetas,& diutius permaneas in ira. (Ipſe Menætiades).i. Patroclus tibi cõiũctiſſimus. (In aure) Submiſſa uoce, (Quid fles?) Patrocli uerba ad Briſeida. (Hic) Apud Achillem. (Non repetiſſe parum,eſt)

Sensus non sufficit tibi, quod nō repetiuisti me, sed etiam resistis, & omnibus uiribus conaris, ne tibi reddat. (I nunc) Irrisio. (Cupidi amantis) Qui omnia uia quærit. habere amicã suam, cum te eam recuses (Venerunt) Probat, quod eam recuset, quia cum misisset Agamē non ad Achillem magnæ auctoritatis uxoris, qui ei suadent ut Briseida reciperet, & multa munera à simul non potuerunt tamen ei persuadere. (Natus Telamone) Pro ex Telamone intelligit Aiacem. (Natus Amyntore). i. Phœnix. (Ille) Aiax. (Propior) Gradu sanguinis, quia est patruelis tuus, quia Telamon fuit frater Pelei patris Achillis. (Ille comes). s. Phœnix, qui Achillis & comes, & monitor fuit.) Laërtesq; satus). i. Vlysses. (Satus Genitus, ut Sole satus Phæton. (Laërte) Pro ex Laërte, deest præpositio. (Redirem) Ad te. (Auxerunt) Quidam leguntur, blandas preces, sed placent melius, ut legator, auxerunt blanda grandia dona preces, ut sit sensus, isti addiderunt muneribus tibi oblati, blandum precem, enumerat autem ipsa munera. s. (Viginti fuluos lebetes). i. uiginti uasa. (Ex ære operoso) .i. magno opere, & artificio fabricato. Est aūt lebes uas ęneum, interdum coquinarium, sed ut dicit Seru. apud Hom. ubi scribit lebetes missos esse Achilli. Iliad. lib. 1. accipitur pro uase in quo aqua cadit, dum manus abluuntur, in quo significatio accipitur etiam hoc in loco.

ASCENSIVS.

ASC. QVAM legis, à rapta) Argumentum: quod Iliad. 1. continetur, expressum est superiori commentario, scribit hanc epistolam Briseis. i. Brisę filia Hyppodamia nomine, quod nomen interpretatur quasi domitrix equorum. (Littera). i. epistola, extra carmen literæ dicū tur. (Littera gręca notata). i. descripta. (Manu barbarica) Quia non gręca, sed ex Lyrneso est, aut Pedaso. (Non, ego quod sum tradita &c.) Culpa, inquit, tua est, & tua non est, non enim est culpa tua, ꝙ sum tradita, quia regi, & principi exercitus parendū est, sed ꝙ sum tradita tam cito. (Alter in alterius ipsi iactantes lumina). i. oculos, alter in uultum alterius. (Quærebant taciti). i. in animo suo mirantes, ꝙ non resisteres, ubi esset noster amor. (Quã libet itura munus). i. pro munere, aut ut fieret munus ad quamlibet nurum Priami, quia plurimas ille nurus habuisse legitur Aen. 2. (Pugnas, ne reddar Achille) Duplex sensus est alter ꝙ pollicitus erat se non pugnaturū donec redderetur & re uera constat ex Hom. quia pugnare recusauit, sed nō, ꝙ id amice pollicitus sit, unde ipsa ex suspicione dicit ipsum nō pugnare contra Troianos, quo uno facit ne reddatur. Alter sensus est, ò Achille (est. n. uocatiuus) ut pugnas. i. certas & contendis contra eos, qui me cū multis muneribus ubi offerūt, ne reddar, & hic sensus est conformis sequentibus. (Venerunt ad te Telamone &c.) Hæc ex Hom. collecta sunt, qui scribit Aiacem Phœnicem, & Vlyssem ad Achillem, cū pugnare nollet, cum multis muneribus missos. (Ille). s. Aiax Thelamoni filius, & frater Pelei, qui erat pater Achillis (Ille). s. Amyntoris filius Phęnix nomine, nec legetur Amytone, aut Amyntone, sed Amyntore. (Auxerunt) Ordo est. Præces blande auxerunt grãdia dona. s.) Viginti leberes). i. ollas. (Fuluos). i. fului coloris. (Ex ęre). i. illo metalli gñe. (Operoso). i. fabrefacto, & artificiose operato. (Et septem tripodas). i. trepide, nã gręce tripos, latine tripes dicitur, & aut sedes, aut lebes tripes. (Pates pondere, & arte) Quod ad decus, & ualorē facit.

Et tripodas septem pondere, & arte pares.
Addita sunt illis auri bis quinque talenta:
* Bis sex assueti uincere semper equi.
Quodq; superuacuū est, forma præstante puellæ
Lesbides, euersa corpora capta domo.
Cūq; tot his; sed non opus est tibi cōiuge: cōiux
Ex Agamemnoniis una puella tribus.
Si tibi ab Atrida precio redimenda fuissem,
Quæ dare debueras, accipere illa negas.

HVB. ET tripodas) Mensas à tribus pedibus, quibus sustentabantur. (Pares pondere, & arte) Vel eiusdē ponderis, & eiusdem artificii, uel quorum ars tantum ualet, quantum pondus ipsius metalli. i. quantum ualebat materia). i. lebetibus & tripodibus. (Talenta auri, & argenti) Talentum nomen est ponderis, sed ut Ser. scrib. in quinto Aenei. Secundum uarias gentes, ua

* Bissenis

Qua merui culpa fieri tibi uilis Achille?
  Quò leuis è nobis tam cito fugit amor?
An miseros tristis* fortuna tenaciter urget?
  Nec uenit inceptis mollior aura meis?
Diruta * matre tuo Lyrnesia mœnia uidi,
  Et fueram patriæ pars ego magna meæ,
Vidi consortes pariter generisque, necisque.
  Treis cecidisse:tribus,quæ mihi, mater erat.
Vidi;quantus erat; fusum tellure cruenta,
  Pectora iactantem sanguinolenta uirum.
Tot tamen amissis, te compensauimus unum:
  Tu dominus,tu uir, tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ,
  Vtile dicebas ipse fuisse capi.
Scilicet,ut quamuis ueniam dotata,repellar:
  Et mecum fugias,quæ tibi dantur,opes.
Quinetiam fama est:cum crastina fulserit* hora:
  Te dare nubiferis * linea uela notis.
Qđ scelus ut pauidas miseræ mihi cōtigit aures:
  Sanguinis,atque animi pectus inane fuit.
Ibis:& ò cui me miseram uiolente relinques?
  Quis mihi desertæ mite leuamen erit?

* marte

* eos:

* linea, uelut Aarõ, lintea uela.

rium est, dicitq; apud Rom. talentum esse 70. lib. sicut Plat. ostendit in Must. qui ait duo talenta esse 160. lib. fuit ēt talentū Atticum, Euboicum, & Aegyptium. Atticum dicunt esse magnum & paruum. magnum dn̄t hr̄e lib. 83. & uncias 4. & deniq; ualere 6. millia denariorum Roma. talentum Atticum paruum 60. continebat lib. Euboicum non multo minus erat Attico paruo. Aegyptium pondo 80. patere. Var. tradidit apud Hom. ut testatur Ser. pro minimo quodam præmio accipitur in ludis Patrocli. Hic uero apud Ouid. pro magno pondere accipimus. (Assueti semper uincere). s. certamine & cursu non dixit eos fuisse pulchros, sed ueloces. Nā in equis uelocitas maxime laudatur. Ideo Virgil. depingens equos preciosissimos non satis putauit dicere. Qui candores niueis anteirent, sed addidit, cursibus auras, & Iuuen. Nempe uolucrem. Sic laudamus equum, facili cui plurima palma Feruet, & exultat rauco uictoria circo. (Quodque superuacuum) Ordo est, & puellæ Lesbides. i. ex Lesbo insula. (Forma præstante). i. excellentis pulchritudinis ablatiuus pro genitiuo. Virg. Præstanti corpore nymphę. (Corpora capta domo euersa) Subaudi sunt additæ supradictis muneribus. (Quod est superuacuum). i. quæ puellæ sunt tibi superuacuæ, & non necessariæ. (Cumque tot his). i. supradictis puellis, quas uoluerunt tibi nomine Agamem. dare. (Vna puella) Vna filia. (Ex tribus Agamemnoniis). s. filiab. sup. est addita, quia Agamemnon obtulit ei unam ex filiabus suis uxorem. (Sed non est opus) Hoc per parenthesim dicuntur, sed ò coniux non est tibi opus coniuge, quia habes coniugem me. (Si tibi) Sēsus est tu recusas accipere illa munera, quæ tu ipsemet debueras dare Agamemnoni si noluisset reddere me tibi, nisi ei dares precium. (Ab Atrida) Ab Agamēnone quē filiū Atrei existimauerunt. (Precio) Pecunia uel aliis muneribus. (Redimenda) Recuperanda. (Qua culpa) Quo crimine meo. (Fieri uilis). i. à te contemni ut tanta munera spernas, nec me recipias. (Leuis) Celer & est epitheton amoris. (An miseros) Sensus est, an cū fortuna cœpit aliquem premere, insequitur ipsum assidue, & usque ad finem. Tristis mala, quia est etiam bona. (Tenaciter) Perseueranter. (Vrget) Persequitur. (Miseros) Infelices. (Mollior aura) Si aura, erit translatio sumpta à nauigantibus quibus post tempestatem mitior uentus mutatur. Sed liber meus uetustus habet ora, quod non displicet. (Diruta) Incipit commemorare miserias suas. (Lyrnesia mœnia) Vrbem Lyrnesium, quod ut dixi supra in ora Troiæ contra Lesbon erat. (Et fueram magna pars meæ patriæ) quia non eram ex minimis, & amisi ex meis multos. Sic Aeneid. apud Virg. Et, quorum pars magna fui. (Vidi) Enumerat quos amisit de suis. Ordo est. Vidi tres consortes generis, & necis cecidisse. i. tres fratres meos consortes generis, & necis, quia ut erant coniuncti genere, ita fuerunt coniuncti nece, quia simul interfecti sunt. (Tribus quæ mihi) Ordo illa, quæ erat mater mihi, erat

mater illi tribus. Vidi, quantus erat) Ordo uiri. (Virum). i. maritum meum subaudi tantū quantum erat. i. quantuſcunque erat. Fuſum). i. ſtratum, & iacentē. (Iactantem mouentē. (Sanguinolenta) Cruentata tuo gladio transfoſſa. (Compenſauimus te). i. loco ipſorū te computauimus. (Tot). ſ. patre patribus & marito. (Tu iuratus) Participium ſignificationis actiuæ, nam apud antiquos, iuro, ſicut punior, & populor ī actiua ſignificatione ponebatur. (Matris aquoſæ). i. Thetidis matris tuę, Nymphæ Maris, filiæ Nerei. (Vtile capi) Quia di cebas ꝙ eſſem ī meliori conditione apud te q̄ ſi ſtaret patria, & eſſem apud meos. (Scilicet) Certe ſubaudi utile eſt, & ironice proferendū eſt (Vt ego repellar) Hæc eſt utilitas, ut ego repellar à te, quamuis tradar tibi cum magna dote, quam Agame. mihi facit. (Fugias opes mecum). i. & opes, quæ tibi inferuntur & me ſimul. (Quinetiam) Inſuper, præterea. (Fama eſt) Fertur. (Te dare) Pro daturum eſſet, tēpus præſens pro futuro. (Linea uela) Legendum eſt linea, non aūt lintea, ne ſint duo ſubſtantiua. (Quod ſcelus). i. quod factum ſceleratū. ſ. quod cras ſit diſceſſurus. (Vt). i. poſtquam. (Contigit aures). i. auditū eſt à me. (Pectus fuit inane). i. uacuum. (Sanguinis, atque animi). i. fugit ſanguis, & animus ex nimio. n. dolore ſiue metu. ita deficiunt homines, ut uideantur mortui, & ſanguinis dicitur fugere, nō quia diſcedat à corpore, ſed quod fugit ad cor. (Cui relinques me) Interrogatiue legēdū eſt, q. d. non iam relinques me patri, aut marito, aut fratribus, quos omnes interfeciſti. (Quis) q. d. nullus, (Mite). i. molle, & ſuaue. (Leuamen) Solatium, recreatio meorum malorum.

ASC. ADDITA ſunt illis &c.) Non ergo legendum eſt. Auxerunt blanda &c. Quia licet, tunc uero ſimile eſt, ꝙ preces donis augeantur, ac dona precibus, tn̄ contextus conſeruādus eſt qui imperfectus, eſſet ſi legatur blandas. Nam ſubaudire oportet. Attulerunt aut obtulerunt, aut ſimile uerbum. (Quodque). i. quod eſt ſuperuacuum, quia fruſtra habēti coniugem, offertur, puella. (Puellæ Lesbides). i. ex Lesbo. (Præſtante forma). i. præſtantis formæ appoſitiue. (Corpora capta). i. quæ erant corpora capta domo. ſ. earū euerſa, quaſi non niſi corpus in eis commandandū ſit, quod adiicit, ne forte ad illas animū adiecerit ſup. ſunt additæ, & cū his, tot. ſ. donis ſup. eſt addita una puella ex tribus. ſ. puellis, hoc eſt filiab. adhuc uirginibus. (Ex Agamēnonii). i. ab Agamemnone ſatis, ſed ò coniux nō eſt opus tibi cōiuge, quia coniugem habes in Sciro Deidamiā, & me apud Troiam. (Tu negas accipere illa) . ſ. munera, quæ debueras dare. Si ego fuiſſem redimenda tibi. (Ab Atrida). i. ab Agamemnone, qui me tibi abſtulit. (Pretio). i. per pretium, hoc eſt debeas me redimere pretio, quam re ſpuis cum donis multis oblatam. (Vidi conſortes) Ordo eſt. Ego uidi tres conſortes. (Pariter generis, & necis). i. qui ſortiti ſunt idem genus, eandem necem. (Cecidiſſe). i. lapſos in mortem & occubuiſſe, & ea ſup. erat. (Tribus). ſ. illis. mater, quæ erat mihi mater, hoc eſt uidi tres fratres meos occiſos capta ciuitate noſtra. (Vidi). ſ. uirum Mineten. (Matris aquoſæ). i. Thetidis deæ maris. Ordo eſt. (Ipſe). i. tu. (Iuratus). i. iuramento aſtrictus, capitur. n. in actiua ſignificatione pro eo, qui iurauit, ſed ſic, ut obligatus ſit, & iuramento aſtrictus. Per numina) . i. diuinā poteſtatem. (Matris aquoſæ). ſ. Thetidis. (Dicebat utile fuiſſe). ſ. mihi. (Capi). i. ꝙ caperet. ſ. uocabulum aptum irriſionis, quaſi diceret, ſcirem quidem licet quam utile, mihi fuerit capi, uſque adeo. (Vt quamuis ueniā dotata, repellar). ſ. à te. (Et fugias mecum). i. propter me, ut fugias. (Opes) Quæ dantur tibi mecum. ſ. ab Agamemnone. hoc eſt tantum, abeſt, ut captiuam, & indotatam capias, & etiam nunc cum munera pro dote acceſſerint repellas. (Quinetiam fame &c.) Minatus enim id erat, ut patet apud Home. (Cui me uiolente relinquis) Sic Dido. Cui me moribundam deſeris hoſpes? Violentum autem atteſtatur Hom. Vnde Hor. in Arte: Scriptor honoratum, ſi forte reponis Achillē. Impiger, iracundus, inexorabilis, acer. Iura neget ſibi nata nihil non arroget armis.

HVB. DEuorer) Abſorbeat. (Ante). i. potius. (Hiatu) Apertione. Rutilo (Rubro quam ſine me phthiis caneſcant). i. ſpumeſcāt, nauigētur, ſpuma. n. cana ē. (Remis Phthiis) . i. Achilleis.

* mihi

Deuorer ante precor ſubito telluris hiatu.
Aut rutilo * miſsi fulminis igne cremer:
Quàm ſine me Phthiis caneſcant æquora remis
Et uideam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iam reditusque placent, patriiq; penates:

Nos

Non ego ſum claſsi ſarcina magna tuæ.
Victorem captiua ſequar,non nupta maritum:
Eſt mihi,quæ lanas molliat,apta manus.
Iuter Achæiadas longe pulcherrima matres
In thalamo coniux ibit, eatque tuos.
Digna nurus,ſocero,Iouis,Aeginaque nepote,
Cuique ſenex Nereus pro ſocer eſſe uelit.
Nos humiles,famuleq; tuæ,data pẽſa trahemus:
Et minuent plenas ſtamina noſtra colos.
Exagitet ne me tantum tua depreeor uxor:
Quæ mihi neſcio quo non erit æqua modo.
Ne ue meos coram ſcindi patiare capillos:
Et leuiter dicas,hæc quoque noſtra fuit:
Vel patiare licet:dum ne contempta relinquar:
Hic mihi uæ miſeræ concutit oſſa metus.
Quid tamen expectas? Agamẽnona pœnitet irę:
Et iacet ante tuos Græcia mœſta pedes.
Vince animos,iramque tuam,qui cetera uincis.
Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?
Arma cape Aeacide,ſed me tamẽ ante recepta:
Et preme turbatos Marte fauente uiros.
Propter me mota eſt,propter me deſinat ira:
Simque ego triſtitiæ cauſa modusque tuæ.
Nec tibi turpe puta precibus ſuccũbere noſtris:
Coniugis Oenides uerſus in arma prece eſt.
Res audita mihi,nota eſt tibi:fratribus orba

Phthia.n.urbs eſt Theſſaliæ, à qua Achiles interdũ dr̃ Plithi interdũ à Lariſſa Lariſſæus ꝑꝑ uicinitatẽ,ſicut Dido,interdum Tyria, interdũ Sidonia dr̃. (Et uideã(Subaudi,& anteq ego relicta uidear &c.(Si tibi)Occurrit,obiectioni quia poſſet dicere Achilles, q̃ uult redire domũ, dicit ipſa,q̃ facile põt eam ducere ſecum q̃a non erit oneroſa naui.(Penates)Pro domo ponũtur.(Sarcina)Onus. Impedimẽtũ (Captiua).i.ut captiua,& ſerua (Non nupta) Non ut uxor. (Eſt mihi) q.d. ero etiam utilis tibi in aliquo opere. (Inter Achęiadas) Male quidam legunt inter & Achiadas,quia ratio carminis nullo pacto patitur. nam prima naturaliter breuis eſt ſecunda uero lõga remouendũ eſt igitur,& legẽdum inter Acheidas,ut.i. qua ꝑcedit ſit uocalis. (Matres) Mulieres,ut Virg.6. Matres, atq; uiri (Lõge) ualde. (Coniux).ſ. alias quã tu uolueris ꝑter me.(Fatq;)q.d nihil curabo dũmodo me tecum ducas. (Digna nurus).ſ.coniux tua nurus. (Digna ſocero).ſ.patre tuo Peleo nepote Iouis & Aeginæ, nam ut ſupra diximus, Peleus pater Achilli, ex Aeaco natus eſt Peleus Aeacus,ex Ioue & Aegina filia Aſopi, ergo Peleus erit nepos Iouis & Aeginæ. (Cui) Cõiugi tuæ.(Nereus)Deus maris auus tuus maternus.(Velit).i.non dedignet(Pro ſocer)Sicut proauus dr̃,quæ eſt ante auũ,ita pro ſocer. (Humiles) Abiectæ, & uiles,eſt aũt ſingularis numerus pro plurali.(Trahemus)Ex colo deducemns. (Penſa) A pendẽdo dicta dabantur.n.lanę ad pondus inde ancilla,quæ huic officio ꝑerat, libraria dicebatur.Iuuen. Periit libraria(Stamina)Fila quæ nebimus.(Minuẽt)Euacuabũt.(Tm̃ deprecor) Hoc unũ ꝑcib⁹ a te peto(Exagitet)uexet,male tractet.(Nõ erit ęqua)Liptote.i.erit iniqua. (Neſcio quo)q.d.plus nimio & ultra q̃ debeat.(Ne ue meos)Subaudi deprecor.(Corã).i.te. (Scindi)Lacerati ab uxore tua.(Leui)Sine turbatione & ira.(Hæc) Briſeis, q̃ ita uis uerberare. (Quoq;)Sicut tu,hæc aũt oĩa dicta ſunt ad cõmouendũ aĩum Achillis. (Vel).i.ẽt.(Licet) Permitto tibi,& ut dicta cõtẽta ſum.(Dũ).i dũmodo.(Cõtẽpta) Neglecta à te.(Hic met⁹) .ſ.ne relinquar à te.(Cõcutit)Tremefacit(Væ)Interiectio ẽ doletis,ut, Mãtua uæ miſeræ. (Quid tn̄)Hortaẽ,ut deponat irã,qñ quidẽ Agam.iã depoſuit,& oẽs Græci ſupplices orãt ipſũ Achillẽ,ut recepta Briſeide,dedonat irã,ꝑꝑ quã abductã irat⁹ fuerat.(Añ pedes) Supplicũ.n.eſt ad genua,uel ad pedes eorũ,q̃b⁹ ſupplicanẽ ꝓcũbere.Cic.epi.lib.6.ad Ligarium cũ fr̃es & ꝓpinqui tui iacerẽt ad pedes &c.(Vince aĩos irãq; tuã) q.d.tũc.n. eris uere uictor. Cic.ĩ orone ꝓ M.Marcel.uerũ aĩum uincere,iracũdiã cohibere,uictoriã tẽperare, aduerſariũ nobilitate ĩgenio uirtute ꝑſtãte nõ mõ extollere iacẽtẽ,uerũetiã amplificare eius priſti

nā dignitatē,hæc q facit,nō eū ego summis uiris cōparo,sed simillimū deo iudico. (Quid) Cur. (Lacerat) Destruit,q.d.cur tu qui solus potes,nō obstas ei. (Impiger) Fortis. (Aeacide) Victus est. (Sed me tñ añ rec.) Dupliciter potest hic locus exponi,ut recepta sit modi imperatiui freq.uel melius,ut dicamus cape arma, sed subaudi cape arma me recepta ante .i.postquā receperis. (Cōprime) Coërce. (Viros turbatos).i.Troianos territos. (Desinat) Finiatur. (Causa) Origo. (Modus).i.finis.Iuuen.Nanq; oblita modi millesima pagina surgit. (Nec tibi) Occurrit obiectioni. (Succumbere nostris precibus).i. uicini precib. meis & eis flecti ad accipiendum arma. (Coniugis Oen.) Hunc locum interpretes male intellexerunt,transferentes ad Tydeū,quē dñt præcibus Deiphyles uxoris suæ adductū, ut Polynicē maritū Argiæ sororis Deiphyles à fratre Etheocle regno inclusum cū annis uicibus regnare deberēt,in regnū reduceret,& bellū pro eo susciperet, sed hic sensus nō cōuenit huic loco,nā quod dicit.Et patriæ rigida mēte negauit opē non conuenit Tydeo, nā Thebæ nō erat eius patrie,nec ipse negauerat opē patriæ.Sed re uera ad Meleagrū refertur,quod,ut facilius intelligatur,bř tāgenda est fabula,sed ut in plerisq; aliis fabulis, ita in hac est aliqua uarietas inter poëtas,scribit.n.Oui.lib.8.Met.quod cū Oeneus Parthaonis filius Rex Callidonis,quæ urbs est Aetholiæ solitus sacrificare Cereri,& Palladi primitias fructuū,præterisset Dianā inhonoratā,illa indignata,immisit aprū,qui regionē uniuersam uastabat,at Meleager principibus Græciæ,ad huius apti internicionē cōuocatis,ipse quorū uenationē igressus est,ad quā ēt uenit Atalāta Scœnei filia,uirgo formosissima Arcadica, hāc ut uidit Meleager eius pulchritudinē captus ast,deinde cū prima aprum sub aure uulnerasset, non tm̄ formā,uerumetiā uirtutē eius admiratus cū ipse aptū interemisset exuuias,& prædę honorē ei cōcessit.quod cū Pleusippus & Toxeus Testii filii & Meleagri auuūculi ægre ferrēt,& exuuias illi eripere conati essent, à Meleagro sunt interfecti, mater noie Athletæ, Testii filiā cū audisset fratres suos à filio interēptos domū ferri nimio dolore cōcitata,stipitē,in quo uita Meleagri cōsistebat quandiu ipse stipes seruaretur in ignē cōiecisse fertur,& uitā Meleagri simul cū stipice cōsumpsisse,ita scr.Ouid. At ex Græcis sunt, qui aliter sentiant,dñt.n.Maltheā,execrationib.tantūmodo, & detestationib. deuouisse uitā filii, à quo fratres sui interfecti fuissent,imprecatamq; assidue infelicē exitū,quod cū intelligeret Meleager adeo moleste tulit,ut cū hostes ad muros,uallumq; Callidonis uenirēt ipse indignatus,nullo pacto arma sumere uellet,sed cū Cleopatra Eueni fluuii, & Marpisiæ filia uxore sua latēs se oblectaret,& omniū p̄ces sperneret tandē Cleopatra eius uxor periculū uidēs, eū orasse,ut pro defensione patriæ arma sumeret, adductus est, ut id faceret p̄cibus uxoris, & hic est uerus sensus,quē etiā Hom.in Il.uř approbare.Inducit.n.Phœnicē uolētē Achilli persuadere,ut Briseida recipiat multa de Maleagro dicentē,& ī patris, quod indignatus execrationes matris dř homicidio auunculorū suorū pateretur usq; ad muros uenire,dum uxori indulget.Str.lib.10.dicit bellū à Testiapis aduersus,Oeneū ob suis caput,& spolium secundū probabilius ꝑ regionis patrē susceptū fuisse. ergo ab uxore ad arma capiēda flexū intelligimus.iō nūc hoc exēplū ad propositū suū Briseis adducit, ut Achilles eius precibus flecti nota indignetur. (Oenides).i.Meleager filius Oonei. (Versus) Immutatus, & inductus cōtra propositū suū. (Ad arma) Quæ ꝑꝑ indignationē accipere recusabat. (Res).i. casus Meleagri. (Nota est tibi) Quia in Græciæ partib.gesta est. (Parēs) Althea mater Meleagri. (Orba) Priuata. (Fratribus).s.Pleusippo,& Toxeo interfectis à Meleagro filio suo.

ASC. DEVORER ante precor) Sic Dido.Sed uel tellus optem prius ima dehiscat. Vel pr̄ omnipotēs adigat me fulmine ad umbras &c. (Agamēnona pœnitet iræ) Arguit ab exēplo eū debere irā deponere,sed (ut dixi) Achilles est inexorabile, id aūt facit,ut dehortetur à ꝓfectione,sciēs q̄a deseratur,si in patriā redierit. (Vince animos) Bonū uerbū omnibus quadrans,sed personæ aptissimū. (Nec tibi turpe puta) Argumentatur ab exēplo Meleagri,quē sola Cleopatra cōiux in arma uocare potuit,uerū ne superbe uideatur se cōiugi cōparasse, fatetur modeste se coniugē non esse, illi tñ fidelem, & intactam permansisse deinde sciens, quia generosus animus nulla re cuius in arma conuocari posset, q̄ fuga cōtumeliæ, obiicit summā contumeliā,dices,rumorē esse,nō alia de causa ab armis cessare, q̄ ut mollis,mulierosusq; uoluptati idulgeat.Textus eūt dilucidus est,nec explanationis egēs.Qđ aūt dicit.

Deuouit

Deuouit nati ſpemque, caputque parens.
Bello erat ille ferox: poſitis ſeceſsit ab armis:
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola uirum flexit coniux: felicior illa:
At mea pro nullo pondere uerba cadunt.
Nec tamen indignor: nec me pro coniuge geſsi,
Sæpius in domini ſerua uocata torum.
Me quædam (memini) dominã captiua uocabat:
Seruitio, dixi, nominis addis onus.
Per tamen oſſa uiri ſubito male tecta ſepulchro,
Semper iudiciis oſſa uerenda meis:
Perque triũ fortes animas, mea numina, fratrũ,
Qui bene pro patria, cum patriaque iacent:
Perque tuũ, noſtrũq; caput, quod iuximus una:
Perque tuos enſes, cognita tela meis,
Nulla Mycenæum, ſociaſſe cubilia mecum
Iuro: fallentem deſeruiſſe uelis.
Si tibi nunc dicam: fortiſsime tu quoque iura,
Nulla tibi ſine me gaudia facta: neges
At Danai mœrere putant: tibi plectra mouẽtur,
Te tenet in tepido mollis amica ſinu.
Et ſi quis quærat, quare pugnare recuſes:
Pugna nocet: citharæ, noxque, uenusq; iuuãt.
Tutius eſt iacuiſſe toro: tenuiſſe puellam:
Threiciam digitis increpuiſſe lyram:
Quàm manibus clypeos, & acutæ cuſpidis haſtã,
Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma.
Sed tibi pro tutis inſignia facta placebant:
Partaque bellando gloria dulcis erat.
An tantum, dum me caperes, fera bella ꝓbabas:
Cumque mea patria laus tua uicta iacet?
Dii melius, ualidoque precor uibrata lacerto
Tranſeat Hectorem Pelias haſta latus.
Mittite me Danai: dominum legata rogabo:
Mixtaque mandatis oſcula multa feram.
Plus ego, quã Phœnix, plus, quã facũdus Vlyſſes,
Plus ego, quam Teucri (credite) frater, agam.
Eſt aliquid ſolitis collum tetigiſſe lacertis:
Præſenteisque oculos admonuiſſe ſinu.
Sis licet immittis, matriſque ferocior undis.

HVB.

Deuouit) Ecce poëta oſtendit quod ſupra diximus Altheam non dediſſe mortem filio, per torrem igni conſumptũ, ſed eum execratã fuiſſe, nam de uouere eſt execrari, ut ſupra diximus illo loco, Theſea deuoui, quia &c. unde deuotiones appellabantur execrationes, ergo. (Deuouit, id eſt execrata eſt, & imprecata, ut male accideret filio Meleagro, & cito moreretur, nam hoc ſignificat deuouere ſpem, & uitam. (Ille) Meleager. (Ferox) Fortis. (Seceſſit, ab armis) Vt ſupra diximus indignatus propter execrationes matris. (Poſitis) .i. depoſitis, aphęreſis eſt. (Patriæ) Calidonis quæ ab hoſtibus oppugnabatur. (Rigida) Dura, & pertinaci. (Sola coniux) .ſ. Cleopatra eius uxor, ut diximus. (Flexit) Mutauit eũ à propoſito, & impulit, ut arma acciperet, pro defendenda patria. (Illa) Vxor Meleagri. (Felicior) Quam ego. (Cadunt) .i. uanum effunduntur. (Pro nullo pondere) id eſt ſine effectu. (Nec geſſi me pro coniuge) Nõ fuit apud te, ut coniux. (Pro cõiuge) id eſt loco coniugis. nam pro interdum ſignificat ſecundum, ut nunc te marmoreum pro tempore fecimus, interdum ſignificat loco, ut hic interdum ad fauorem refertur, ut egi cauſam pro te .i. in fauorẽ tui. Mar. incipient omnes pro Cic. loqui, id eſt in fauorem Cice. licet poſ ſit etiam accipi loco Cic. quem Ant. interfecerat. (Sæpius uocata ſerua in torum domini) id eſt quæ ſæpe nomina. ſeruæ uocata ſum, ut torum tuum uenirem. (Dixit) Illi captiuæ, quæ uocabat me dominam. (Addis onus ſeruitio) id eſt ſeruitutem meã magis aggrauas, cum uocas me honorifico dominæ, cum ſerua ſim. Per tamen ne fortaſſe Achilles eam reſpueret, quia interea dum

dum fuit cum Agamem.cum eo concubuiſſet,affirmat,multis iuramentis, ſe nunquam tactam fuiſſe ab Agamemnone,Ordo eſt.(Tamẽ iuro per oſſa male tecta) Semiſepulta,quia, ut ſupra diximus in euerſionibus urbium,non poſſunt corpora, commode ſepeliri. (Subito)Effoſa tantũmodo terra.(Verenda)Honoranda,& ita commendat ſe ab amore coniugali.(Perque trium)Sub.iuro.(Trium fratrum)Quos ſupra diximus.Vidi conſortes pariter generisque &c.(Bene)Nam honeſtum,& laudabile eſt pro patria mori. (Cũ patria) Quæ & ipſa euerſa eſt,ut ſupra,diruta Marte tuo &c. (Per tuum caput) Mos græcorum iurare per alienum caput Iuuen.Nondum gręcis iurare paratis per caput alterius.(Vna).i.ſimul aduerbium eſt(Tela cognita meis)Quia his enſibus tuis,& fratres & uirum meum occidiſti.(Mycenæum).i.Agamemnone,ſic dictum à Mycenis urbe, cui imperabat,ſic Virgil.de eo,Ipſe Mycenis magnorũ ductor Achiuum,&c.(Sociaſſe mecum nulla cubilia).i.nunquã mecum concubuiſſe.(Fallentem).ſ.me.(Deſeruiſſe ne).i.me deſeras, & nunquam recipias, ſi te fallo.(Si tibi,) Hoc dicit Briſeis,ego quidem poſtquam à te abducta ſum,fui intacta,& à nullo uiro cognita.Sed tu ſi iurare cogaris ſine me nulla fuiſſe tibi gaudia, & uoluptates libidinis cum alia muliere.(Neges).i.negabis,q.d.non (Merere) Angi dolore propter me à te abductam.(Tibi plectra) Mouentur.i.in cytharæ indulgens,nã plectrum eſt,quo corda tangitur,interdum pro tota cythara ponitur.(Mollis)Tenera,& blanda.(Sinu)Gremio.i. in amplexu.Et quaſi quis quærit.i.& aliquis dubitet. (Quare recuſes pugnare) Cum iam ſatis conſtet,quod non recuſas pugnam ob iram,ut oſtendit,quia ego fuerim tibi rapta,ſed quia indulges ueneri.(Pugna nocet) Ecce cauſa.(Citharæ).i.cãtus cytharæ quæ delectaris, nam Achil.optimus cytharœdus fuit à Chirone centauro canendi artem edoctus. (Nox) Quies nocturna.(Venus)Concubitus,hæc enim adoleſcentiam maxime iuuant.Plaut.in Bacchid.Iſto illecebroſius fieri nihil poteſt uox mulier, uinum,homini adoleſcẽtulo.(Increpuiſſe)Inſonuiſſe.(Lyrã Thraicia).i.Orphei,qui trax fuit,& lyra optime cecinit.(Galeam)Caſſidem,munimentum capitis.(Preſſa) Pondere grauata. (Si tibi) Eſt quaſi quædã obiectio ad ea,quæ Achil.dicere poſſet,quòd magis ſplendore rerum geſtarum delectatus ſit quam ocio,& tuta uita,dicit ergo Briſeis.(Si facta inſignia).ſ. ſplendida.ſ.in bello.(Pro tutis(.i.loco tutorum & ocii.(Et ſi gloria partaque).i.quæſita. (Bellando)Pugnando,& te periculis obiiciendo.(Erat dulcis).i.erant tibi iucunda.(An probabas).i.an laudabas.(Dũ caperes me).i.dum patriam meam euertebas,& me rapiebas.(Cumq; mea patria).i. an uoluiſti laudem tuam iacere,& ſepultam eſſe,poſtquam patriam meã euertiſti.(Dii melius,) Scilicet uelint,q.d.ita non fit.(Validoque precor).i.utinã potius haſta tua interficias Hectorem,(Pelias).i.Theſſalica à Pelio monte Theſſaliæ,non autẽ à Peleo patre Achillis eſt deductum deriuatiuum,nam in eo mõte inciſa dr̃ ipſe in 1.de remed.Vulnus Achilleo quę quondam fecerat hoſti Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. Notandum aũt eſt haſtã Achillis ex fraxino fuiſſe,ut teſta.Plin.lib.17.& Str.lib.10.quam Hom. teſte ſolus Achilles concutere,& tractare nouerat.Mittite me,cõuertit ſermonẽ ad græcos oſtendens, ꝙ ſi ipſa miſſa fuerit ad Achillem,magis poterit, cum ſua præſentia,& memoria ſolitæ conſuetudinis mouere,quam oẽs alii magna eloquentia.(Oſcula mixtaq; mandatis).i. præter p̃ces ẽt oſculabor eum.(Plus Agam.).ſ.in perſuadendo Achilli oſculando eum.(Quam Phœnix) Eloquenter dicendo,&c.Quam Vlyſſ.& pluſquam.(Frater Teucri).i. quàm Aiax Telamonius,patruelis Achil.ut ſupra dictum eſt.(Eſt aliquid,)q.d.plurimum poteſt.(Solitis)Aſſuetis.(Admonuiſſe).i.reducere in memoriam.(Oculos)Achillis (Sinu).i.pectore meo ei patefacto.(Sis licet)Nunc loquitur ad Achil.(Licet) Quamuis. (Sis immittis).i.manſuetus. (Vndis matriſque).i.aquis maris.nam Thetis mater Achillis Dea eſt maris.

ASC. PER'QVE tuum noſtrumq; caput)Tractum eſt à græcis. Vnde Iuuen.Sat.6.græcis nec dum iurare paratis per caput alterius.(Mittite me)Suadet ſe apud Achillẽ plus poſſe, quã tres illi legati.Aiax Teucri frater, ſed ex diuerſa matre. Phœnix, & Vlyſ.Simile fecit apud Rom.mater Coriolani,quę ſola ipſum flexit,qđ poëtę uſurpãt.nã Briſeidi notũ erat. (Eſt aliqd)Hæc particula ꝓ excellẽtia ponitur,ut apud Iuue.Eſt aliqd ſeſe unius dñm,feciſſe lacertæ.Et apud Perſ.Seſe aliquẽ credens Italo,quam honore ſupinus fregerit heminas &c.apud D.Paulũ.Qui uidebãtur eſſe aliqd.(Admonuiſſe).i. caſtigaſſe oculos uagos.

Vt taceam:lacrymis comminuere meis.
Nũc quoq;(sic omneis Peleus pater impleat an-
Sic eat auspiciis Pyrrhus ad arma tuis) (nos:
Respice solicitam Briseida fortis Achille:
Nec miseram lenta ferreus ure mora.
At si uersus amor tuus est in tedia nostri:
Quam sine te cogis uiuere:coge mori.
Vtque facis,coges:abiit corpusque,colorque:
Sustinet hoc * animi spes tamen una tui.
Qua si destituar,repetam fratresque,uirumque:
Nec tibi magnificum,fœmina iussa mori.
Cur autem iubeas?stricto pete corpora ferro:
Est mihi,qui fosso pectore sanguis eat.
Me petat ille tuus,qui;si Dea passa fuisset;
Ensis in Atridæ pectus iturus erat.
At potius serues nostram,tua munera,uitam:
Quod dederas hosti uictor,amica rogo.
Perdere quos melius possis, Neptunia præbent
Pergama;materiam cædis ab hoste pete.
Me modo,siue paras impellere remige classem:
Siue manes:domini more uenire iube.

HVB. VT).i.quamuis(Taceam).i. nihil tibi dicam. (Comminuere).i. frangeris, & flecteris. (Lacrymis meis).i. eo fletu. (Nunc quoque) Adiurata ad ipsum Achil. Briseis, ut sui misereatur ordo æque. O for. Achil. nunc quoq; respice &c. reliqua dicta sunt per emphasim.(Nunc quoque).s. cum non sum ad te missa.(Sic) Adiurantis est particula. Virg.in Buc.Sic tibi cum fluctus sub ter latere Sicanus. Doris amara suam non intermisceat undam.(Omnes annos).s. à natura sibi debitos. (Tuis auspiciis) Tua felicitate & uictor, sicut ut semper fuisti.(Respice) Verbum misericordiæ, ut supra dictum est. (Sollicitam) Anxiã plenam curarum. (Ferreus).s. tu. (Vre).i.crucia. (Lenta mora).s. recipiendi me.(Atsi)Legitur etiam aut & melius. (Versus) Mutatus. (Quã) Subaudi me. (Vt facis) Quia pergis omnia facere, quæ me ad mortem possint adducere. (Corpus abiit).i.habitudo corporis,quia tota facta sum macilenta. (Color abiit) Quia effecta sum pallida.(Vna).i.sola. spes animi tui: quam habeo de animo tuo, ut mutetur.(Hoc).s.spe. (Repetam)q.d.non quia re occisi sunt.(Iussa) Coacta.(Nec magnificum).i. res magnifica .s.est.(Cur autem iubeas) Cum.s.tu hoc efficere possis, (Pete) Fero percuote. (Corpora) .i.corpus meum.(Ferro) Ense.Metonymia. (Stricto)Nudo, & alibi strictum tenet altera ferrum.(Fosso)Percusso perforato.(Me petat).i. feriat:est autem concessio. quæ non modo magis prohibet,uerum etiam misericordiam comparat, ordo est, ille tuus ensis, qui erat iturus in pectus Atridæ,si dea fuisset passa, petat me. Tangit autem, quod scribit Home. in 2. Iliad. Achil.iratum Agam.post multa in eum effusa conuicia,uoluisse cũ interimere, sed eum ensem nudaret,Pallas superueniens manum eius continuit,eumque corripiens,facinus prohibuit.(In pectus Atride).i.Agam. (Si Dea).s.Pallas.(Fuisset passa).i.permisisset.(At potius)Post ironicam cum cessionem petit Bris.apte ab Achille,ut ei uitã cõseruet quam ei dederat.(Tua munera)Quæ mihi dedisti, & est appositio.(Quod dederas)Ordo est.(Ego amica).s.tua. (Rogo).s.id quod tu uictor: euersa patria mea. (Dederas hosti).s. mihi quæ erã hostis tua.anteq̃ me caperes.(Perdere) h.d. si delectaris cæde alicuius multo iustius potes interficere Troianos hostes tuos: q̃ me nunc amicam tuam. Pergama. (Neptunia).i.Troiam,quam Nept.simul cũ Phœbo ædificauit. (Melius).i.iustius. (Perdere) Interficere.(Pete).i.accipe.(Cædis)Occisionis.(Ab hoste)Et non ab amica.(Modo) Tantummodo.(Impellere)Mouere.(Remige).i.nautis posuit aũt singularem pro populi.(Sine manes).s.in castris.(More dñi)Tanquam ego sim serua tua & tu dominus meus.

*anima

ASC. COMMINVERE)Penultima longa futurũ indicatiui uerbi passiui.i.mitigaberis. (Si omnes)Sic aptissima precationibus particula Virg. in Buc. Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos. Hor.in 1.carm.Sic te diua potens Cy.&c. (Tuis auspiciis).i.tua dexteritate & felicitate. Quia nihil sine auspicio factitabant prisci,nec quidquã cõtra auspiciis sententiam,

tentiam,

tentiam,quæ uero auſpicato fiebant proſpere ſuccedebant,ideo auſpicium accipitur pro fe .lici inchoatione,& auſpicari pro feliciter inchoare,ut diximus. (Vtque facis coges) Quia ſi nihil feceris mori tamen coget,quia auferretur ſpes,qui ſola uitam conſeruat. (Repetam fratres,& uirum) Quia apud inferos ſunt,inter quos ſe poſt mortem' putat locandã, ſicut uiuens eum uiuentibus conuerſata erat. (Si dea fuiſſet) Scr. Hom. Palladem affuiſſe cum Achil.in agra.irrueret eiusque manum continuiſſe,ſignificans,per hoc eum per prudentiã abſtinuiſſe à uece Imperatoris eſt enim dea ſapientiæ. (Quod dederas hoſti).i. Agam cui pepercisti,hoc eſt ueniam da mihi.ut illi.(Domini more uenire iube) Hæc uotorum ſumma eſt,quam ferè in fine ponit epiſtolarum.

IN IIII. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

CVm ob leges à Minoë impoſitas de uictis Athenienſibus, ut mitterent quotannis ſeptem corpora filiorum & filiarum ſuarum deuoranda à Minotauro tertio anno ſors obtigiſſet Theſeo, Aegei Athenienſium regis filio, ut mitteretur, ope Ariadnes Minois filiæ, quæ eius amore detinebatur, Minotaurum interemit, & Ariadnen, quam ob opem ſibi præſtitam ſe, uxorem accepturum promiſerat, ſimul cum Phædra eius ſorore naui impoſitas abduxit, ut in ſecunda epiſtola dictum eſt. uerum relicta Ariadne in Chio inſula, aut (ut alij uolunt) in Naxo ſolam Phædram ſecum duxit, & uxorem accepit, quæ poſtea abſente Theſeo in Hippol. priuigni ſui. quem Theſeus ex Hippol. ſorore Antiopes reginæ Amazonum ſuſceperat amorem exarſit. Itaque hac epiſtola ei amorem ſuum indicat, conatumq; multis rationibus eum ad libidinem ſuam deflectere, nitens perſuadere, nullum eſſe crimen in connubitu priuigni & nouerca, & oſtendens commoditatem maximam ex abſentia Theſei, quem nititur abducere in odium ipſi Hippol. poſtremo multis precibus Hippolytum in amorem ſuum adiurat.

PHAEDRA HIPPOLYTO.

EPISTOLA IIII.



Va, niſi tu dederis,caritura eſt ipſa,ſalutem
Mittit Amazonio Creſſa puella uiro.
Per lege quodcũq; eſt: quid epiſtola lecta nocebit?
Te quoq;,in hac aliquid,qđ iuuet,eſſe põt.
His arcana notis terra,pelagoq; feruntur:
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.
Ter tecum conata loqui:ter inutilis hæſit
Lingua:ter in primo deſtitit ore ſonus.

HVB. 

VELLA Creſſa mittit ſalutẽ uiro Amazonio) Qua ipſa eſt caritura, niſi tu dederis. (Puella) Phædra. (Creſſa) Cretenſis, eius nominatiuus eſt cres, cuius genitiuus eſt cretis. Vir. Cretesq;,Dryopesq; ruũt.(Amazonio).i.Hip. filio Amazonis poſſeſſiuum eſt,pro patronymico. Amazones autem mulieres fuerunt ex Scytarum gente quæ in Cappadociæ ora iuxta fluuium Thermodoõta poſt maritos amiſſos habitauere, & cum finitimis nubendi animi omiſiſſent,primo à finibus ſuis hoſtes ſubmouentes,deinde etiam bella inſerentes. auxere remp. ſine uiris,& poſt pacem armis quæſitam.ne gens intererit.concubitum finitimorum inierunt. Si qui mares neſcerentur,interficiebantur,Virgines in eundem ipſum nõ ocio,neque lanificio ,ſed armis, equis, & uenationibus exercebant.inuſtis infantium dexterioribus mammis, ne ſagittarum iactus impedirentur.unde Amazones dictæ ſunt ab actione priuatiua,& paxos,zos mammilla.cum autem Eriſteus rex,Hercules duodecim ſtipendia debebat, quæ ſi impoſſibile imperaſſet ut arma reginæ Amazonum ſumma uirtute mulieris ad ſe referret, Hercules nouem longis nauibus ea profectus comitante principium Græciæ iuuentute inopinan-

tes aggreſſus cũ Orethia regina foris bellum gereret eas ſuperauit dux Orethiæ, & Antiope ſorores quæ tunc Amazonum regna tractabat captæ ſunt. Menalippe ab Herculæ, Hip. à Theſeo quam in præmium retentam Iuſt.ſcr. ab eo in matrimonium aſſumptam, ex qua natus eſt Hipp. ut diximus. Ouid. tñ in hac epiſtola ex uerbis Phædræ oſtendit eã nõ uxorem fuiſſe cum dicit. Ac ne nupta quidem, thædaque accepta iugali. Cur niſi hæ caperes regna paterna nothus, & hæc ſatis de Amazoni. (Per lege) Quia ſcit eum contracturum frõtem inuitatum de re turpi, hortatur eum ad legendum totum epiſt. confidit enim rationibus ſuis poſſe perſuadere, quod cupit. (Quodcunque eſt). i. qualecunque, quaſi dicat etiam ſi ſit aliquid turpe, & quod tibi diſpliceat. (Quid nocebit,) Quaſi dicat nihil. (Arcana) Secreta) Inſpicit) Argumentum à maiori ad minus, ſi enim legimus epiſtolas hoſtium, quorum nomen, ne audire quidem uellemus, multo magis legendæ ſunt literę eorum, qui nos amant. (Notas). i. literas. (Ter conata) Quia poſſet dicere quare non dixiſti coram. dicit ſe pudore impeditam. (Inutilis (Quæ non præſtabat mihi officium ſuum. (Hæſit) Retenta eſt. (In primo ure,) Id eſt in ſummis labiis.

QVA niſi &c.) Ordo eſt. (Puella Creſſa). i. Cretenſis filia Minois Cretenſis regis. (Mittit uiro Amazonio). i. Amazonidis filio, uidelicet tibi ò Hipp. quod nomen illi, aut præſagio, futuri euentus aut poſtea ab euentu datum eſt. Nam ἵππος, dicitur equus, & equa & λύω, diſſoluo, unde ſcribendum eſt Hipp. ſalutem, qua ipſa. ſ. quæ eã mittit, caritura eſt, niſi tu dederis ſup eã. (His notis). i. characteribus ſcriptis. Monet ergo, ut perlegat, quia ueriſimile eſt caſtum iuuenem à patris uxore non perlecturum literas preſertim amatorias. A S C.

Qua licet, & ſequitur, pudor ẽ miſcẽdus amori.
Dicere quæ puduit, ſcribere iuſsit amor.
Quidquid amor iuſsit, non eſt cõtemnere tutũ:
Regnat: & in dominos ius habet ille deos.
Ille mihi primo dubitanti ſcribere, dixit,
Scribe: dabit uictas ferreus ille manus.
Adſit: &, ut noſtras auido fouet igne medullas,
Figat ſic animos in mea uota tuos.
Non ego nequitia ſocialia fœdera rumpam:
Fama (uelim quæras) crimine noſtra uacat.
* Venit amor grauius, quo ſerius: urimur intus:
Vrimur: & cæcum pectora uulnus habent.
Scilicet, ut teneros lædunt iuga prima iuuencos:
Frenaque uix patitur de grege captus equus:
Sic male, uixq; ſubit primos rude pectus amores
Sarcinaque hæc animo non ſedet apta meo.
Ars fit, ubi è teneris crimen condiſcitur annis.
Quæ uenit exacto tempore: peius amat.

QVa licet, (Quia occurrebat, quod amatores ſunt impudentes, dicit ipſa oportere etiam eſſe in amore aliquem pudorem. (Quæ) Pro quatenus. i. inquantum licet. (Et ſequitur) Conſequens eſt & utile. (Miſcẽdus) Iungendus. (Dicere). ſ. orã. (Scribere) Quia ut Cic. ad Luceium ſcrib. epiſt. minus erubeſcit. (Quidquid) Arguit neceſſitatem ſcribendi a potentia amoris, quem iuſſiſſe dicit. (Regnat) ecce uerbum ſummæ potentiæ. (Ius) Poteſtatem. (In dominos deos) etiam in Iouem inde Vir. dixit, Nate patris ſummi, qui tela tiphoëa temnis. & idem, Omnia uincit amor. (Ille). ſ. amor. (Dubitanti) Quia turbitudo negocii ſuſpiciendi dubium adducit. (Ille) Hipp. (Ferreus). i. etiã ſi eſſet Ferreus, & duriſſimus. (Dabit manus uictas) Tranſlatio ſumpta à uictis in prælio, qui manus uictoribus prębent ligandas, inde quos amor ſubiegit dicuntur ligati, ut captiui. Ouid. in 1. Amo. Ipſe ego præda recens factum modo uulnus habebo, &, Noua captiua uincula mente feram. Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis. Et pudor, & caſtris quidquid amoris obeſt, Omnia re metuent ad te ſua brachia tendent &c. Adſit, optantis eſt utinam mihi præſens ſit, & faueat. (Vt fouet) Vt calefacit. (Auido igne). ſ. amoris. (Sic) Adaptatio ſimilitudinis. (Figat) Vulnere. ſ. ſagittis ſuis. (In mea uota) Vt ſis paratus facere, quod ego uelim. (Non ego) Laudat ſe ab honeſtate H V B. * Vrit

ante

ante actæ uitæ, ut oſtendat ſe futuram fidelem, & firmam in amore Hip. (Non rumpa) Nō dirimam, & ſperabo. (Fœdera ſocialia) Coniunctionem, & ſocietatem noſtri amoris, quā mecum feceris. (Nequitia) Libidinem, ut ipſe in faſtis ad Silenum. Nequitia eſt, quæ te nō finit eſſe ſenem. Fama noſtra). i. nomen noſtrum. (Vacat) Caret. (Crimine) Quia nunquā cognita, aut dicta ſum impudica. (Venit) Oſtendit amorem ſuum adeo magnum, ut ei reſiſtere non ualeat. (Grauior). i. maior & uahementior. (Quo). i. quanto. (Serius). i. tardius ·ſ. euenit. (Intus) In pectore. (Cæcum uulnus) Occultum, & latens, ut pote in anima fixū Virg. & cæco carpitur igni. (Scilicet) Facit quandam ſimilitudinem, quàm oſtendit, quàm difficile ferat hunc amorem nouum & ſibi inſolitum. (Iuga prima). i. primū impoſita collo. (Lædunt) Grauant (Teneros) Iuuenes, & inaſſuetos iugo. (Captus de grege). i. nouus, nondum domitus. (Vix patitur fræna) Quia ea recuſa, & plerunque ſeſſorem excutit tergo. (Sic) Adaptatio ſimilitudinis. (Subit) Suſtinet actiue ponitur. (Primos). i. mihi inaſſuetos. (Sarcina). i. onus. (Non ſedet) Non locatur & ſtat. (Ars fit) Ars eſt, quæ dat certam uiam rationemq́; dicendi, uel faciendi aliquid, eſt igitur ſenſus, ſi quis uelit habere recte àliquā artem incipiat à teneris annis. (Fit). i. perficit Iuuen. hic fiunt homines. (Vbi). i. quando crimen. ſ. amandi. (Condiſcitur) Tota eſt una dictio compoſita. (Teneris annis) Quia poſtea creſcens fit in eo doctior, & aliquid quotidie addit Iuue. Nemo repetēte fuit turpiſſimus. (Quæ). ſ. mulier. (Venit) Ad amorem. (Exacto tempore) Præterito tempore ipſi amori conuenienti. (Peius). i. uehemētius, ut īfra Peius adulterio turpis adulter obeſt.

ASC. QVA licet, & ſequitur.) Ordo eſt. Pudor eſt miſcendus amori. (Qua). i. quatenus, uel quia uia. (Licet). i. licitum eſt. (Et ſequitur) i. conſequens, & conueniens eſt. (Adſit). i. auxilio, ſcilicet Cupido. (Tu noua ſeruatæ &c.) Callide appetendum docet laſciuia mulier, quod honeſta conſcientia cum primis refugiat. Primum. ſ. eſſe famæ læſorem, & pudicitiæ potitorem, nam cum uirginitatem iactare non poſſet, pudicitiam coniugalem eatenus ſeruatam iactat.

Tu noua ſeruatæ carpes libamina famæ:
  Et pariter noſtrum fiet uterque nocens.
Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis:
  Et tenui primam deligere ungue roſam.
Sed tameu ille prior, quo me ſine crimine geſsi:
  Candor ab inſolita labe notandus erat.
At bene ſucceſsit: digno quòd adurimur igne:
  Peius adulterio turpis adulter obeſt.
* Si mihi concedat Iuno fratremq́ue, uirumq́ue:
  Hippolytum uideor præpoſitura Ioui.
Iam quoq; (uix credes) ignotas mittor in artes:
  Eſt mihi per ſæuas impetus ire feras.
In nemus ire libet: preſsisq́ue in retia ceruis,
  Hortari celeres per iuga ſumma canes:

HVB. TV noua) Allicit eam commendatione ſuæ pudicitię. (Libamina) Guſtamenta. (Noua) Prima. i. tueris primus, qui me uitiaueris, & pudicitiā meā abſtuleris, nam à marito auffertur mulieri pudicitia, uel fama caſtitatis ſed ab alieno, dicit ergo ſe ſemper fuiſſe intactam hactenus ab omnibus præterquā à Theſeo marito & Hippo. fore primum, quam eius pudicitiam delibet. (Seruatæ) Cuſtoditæ. (Nocens pariter). i. uterq; pariter, & uno eodemq́ue tempore amittemus pudicitiā, quia adhuc fuiſti ignotus mulierib. & ego intacta aliis, præterquā marito meo. (Eſt aliquid) q. d. non contēnendū. (Carpere pomaria). i. prima locū poſuit pomorū pro ipſis pomis, & pomariū eſt repoſitorium pomorū, pomeriū uero locus, ubi ſunt arbores pomorū, ſed interdum confundūt poëtæ ſignificata. Ouid. in Met. Id metuens ualidis pomeria clauſerat Atlas Mœnibus. (Deligere) Colligere. (Primam) Quia gratia maior ſolet eſſe primis roſis, nā uī quodā modo ſibi felix qui pōt primam roſam decerpere, ira, & qui primum concubitū alicuius mulieris conſequitur. (Sic tñ) Eſt quaſi quædam Hyppophora ad ſeipſam, & eſt ſenſus illa ītegritas meæ pudicitiæ, qua ante floruit. (Erat notādus) Ab īſuetudine peccādi. i. debuerā

*Sed, alii, ſic.

diligenter

diligenter seruare,ut nõ peccarem,quemadmodũ nunquã ante peccaueram cum aliquo, & ad hoc respondet,quòd sequitur.(At bene successit) Ille can.s.castitatis.(Quo candore gessi,me).s.ante sine crimine, quia nunquam feci aliquid, quo possem esse infamis.(Erat notandus).i.considerandus,& seruandus.(Ab labe insolita) i.à delicto,& stupro insolito,hoc fuit,quod sibi ipsi ipsa obiecit.(At bene)Responsio est ad obiectioné, & hoc dicit licet seruanda esset castitas mea,inuiolatã tamẽ bene euenit quòd in ea uiolãda elegi uirũ dignum. (Peius) Magis. (Obest).i.nocet. (Turpis) Indignus uidetur enim excusanda mulier,quæ cũ uiro digno committat adulteriũ,unde Helena de matre sua Leda,quæ cum Ioue concubuit dicit illa bene errauit culpamque auctore redemit.(Ii mihi) Probat dignum esse amorem suum:quia si detur sibi optio Iouis,& Hippo.dicit se præposituram esse Hipp. Iouem. (Fratrem,& uirum).i. Iouem fratrem, & maritum suum, nam ambo Saturni,& opis filii fuerunt.(Præpositura)Potius electura.(Iam quoque) Secundum præcepta ipsius. Ouidii in Arte Am.quibus rebus delectantur quos amamus, eisdem debemus & nos delectari, iõ quia Hip.delectabantur uenatione,dicit Phædria uideri sibi sæpe exire in uenationem, & omnia agere,quæ ipse Hipp.agere solitus sit.(Vix credes) Parenthesis & est secunda persona pro tertia,id est uix credat aliquis. (Mittor) Non ab aliquo, sed meo proprio affectu. (Ignoras)Insuetas mihi.(Impetus)Magna uoluntas,(Persæuas feras) Quas tu insequeris per siluas.(Libet)Est uoluntas.(Pressis) Agitatis.Virg.Aut spumantis apri cursum clamore præmentem.(Hortari) Instigare mea uoce,ut faciunt uenatores.

DELIGERE, ungue).i.delectam carpere.Alludit ad florem pudicitiæ intactum, sicut Maro in rosa.Collige uirgo rosas dum flos nouus,& noua pubes Et memor esto æuũ sic properare tuum.(Digno igne).i.formosi.uidelicet iuuenis amore. (Peius adulterio) Sensus est.Obest quidem nobis pater Theseus, sed ipsa est adulter peius. i. magis: & cum maiori malo suo.(Turpis adulterio).i.propter adulterium quod commisit, & committere parat.Nam ipse,qui coniugem pulchram habebat,aliam rapere non debebat,cum Hip.cõiugem non haberet,nisi quam pater præripuerat.Obest ergo adulter,qui magis turpis est adulterio,& auctoritatem damnandi in uobis,quod in se admisit, non habet fratremque,uirumque Vnde ipse 1.Aen. Ast ego,quę diuum incedo regina, Iouisque,& soror,& coniux. (Ignotas mittor in artes)In uenationem: quia scit Hipp. oblectari. & ob id Dianæ carum esse.Vnde Hora.Neque enim Diana pudicum liberat Hipp. Id autem fingit se facere, quia conformitas studiorum multum facit ad amorem,& amicitiam etiam castam. ASC.

Iam mihi prima dea est arcu præsignis adunco
  Delia:iudicium subsequar ipsa tuum.
Aut tremulum excusso iaculum uibrare lacerto:
  Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe iuuat uersare leues in puluere currus,
  Torquentem frenis ora fugacis equi.
Nunc feror,ut Bacchi furiis * Eleleides actæ,
  Quæque sub Ideo tympana colle mouent.
Aut quas semideæ Dryades,Fauniq; bicornes
  Numine contactas attonuere suo.
Nanque mihi referunt,cum se furor ille remisit:
  Omnia:me tacitam conscius urit amor.
Forsitan hunc fato generis reddamus amorem:
  Et Venus ex tota gente tributa petit.

PRima) Præcipua maxima. (Delia)Diana in Delo insula. in qua nata dicitur. (Præsignis arcu quia eo telo utitur. (Iudicium tuum) Quia sicut iudicas hanc uenationis deam præcipuam: quam colas, ita & ego iudico, & quod tu sentis, idem sentio. (Aut tremulum) Repetendum est uerbum superius positum,libet. (Vibrare) Quassare mouere. (Excusso) Fortiter moto.(Graminea.) Pro graminosa.i.plena graminis. i. herbæ. in qua sæpe uenatoribus suaue est requiescere (Versare) Vertere,& arte regere.(In puluere)In campo puluereo Torquente.s. flectentem. (Fugacis) id est celeris.Iuuena.de equo cuius clara fuga ante alios, & primus in æquore pul. (Nunc feror) HVB. * Eleides

Dicit

Dicit interdum nimia ui amoris ſe fieri inſanam.& ſimilem ſacrificantib. Cybele.(Feror) Rapio impetu animi. Eleus,unum ex nominibus Bacchi;ut in Ouid.6.Metam. Nicteleus, Eleuſque parens inde. Eleides Bacchæ dicuntur. Actæ agitatę. concitatę.(Furis) Quia creditur immittere furias quod fingitur propter uim uini.(Quęque ſub Idęo) Mulieres dicit ſacrificantes Cybele,quę colitur in Phrygia.cui ſacrificantes tympana galli.nā galli ſacerdotes Cybeles ſunt.(Sub Ideo colle)Sub ida mōte Phrygię.(Aut quas) Dicit ſe ſæpe ſimilem eſſe earum,quæ nympharum,fauorumque ſpiritu uexantur ſunt enim quaſi furioſę inde lymphatę dicuntur,quaſi nymphatę à nymphis. Virg.& totam currit lymphata ꝑ urbē. (Dryades)Nymphę quercuum,nam δρῦς dryx quercum ſignificat. Et Semideę nondum in cœlo receptæ nam ſemidei dicuntur nōdum omnino digni deitate, qualia ſunt terrena numina,& ideo ſemi deos appellant,quaſi non plene deos. (Bicornes) Vt enim oſtēdit diuus Hierony.in uita Pauli primi heremitæ,effigiē habent caprarum,& cornua,inde alibi Cornigerumq; caput pinu pręcinctus acuta,fauus in immēſis,qua tumet Ida iugis. (Attonuere,)Id eſt attonitas reddidere. (Suo nomine) Quo eas mouent. (Nam mihi) Dicit ſe non ſentire illam inſaniam,ſed poſtquā furor eſt remiſſus dici ſibi,uel ab ancillis,uel ab aliis eā fuiſſe in hoc furore.(Referunt)Narrāt,omnia iſta,quæ mihi accidere dixi. (Ille furor) Eſt remiſſus,quo ita agitabat. (Remiſit ſe) Diminutus eſt. (Conſcius amor).i. cuius ego ſum conſcia.quia ille eſt cauſa omnium horum furorum.(Forſitan) Ne Hip. dicat hunc amorē omitti,& reiici à Phædra dicit eum eſſe fatalē, & ideo nō poteſt repelli. (Reddamus).i.reddere,hoc eſt attribuere poſſumus. (Fato generis) Fortunæ meæ gentis. (Et ex tota) Tangit fabulam,uenus enim indicante ſole deprehenſa in adulterio cum Marte à Vulcano marito ægre tulit iniuriam indicii.utq; ut ulciſceretur ſe immiſit.in omne genus ſolis,impatientia amoris,ita ut nulla fuerit de gente ſolis mulier,quæ caſtitatem ſeruare potuerit,ſicut nunc oſtendit Phædra.(Petit tributa)Quia propter iniuriam à ſole auo meo ſibi illatam uoluit tributa libidinis ſibi ſolui à tota gente,nō ſolum matris.quæ filia fuit ſolis, ſed etiam à gente patris, nullam enim uoluit eſſe immunem, eſt autem translatio ſumpta à ſubditis,qui ſuperioribus præſtant tributa.

ASC. IAM mihi prima dea eſt)Quia ſuus cuique,deus.Primus.i.ſummus eſt.Nūc feror, ut Bacchi,&c.)Docet ſe tanto amore ſubinde capi,ut ubi ſit,neſciat.Ordo eſt.Ego feror.i.agitor nunc,ut ſupple feruntur. (Eleides).i.Elelei. hoc Bacchi ſacerdotes. (Acte).i. impulſę, & agitatæ.(Furiis Bacchi).i.à Bacch.immiſſis dum eius ſacra peragunt. (Quęque).i.& ut ille.(Quæ mouent tympana).i.inſtrumenta illa ſonora ab extendendo τυμβανίζω.n. dicitur extendo dicta,quia pellem ouinam extēſam habent.(In colle deo).i. monte illo Phrygio,hoc eſt ſacerdos cybeleiæ,aut ut ſupple feruntur illæ.(Quas Dryades).i.arborum deæ. (Semideæ)Quia cum arboribus poſt longiſſimam ætatem interire dicuntur. (Et fauni).i. dii illi ſilueſtres.(Bicornes)Vt ęgipanes.(Attonuere).i.attonitas, & lymphaticas. hoc eſt furioſas fecerunt.(Suo numine).i. diuinitate ſua infuſa. Et ſi quæras quomodo id ſcias. cū furioſæ quid agant. neſcia, reſpondere. (Nam) Supple Comites, & ſatellites mei.(Referunt).i.narrant mihi omnia cum ille furor remiſit ſe. (Sed amor conſcius urit me tacitā) Id eſt celantem amorem,& non dicentem,quàm ſit cauſa furoris mei.(Forſitan hunc fato) Reiicit cupiam in fatum quod tamen ſacrilegum eſſe cenſet poëtarum antiquiſſimus dicēs in perſona deorum apud Aul.Gel.lib.6.cap.2.Hei mihi qui damnant mortales numina cęli.Eſſe aiunt enim per nos mala cum tamen ipſis uecordi pręter fatum ſint mente dolores. Quia ergo non ſatis.ſed nobis imputanda ſunt peccata,adiectum eſt forſitan quod uero generi ſuo fatale putat,exemplis comprobare poſſit, & facit inductione quadam, & ratione, quam Seru.affert ad 6.Aeneid.dicens indicato à Sole adulterio Martis, & Veneris,Vulcanus minutiſſimis carenis cinxit lectulum,quibus Venus,& Martis ignorās implicati ſunt, & cum ingenti turpitudine reſoluti ſub teſtimonio cunctorum deorum.

HVB. IVppiter (Europam, Agenoris Tyri regis filia formoſiſſima cum in littore ma-

Iuppiter Europam (prima eſt ea gentis origo)
Dilexit,tauro diſsimulante deum.

Paſyphaē mater decepto ſubdita tauro
Enixa eſt utero crimen * onuſq́ue ſuo.
Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus
Curua meæ fugit tecta ſororis ope.
En ego nunc, ne forte parum Minoia credar:
In ſocias leges ultima gentis eo.
Hoc quoq; fatale eſt: placuit domus una duabus:
Me tua forma capit: capta parente ſoror.
Theſides, Theſeuſq́ue duas rapuere ſorores.
Ponite de noſtra bina trophæa domo.
Tempore, quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis:
Gnoſia me uellem detinuiſſes humus.
Tūc mihi pcipue; necnon tamen ante placebas;
Acer in extremis oſsibus hæſit amor.
Candida ueſtis erat: præcincti flore capilli:
Flaua uerecundus tinxerat ora rubor.
Quemq́; uocant aliæ uultum, rigidūq́;, trucēq́;,
Pro rigido; Phædra iudice; fortis erat.
Sint procul è nobis iuuenes, ut fœmina, compti:

ris, ubi armenta paſcebātur, ſpaciaretur, Iuppiter eius amore captus, in taurum candidiſſimum, & placidiſſimum ſe conuertit, cuius illa pulchritudinem admirata acceſſit proprius, quem cū uidere placidiſſimum, auſa eſt etiam eius tergum inſcendere, at ille paulatim littus progreſſus, tandem mare intrauit, & eā in Cretam detulit, ibiq́ue cum ea concubuit, ex qua genuit Mino eſt, re autē uera Iupiter rex Cretæ captus amore Europe, cū eam aliter habere non poſſet, naui, quæ ſignum, auri habebat, eā abduxit, inde à poëtis datus eſt locus fabule, quod à tauro ſit abducta. (Prima) Quia ex ea natus eſt Minos pater meus. (Origo) Principium gentis familiæ noſtræ. (Diſſimulante) Occultante, quia in forma tauri Iupiter latebat. (Paſyphaë) Non per æ, diphthongum, ſed per aë diuiſas ſyllabas pronunciandum eſt. Fuit aūt Paſyphaë filia Solis, q Tauri turpi amore capta cum eo concubuit, ex quo genuit Minotaurum, ut plenius in ſecunda epiſtola ſuper eum locum. Et tauri mixtaq́ue ferma uiti. (Decepto) Fraudato, quia facta lignea uacca, ſuppoſita eſt pellis uaccę, quam magis taurus amabat, & illa incluſa in illa uacca lignea, quam Dędalus fabricauerat Tauri coitum excepit. (Enixa eſt). i. peperit. (Crimē, onuſq́ue). i. onus criminoſum, & infame, endyadis eſt (Perfidus Aegides) Aliud exemplū ſuæ ſororis Ariadnes, quæ Theſei amore capta ei modum dedit, quo Minotaurum interficeret, & ex labyrintho poſſet exire dato ei filio, quod ſecutus ueniret ad egreſſum labyrinthi, narrata eſt alibi ſuperius hæc fabula. (Aegides) Theſeus filius Aegei. (Perfidus) Quia non ſeruauit fidem ſorori meę datā. (Fugit) Euitauit. (Tecta curua) Periphraſis eſt labyrinthi. erat. n. multis circuitibus factus. Vir. Ille dolos tecti ambageſq́ue reſoluit. Cæca regens filo ueſtigia. Ope ſororis, auxilio, quod ei, Dædalus īdicauerat, qui ipſum labyrintho fabricauerat. (En ego) Iungit ſe ſupradictis, quātum amorem fatalem eſſe dixit. (En) Ecce. (Vltima gentis) Quia omnes quam me anteceſſerunr ita fecerunt, quia Minos & Paſyphaë nō habebant aliam filiam minorem natu, Phędra. (Socias) Mihi, & illis cōmunes. (Leges) conditiones. (Ne forte parum credar Minoia). i. ne ſi aliter eſſem, non putaret eſſe de gente Minois, quæ fatalliter amori ſtbiecta eſt. Minoia uel filia Minois, uel de eius gente. (Hoc). ſ. qđ ſequit̃. (Quoque (Sicut amor fuit fatalis. (Placuit) Ecce quod eſt fatale. Quia. (Vna domus). ſ. tua (Duabus) Ariadnæ ſorori meæ, & mihi. (Soror) Ariadnę. (Capta) Amore uicta. (Parente) Tuo. (Theſides) Hippol. (Ponite) Erigite, & oſtentate. (Bina trophęa) Bina monumenta uictoriæ. (De domo noſtra) Ex qua duas rapuiſtis. translatio ſumpta à militia nam trophæa dicuntur bellicæ uictoriæ monimenta à uerſis hoſtibus dicta, nam trepo, ſignificat uerto noſtri addunt aſpira. (Tempore) Commemorat tempus qno prlmum eſt capta amore Hipp. dicit enim fuiſſe cum myſteria Cereris Eleuſinæ celebrarētur, eſt aūt Eleuſin, ſiue Eleuſis, nam utrunque dicitur, urbs Africæ. ita dicta ab euentu Cereris, naui Eleuſis græce additū ſignificat. In ea. ut ſcr. Str. fuit Eleuſinæ Cereris templum, & phanum myſticum, quod Iocinus apparuit. Diom. etiam ſcri. Cererem cum ampliſſimis ſacrificiis cultam fuiſſet, tum

* onuſq́ue ſuum. Sic & infra in Canace. Et poſitum eſt uteri crimen onuſq́; mei.

Eleuſinæ myſteriis,quæ antiquitate, caſtimoniaq́; apud oẽs homines ſunt uulgata in his igitur ſacris dicit Phędra ſe uidiſſe Hippol.& eius amore exarſiſſe,quo tẽpore optat ſe fuiſſe in Creta,quia nõ incidiſſet in tantas curas amoris Eleuſis.(Cerealis) Cereri ſacrata uel in qua.Ceres colitur.(Inita)Intrata adita.(Vellem) Cupere.(Tellus gnoſia).i.terra cretẽſis,in quàm ſum nata.(Detinuiſſet me)Habuiſſet me,quia non incidiſſem in tantas curas, tunc cum uidi te apud eleuſina.(Necnon).i.etiam añte alio tempore.(Acer)Vehemens & inexpugnabilis.(Hæſit)Affixus eſt.(Extremis oſſibus).i. in medullis, quæ ſunt intra oſſa, extrema aũt non exteriora ſed interiora hoc loco intelligamus.i. ultima, extrema aũt oſſa ſic dicimus,ſicut primum,& ultimum.primam enim terram dicimus uicinam littori,ſi ex mari ueniamus,ut Virg.1.Aen.Primamq́ue uetãt conſiſtere terra,at ſi in mare eamus erit ultima ſic intellige debet hic locus,ut dicamus extrema oſſa magis propinqua medullis,in quibus maxime dicitur eſſe amoris calor, Virg.eſt mollis flamma medullas ordo eſt,amor acer tunc præcipue hæſit in extremis oſſibus,&c.reliqua dicta ſunt per parentheſim.(Candida)Oſtendit ea,quæ excitauerunt tantam flammam amoris.ſ.cultum Hippol. & naturalem quendam decorem.(Candida) Aut quia Hippol. in ſignum integritatis, & pudicitiæ delectaretur tali ueſte,aut quia mos ſacrarũ fortaſſe talem exigeret habitum.(Præcincti) Ornati.(Flore)Floreis coronis.(Tinxerat)Pinxerat.(Flaua) Alba cũ cubore,flauus enim color,ut ſcr.Aul.Gel.ex albo uiridi, & ruffo conſtat. unde appellamus flauas ſegetes cum ſunt iam maturitati propinque,tunc enim habent talem colorem.(Verecundus) Iuuenilis,& qualis ex uerecundia prouenire ſolet.(Quenque uocat) Quia Phædra non poterat negare in Hippol.eſſe quandam uultus ſeueritatem.aſcribit eam uirtuti, & dicit non appellandum rigidum,aut truculentum uultum Hippo.ut aliæ mulieres dicunt, ſed ſuo iudicio eſſe fortem.i.uirilem,nam fortitudo proprie eſt uirorum. (Pro rigido).i.loco rigidi. (Sint procul) Non placent,inquit,nobis iſti muliebres ornatus in uiris.(Cõpti) Ornati.

ASCENSIVS.

ASC. HOC)Dolens Venus omnem Solis ſtirpem infandis amoribus proſecuta eſt. Vnde Paſyphaë Soli filia,Minois cretenſis regis uxor,Tauri more arſit,& arte Dædali incluſa in ligneam uaccam ſeptam corio cum eo concubuit, hinc natus Minotaurus,qui labyrintho ĩcluſus carnibus humenis uexebatur.Hæc ille.Et reliqua ad principium ſexti ad illud Dędalus,ut fama eſt &c.Phædria autem Paſiphaës filia altius orditur generis ſui amores, ut in textu uidere eſt. qui ſatis pater ſuperioribus commentariis.Sic tamen trunculus literariæ militiæ quòd Paſyphaë,& Phaëton,non Paſyphæ,nec Phæton legendum eſt.)Perfidus Aegides)Theſeus pater Hippol.quem perfidum dicit,quia ſe deceptam, & ſororem,aſſerit quinetiã ipſum Hip.& matrem eius,ut aſtruat illi fidem ſeruari non oportere.(Me tua forma capit)Non dicit ſe captam amore patris, ut inuitam in eius matrimonium ueniſſe ſignificet.(Theſides)Theſei filius Hippol.Sed quomodo,rapuit quia aſpernatur eam Nymphe formoſitate,qua capta eſt,& coacta ſequi inuitum.(Inita Eleuſis).i.initiata ſunt feſta Cereris Eleuſinæ.i.cum Athenis propter feſta eleuſina eſſemus.(Quemq́ue uocant aliæ,&c.)Ordo eſt.Et ſup.is uultus,quem uultum alii uocant.(Et rigidum & trucem).i. culentum.(Erit fortia).i.prę ſe ferre fortitudinem & robur animi.(Phædra iudice).i.iudicante,aut iudicio Phædræ hoc eſt iudicio meo, nam ipſa de ſe, quaſi de alia loquitur, hoc eſt licet ultus tuus uideatur alis forte trux,& immittis,quia non colitur,tamen eſt meo iudicio placidus,& index fortis animi. Notandum autem qnia iudex, & index communis ſnnt generis.unde hic Phędra iudice dicitur.

> Fine coli modico forma uirilis amat.
> Te tuus iſte rigor, poſitiq́ue ſine arte capilli,
> Et leuis egregio puluis in ore decet.
> Siue ferocis equi luctantia colla * recuruas:
> Exiguo flexos miror in orbe pedes.

HVB. COli) Ornari.(Modico fine) Apparatu, & menſura moderata,& non nimia, ut mulieres,de quibus Terentius dum moliuntur,dum comuntur annus eſt.Ideo in primo de arte,dixit. Forma uiros neglecta de-

* retorues.

Seu lentum ualido torques haſtile lacerto:
　Ora ferox in ſe uerſa lacertus habet.
Siue tenes lato uenabula cornea ferro:
　Denique noſtra iuuat lumina quidquid agis.
Tu modo duritiem ſiluis depone iugoſsis:
　Non ſum materia digna perire tua.
Quid iuuat incinctæ ſtudia exercere Dianæ?
　Et Veneri numeros eripuiſſe ſuos?
Quod caret alterna requie, durabile non eſt:
　Hæc reparat uires:feſſaque membra leuat.
Arcus,& arma tuæ tibi ſint imitanda Dianæ:
　Si nunquam ceſſes tendere,mollis erit.
Clarus erat Cephalus ſiluis: multæq; per herbas
　Conciderant illo percutiente feræ.
Nec tamen Auroræ male ſe præbebat amandū:
　Ibat ad hunc ſapiens à ſene Diua uiro.
Sæpe ſub ilicibus Venerem,Cinyraque creatum
　Suſtinuit poſitos quælibet herba duos.
Arſit & Oenides in Mœnalia Atalanta:
　Illa feræ ſpolium pignus amoris habet.
Nos quoq; iam primū turba numeremur in iſta,
　Si Venerem tollas:ruſtica ſilua tua eſt.
Ipſa comes ueniam:nec me * ſalebroſa mouebūt

cet, & idem paulo poſt Hippo. Phędra nec erat bene comprus amauit (Te tuus) Dicit illum rigorem, quem aliæ mulieres damnant in Hippol.dicere.(Rigor) Seueritas in aſpectu, ſine aliqua laſciuia.(Poſiti) Relicti. (Sine arte) Te quia ars etiam eſt in ordinandis capillis. (Leuis) Tenuis puluis qui ſignificat exercitium. (In ore)In facie.(Decet).i.te. (Siue) Diſcurrit Phędra per uarios actus, & exercitia Hippol.quibus omnibus dicit ſe delectari & primum arte equitandi. (Recuruas) Reflectis. (Luctantia) Dura reſiſtentia fræno. (Ferocis) Fortis, (Miror)Laudo. & cum admiratione aſpicio. (Pedes(.ſ. equi. (Flexos)Reuolutos.(In exiguo orbe) In exiguo ſpatio terræ & circulo, nam hoc magnæ eſt artis, equitandi. (Seu lentum) Aliud exercitium iuuenile in iaculando.(Torques)Iacis(Lētum)Molle, non aſperum tactu, liber quidam uetuſtus habet uaſtum, pro lentum. (Lacertus).i. brachium tuum. (Ora).ſ.mea, quia aſpicio quanta arte iaculeris.hæc enim iuuenum exercitia quæ ſnnt fortitudinis inditia,ſolent mulieres maxime capere,unda & Ouid.in 8.Met.dicit Scyllam filiam Niſi regis Megarenſium non pulchritudine Minois, ſed etiam talibus uirtutibus eſſe captam. (Venabula) Tela apta uenationi. (Lato ferro) Pro lati ferri, qualia ſolent eſſe uenatoria tela.(Cornea)Non à cornu animalis,ſed à cornu arbore dura,ex qua fiunt uenabula optima eſt deductum deriuatiuum.(Lumina)Oculos.(Tu modo,) Quaſi dicat hoc ſolum uelim,ut non ſis durus.(Siluis iugoſsis,)Id eſt in ſiluis montium, ubi ſoles plurimum uerſari.(Tua materia)Tua cauſa.(Quid iuuat,)Quaſi dicat nihil. (Studia)Exercitia.(Dianæ).i. uenationis cuius ut ſupra diximus dea eſt Diana. (Eripuiſſe) Imminuiſſe. (Suos) Sibi debitos.(Numeros)Cradus amoris qui dicuntur eſſe quinque,uiſus, & auditus,contactus,& oſcula,factum.(Sed numeros)Id eſt affectus. Quod caret(Sententia eſt.)Alterna) Variata, & uiciſſim poſt labores ſumpta. (Durabile non eſt)Non diu durat. (Hæc) Requies. (Reparat) Reficit. (Feſſa) Fatigata, & debilita. Nouas in priſtinum ſtatum reducit. (Arcus) Proponit ei exemplum notum. (Et arma)φεξήγησις ephexegeſis,id eſt declaratio.nam & ponitur pro.id eſt arcus enim ſunt arma Dianæ.(Mollis erit,) Id eſt arcus,& per conſequens inutilis.(Si nunquam ceſſes tendere,) Id eſt ſi ſemper fuerit tentus,& in uſu & nunquam ceſſet. (Clarus erat) Adducit Phędra exemplum quorundam, qui in ſimili uitæ ſtudio uerſari ſunt, quo Hippolytus quos dicit ab Hippolyto eſſe imitandos in amore, ſicut in uenatione. (Cephalus) Athenienſis fuit filius,ut quidam dicunt Aeoli, ſed ut Strabo ſcribit libro decimo Deionei filius fuit, à quo Dulychium inſula Cephalenia dicta eſt, is uxorem habuit Procrin, Erichthei Athenienſium regis filiam à qua ardenter amatus eſt, nec minus eam mutuo amo-

* Latebroſa.

re proſecutus uerum cum ſtudioſus uenationis in Hymeto Atticæ regionis mōte ab auro
ra.& ui ſus,& amatus fuiſſet,atque in amorem mutuum ab ea inuitatus, tādem ei aſſenſus
creditur,uerum cum eum ſuſpectum haberet uxor de alieno amore exiuit,ut cum deprehē
deret,& ille fatigatus uenationes peteret auram.à qua refrigeraretur,credidit Procris eſſe
nympham aliquam,quam ille amaret cumque in fructibus occultata ſe mouiſſet, credidit
Cephalus eſſe feram,& immiſſo iaculo ineuitabili eam interemit,hæc fabula plenius ſcri-
bitur ab Ouid.lib.7.Met.in fine.(Clarus)Notus ſtudio uenationis.(Conciderant)Inter-
fectæ fuerant.(Illo)Cephalo.(Tamen).ſ.quamuis daret operam ueuationi.(Male)Inuitū,
imo libenter adhærebat eius amori.(Diua) Aurora.(Sapiens)Quæ,prouideret ſibi amato
rem pulchrum,& iuuenem.(A uiro ſene).i.à Tithone marito ſuo ſene.Virg.Tithoni cro-
ceum liquens,aurora cubile,fuit autem Tithonus Laomedontis filius,& Priami frater,qui
ex aurora filium ſuſcepit Memnona quē ſupra in prima epiſtola in auxilium Troianorū
ueniſſe diximus,is Tithonus longiſſimam uitā aſſecutus,poſtremo in Cicadam uerſus tra
ditur.(Sæpe)Aliud exemplum hominis etiam ſoliti uerſari in ſiluis, quem nihilominus
amori indulſiſſe dicit.(Cynaraque creatum) Donin dicit filium Cinyræ, & Myrrhæ eius
filiæ in ceſto concubitu genitum,ut ſcribit Ouid.lib.5.Met. Nā myrrha inſano amore pa-
tris accenſa,cū ob deſperationē eius potiundi de ſuſpendio ſuo cogitaret,à nutrice,q̄ eius
gementis uocē audierat intellecta cauſa in ſpem adducta potiundi patris deſtitit à propoſi
to mortis,& tandem opera nutricis noctu ſub prætextu alterius puellæ deducta ad patrem
cum eo concubuit,& Adonem concepit,uerū poſt aliquot noctes cū pater uoluiſſet uidere,
quæ nam puella eſſet illato in cubiculum lumine, cognouit eſſe filiam ſuam,quā cū ſtricto
enſe inſequeretur illa in ſiluas profugit. ubi deorum miſeratione in arborem ſui nominis
conuerſa eſt,quæ etiam lacrymans guttas emittit ex quibus gummi Myrrhæ eſt, Adonis
autem puer ſub cortice Creuerat,&tandem tempore maturo Lucina dea partus fauente in
lucē edilas eſt,qui mox factus adulescens formoſiſſimus à Venere non minus amatus eſt,
quā ipſa Myrrha patrē amauerat, hunc monuerat Venus ut uitaret feras à natura arma-
tas,quales ſunt Leones:Vrſi,& apri,uerū cum ille cupiditate laudis oblitus monitorū Ve-
neris aprum inſequeretur,ab eo interfectus eſt quem Venus multū fleuit, & eius ſanguine
in florē purpurē conuertit.(Poſitos).i.iacētes.(Ilicibus)Sunt enim ilices arbores magnæ,
& glandiferæ.(Oenides).i. Meleager. (Arſit) Amore incenſus eſt.(Atalanta Mœnalia).i.
Arcadica à Mœnalo monte Arcadiæ.Narrata eſt hæc fabula ſupra in epiſt. Briſeidis ſuper
eum locum.Coniugis Oenides uerſus in arma prece eſt.(Illa) Atalanta. (Spoliū) Caput,
aut ut alii uolunt pellem.(Feræ)Apri.(Pignus amoris)Quo comprobatus eſt amor Melea
gri erga eam.(Nos)Ego & tu.(In iſta turba)In numero iſtorum qui licet uenatione dele-
ctati ſint,tamen ab amore non abhorruerunt.(Si tollas uenerem).i.amorem.(Silua).i.ue-
natio tua.(Eſt ruſtica)Nihil habet pulchri,aut iucundi.(Ipſa)Ego. (Late)Cauernoſa,ubi
ſæpe latent feræ.(Mouebunt) Terrebunt.

ASCENSIVS.

ASC. FINE coli modico,hoc in ſententiā tranſit.(Tu modo duritiem) Docuit mulier calli
da ſibi placere,iuuenem,nunc ſuadet docere,ut & ipſa ei placeat,cum non ſit pulchrū iuue
ni ſic uenationi incumbere,ut amicam aſpernetur,idque docet exemplo aliorum uenato-
rum. (Si nunquam ceſſes tendere)Vnde eſt prouerbium.Redditur inualidus nimium ſi tē
ditur arcus.(Sapiens ibat)Id petulanter dictum, quaſi ſi quæ ſaperet quantum ad Venerē
præſtet ſeni iuuenis.(Creatum Cynariaq:)Adonit dicit.Ipſa comes ueniam(Purgatio eſt
abiecti taciti.Nam dicere poſſet Hip.eſto amicam diligam non tamen continuo nouercā.
Ad quod illa ſe præferendam cæteris argumentatur,cū ſit parata obſequi & poſſit,quia uir
abeſt,qui fidem ſeruare non debeat,quam neque ipſæ ſeruauit, neque ut ſibi ſeruetur,me-
ruit,ut exemplis probat.

HVB. OBliquo dente)Aut quid ue
re ſit incorruus dens apri,
aut quod obliquū ferat ictum.

Saxa,nec obliquo dente timendus aper.
Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmō:

Et

Et tenuis tellus audit utrunque mare.
Hic tecum Troëzena colam, Pytheia regna:
 Iam nunc & patria carior illa mea est.
Tempore abest: aberitq; diu Neptunius Heros:
 Illum Pyrithoi detinet ora sui.
Præposuit Theseus (nisi uos manifesta negamus)
 Pyrithoum Phædræ, Pyrithoumque tibi:
Nec sola hæc ad nos iniuria uenit ab illo:
 In magnis læsi rebus uterque sumus.
Ossa mei fratris claua perfracta trinodi
 Sparsit humi: soror est præda relicta feris.
Prima securigeras inter uirtute puellas,
 Te peperit, nati digna fauore parens.
Si quæras, ubi sit: Theseus latus ense peregit:
 Nec mater tanto pignore tuta fuit.
At nec nupta quidem, tædaque accepta iugali
 Cur: nisi ne caperes regna paterna nothus?
Addidit & fratres ex me tibi: quos tamen omnes
 Non ego tollendi causa, sed ille fuit.

(Aequora) Dicit Phædra se nõ derelicturam Hipp. & futurum cũ eo in Troëzene urbe, quam ille libenter habitabat dicit autẽ Troëzena esse in Isthmo Achaiæ, est autem Isthmos terra angusta inter duo maria duo autẽ Isthmi celebres memorantur unus Achaicus in quo fuit Corinthus, & alter Thracius, in eo Isthmo est Troëzen urbs in sinu Argiæ, qui Saronicus dicitur, in ea regnauit Pytheus pater Ethræ, auus maternus Thęi. Ouid. lib. 15. Met. est prope Pytheam tumulus Troëzeam &c. cuius loci habitatione delectatus est Hipp. dicit igitur Phędra se habituram cum eo Troëzena, & eam habitationem, quia placet Hippo. placere etiam sibi plus prima sua. (Illa) Troëzen. (Carior) Quia tu ea delectaris. (Tempore abest) Arguit à commoditate, quod Theseus eius pater absit. (Tempore) In opportune. (Diu) Per longum tempus. (Neptunius heros) Theseus Neptuui nepos, nam Aegeus filius Neptuni. (Ora). i. regio. (Sui) Amici, quem carum habet. (Præposuit) Adducit Theseum in odium Hippo. dicens eum pluris facere Pyrithoum, quam eum, & quam ipsam Phædram. (Manifesta) Quæ apparent, & non indigẽt probatione. (Sola) Pergita amplificare odiũ Thesei. (Hæc solò iniuria). s. quod plus amet Pyrithoum, quam nos. (Vterque) Ego, & tu. (In magnis læsi rebus). i. in rebus maioris momenti. (Ossa) Ecce cõmemorat prius iniurias in se à Theseo illatas. (Mei frâtris) Minotauri, (Claua) Telum fuit, quo Theseus ad imitationem Herc. est usus. (Sparsit) Dilacerauit. (Soror) Ariadne. (Præda) Rapina, ur in eius epist. ad Theseum uidebimus. (Prima) Nunc narrat iniurias illatas Hippo. & ut iniuria uideatur maior proponit laudem eius matris, in quã accepit iniuriam. (Prima) Maxima eccellentissima. (Inter puellas securi genas) Inter Amazonas, quæ securi ero telo utebantur. (Parens) Hippoly. mater tua. (Digna fauore nati) Digna talẽ filium peperisse. (Vbi sit) Mater tua. (Peregit). i. transegit, & transfixit. (Nec fuit tuta tanto pignore). i. nec propter te pater tuus habuit respectum eã interficiendi. (Tanto pignore). i. tanto filio plerunq; enim mariti cauent inferre iniuriã uxorib. non propter ipsas, sed propter filios, quem quidem respectum dicit nõ habitum fuisse à Theseo. (At nec nupta quidem) Alia iniuria, quod non acceperit uxorem legitimam Hipp. matrẽ Hipp. idque factum fuisse dicit à Theseo in odium Hipp. ut non legitime natus non posset succedere paternæ hereditati. (Cur) Si non est accepta) Tæda iugalis). i. legitimo matrimonio, nam in nuptiis tædas deferebant accensas. (Nothus) Non legitime natus, & scribetur per th, nam sine aspiratione, uentum significat. (Addidit fratres tibi ex me). i. genuit ẽt alios filios ex me, qui sunt fratres tibi. nam si amasset te non curasset ex alia muliere suscipere, ne te offenderet ex Phædra enim natus est Demophoon, ut supra diximus, & Antilochus. (Quos omnes) Filios patres tui, & tibi fratres. (Ego non fui causa tollendi) Excusat se, quia posset Hipp. dicere quere ergo aluisti, si sciebas hoc esse mihi nociturum. dicit se non fuisse, sed Theseum, qui aluerit. (Tollendi) Alendi, educandi. Terent. Quidquid peperisset, decreuerunt tollere. & Iuuen. Tollere dulcem cogitat heredem.

HVB. O Vtinam) Optat se fuisse mortuam in partu, si filii, quos ex Theseo genuit, sunt nociturі Hippol. (Viscera mea forent rupta) Fracta. (Nixu) Partu, nam niti parere significat, in quo significato frequentius utimur composito eniti, sunt : qui uolunt intelligere. (Viscera).i. filii, sed prior sensus uidetur ostendere maiorem amoris affectum. (I nunc) Responsio. (Meriti) Ironice, q.d. imo. non meriti. (Reuerere) id est honorata, & caue, ne uioles, quia Hippol. posset dicere magnum esse nefas priuignum cũ nouerca coire, ideo magna auctoritate refellit hanc obiectionem cum dicit hoc a Ioue permitti. (Nomina uana) Priuigni, & nouercæ, qui licet nomine ipso uideantur habere affinitatem, tamen non habent, ideo dixit uana, nullius effectus. (Nec terruerint).i. nec terreant. (Coitura) Commiscenda. (Priuigno) Nam priuignus dicitur, quasi prius genitus, hoc est antequam nouerca adducta sit, nouercam autem quasi nouam arcam, hoc est nouã uxorem dici, quidam uolunt, sunt autem nomina ad aliquid dicta, sicut pater & filius uitricus etiam priuigno opponitur, dicitur enim cui mater alicuius nupsit post prioris mariti mortem. (Ista) Hoc pronomen ad contemptum refertur. (Vetus) Et ideo iam digne deponi. (Moritura) Quæ deficiet. (Pietas) Religio, & reuerentia concubitus inter affines (Aeuo futuro) Sæculo uenturo. (Fuit).i. seruata est. (Saturno) Qui regnauit in Italia primi temporis cum Iano. (Tenente regna rustica).i. regna, quæ nullum habeant cultum, uituperat autem illa tempora, ut etiam uituperet mores, qui in eis seruabantur, & cauendum ne dicatur fuit rustica. (Esse pium).i. licere, & recte fieri. (Quodcunque iuuaret).i. quidquid liberet. (Statuit) Iudicauit, uel legibus sanciuit. (Marita).i. nupta. (Fratre) Vel cum fratre, ut præpositio subaudiatur, uel fratre pro fratri, ut sit casus pro casu, ut apud Iuuen. Quæ molle calenum porrectura uiro miscet sitiente rubetam, pro sitienti, licet hoc possit stare ablatiuus absolute positus. (Illa) Laudat uinculum necessitudinis amoris, & coitus, quod quidem dicit esse firmissimum. (Cathena) Vinculo. (Iunctura) Coniunctio generis, cõsanguinitatis, uel affinitatis, & est sensus illa coniunctio affinitatis, uel consanguinitatis, quæ Veneris nodis est ligata, est ualde firma, & inseparabilis. (Cui) Iuncturæ generis. (Nodos).i. nexus. (Suos) Quibus ipsa solet omnia animalia inter se ligare.

* Hęc duo carmina multis codicibus nõ legunt.

O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum.
　In medio nixu uiscera rupta forent.
I nunc: & meriti lectum reuerere parentis:
　Quem fugit: & factis abdicat ille suis.
Nec quia priuigno uidear editura nouerca:
　Tenuerint animos nomina uana tuos.
Ista uetus pietas, æuo moritura futuro,
　Rustica Saturno regna tenente, fuit.
*Saturno periit: perierunt & sua iura:
　* Sub Ioue nunc mundus: iussa sequare Iouis.
Iupiter esse pium statuit, quodcunque iuuaret.
　Et fas omne facit fratre marita soror.
Illa coit firma generis iunctura catena:
　Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.

ASC. I NVNC, & meriti) Aperta ironia, quæ sub forma præcipiendi uim negandi habet, quasi dicat non esse uerendum adire lectum talis patris, præcipue cum ipse pater fugiat, & abdicet eum. At si Hippo. dicat solis se nominibus posse terreri, nã satis est, quia pater est, cui contumeliam faciat, & nouerca per quam. Ad quod callida mulier docet consanguinitatis, & affinitatis nomina nihil fecisse apud Priscos. Nam apud eos sororem duxit frater ut Iunonem Iupiter, licet simplex rusticitas tempore Saturni pium putauit abstineri à lecto alieno, quod Iuuen. expresse docet in principio sextæ Satyræ dicens. Crede pudicitiam Saturno rege moratam. In terris &c. Et paulo post. Viderunt primos argenta sæcula mœchos. Auctoritate igitur Iouis utuntur ferè perditi mortales cum is, & primus, & summus adulter prędicetur. Sed auctore Plin. lib. 2. Dicere inter duos connubia, aut adulteria proxime ad dementiam accedit. (Suos nodos).i. nexus coniugales, nam cæsto ligat. Venus legitime nubentes, uerum uult maiorem esse amorem uim inter consanguinitate, aut affinitate coniunctos.

Nec labor eſt cælare;licet; pete munus ab illa,
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis:laudabimur ambo:
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reſeranda mariti
Ianua:nec cuſtos decipiendus erit.
Vt tenuit domus una duos:domus una tenebit:
Oſcula aperta dabas:oſcula aperta dabis.
Tutus eris mecum:laudemque merebere culpa:
Tu licet in lecto conſpiciare meo:
Tolle moras tantum:properata q; fœdera iunge:
Qui mihi nunc ſæuit, ac tibi parcat amor.
Non ego dedignor ſupplex,humiliſque precari.
Heu,ubi nunc faſtus,altaque uerba iacent?
Et pugnare diu,nec me ſummittere culpæ
Certa fui certi ſi quid haberet amor.
Victa precor:genibus tuis regalia tendo
Brachia:Quid peccat:non uidet nullus amãs.

HVB. NEc labor eſt cælare)Arguit nunc ab opportunitate cælandi,quam oſtendit eſſe facile. (Nec labor) Ordo eſt,nec laborem.(Cælare)id eſt occultare.ſ. concubitum noſtrum.(Pete munus) ſcilicet cælandi. (Ab illa) ſcilicet Venere. (Licet)id eſt licitum tibi, ut petas, interponitur autem quaſi per parentheſim.(Culpa) Peccatum noſtrũ. (Tegi)Occultari.(Nomine cognato)id eſt ſub nomine cognatione.(Viderit) id eſt ſi uiderit. (Laudabimur) Quia dicet nos hæc facere, ex caritate, & pietate,quæ debet eſſe inter filium,& matrem.& nõ credet eſſe ex turpi affectu. (Fida)Bona & non inſidioſa quales, ut plurimum ſolent eſſe nouercę. Virg. Eſt mihi nanque domi pater,eſt iniuſta nouerca. (Non tibi) Arguit à facilitate negocii dicit, quod tum ambo ſint in eadem domo,non erit multum laborandum,ut habeat aditum ad concubitum Phędræ,quemadmodum ſæpe laborant alii amantes. (Reſerenda)Aperienda. (Per tenebras).i.nocturno tempore,quod ſolet eſſe aptum amantibus.Tibullus. Hęc mihi te ad ducit tenebris &c.(Duri) Inexorabilis, uel crudelis qui plus æquo ſæuit in adulteros deprehenſos.Iuuen.& pœnas metuet quaſcunque mariti exigere irati. & paulo poſt. Exigit autem interdum dolor.plus quam lex ulla dolori conceſſit.(Cuſtos)Qui ſolet adhiberi ianuę.Iuuen.Sed quis cuſtodiet ipſos cuſtodes? &c.(Vt tenuit)id eſt ſicut aliàs mecum fuiſti in eadem domo patris tui.ita nunc erimus, & nihil quid faciemus,erit ſuſpectum.(Vt)Sicut.(Vna).i.eadem.(Aperta) In conſpectu omnium ex affectu caritatis. (Dabis aperta) Ex affectu amoris Venerei.(Culpa merebere laudem)id eſt peccando laudaberis .(Licet) Quamuis.(Tantummodo,)q.d.cum nihil ſit,quod obeſt. (Properata)id eſt ſine dilatione facta.(Fœdera)ſcilicet noſtri coitus.(Sic parcat tibi)ſcilicet ut mihi.i.ſæuiat ſic tibi,ut mihi,uel ſic ponatur adiuratiue,& deprecatiue,ſicut diximus ſupra in eo loco.Sic omnes Peleus pater impleat annos &c.id eſt ſic amor non te lędat,ſed ſit tibi mitis.(Ego) Quę ſum neptis Iouis,& ſolis,habet autem Emphaſim hoc pronomen:ut apud Virg. Aſt ego quæ diuum incedo regina(Heu ubi nunc faſtus).i. ſuperbia, & elatio mei generis, q.d. amor omnia depreſſit.(Et pugnare)Ad excuſationem ſuam hęc ſubdit. (Pugnare)Reſiſtere.(Certa fui).i.deliberaui.(Si quid certi) Correctio:Quia amor leuis eſt,& inconſtans.(Victa).ſ.ab amore.(Genibus tuis)Hęc enim erant dicata miſericordię:unde ſupplicantes,ut ſupra diximus ad pedes eorum,quibus ſupplicabant,iecebant,& genua amplectebantur.(Quid deceat)Quid ſibi ſit honeſtum,quia multa facit contra dignitatem ſuam.

ASC. NEC labor eſt cęlare)Docuit religionem deorum non obſtare, docet nunc pudorem mundanum uon poſſe officere,cum facile ſit cęlatu,quandoquidem nemo ſit habiturus ſuſpicionē de affinitate coniunctis,& una domo ſociatis. Itaq; omnino, quę ille obiicere poſſet.hęc facere docet.(Dicar priuigno fida nouerca)Quod ratum eſt.nã in Buc. dicitur. Eſt mihi nanque domi pater,eſt iniuſta nouerca,& in Georgi. Hippomanes, quod ſæpe malę legere nouercę.Eſt.n.uouerca patris,uxor,nõ mater,tñ Priuignus uero coniugis filius,ſed nõ eius cui priuignus,eſt quaſi ex priore genitus. (Laudemque merebere culpa) Quia, qđ

lasciue facies, pie fecisse putaberis, sed non uera est ea laus, quam deus, & conscia damnat. (Non ego dedignor) Docet se uero amore capi, quem ad humilitatem cõpelit, unde Aene. 4. Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis. Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando. Cogitur, & supplex animos summittere amori. Genibus tuis, quia ut dicit Seru. ad illud Aeneid. 3. Et genua amplexus physici genua misericordiæ consecrata uolũt, ut aures memoriæ, frontem Genio, dexteram fidei. (Quid deceat, nõ uidet ullus amans) Diuerbiale est, inde cæcus amor dicitur.

HVB.

Depuduit: profugusq; pudor sua signa reliquit:
Da ueniam fassæ: duraque corda doma.
*Qđ mihi sit genitor. q possidet ęquora, Minos:
Quod ueniant proaui fulmina torta manu:
Quod sit auus radiis frontem uallatus acutis:
Purpureo tepidum qui mouet axe diem:
Nobilitas sub amore iacet: miserere priorum:
Et mihi si non uis parcere: parce meis.
Est mihi dotalis tellus Iouis insula Crete:
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos: potuit corrumpere taurum
Mater: eris tauro sæuior ipse truci?
Per Venerem parcas oro: quę plurima mecũ est:
Sic nunquam, quæ te spernere posit, ames.
Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit:

* Quid mihi &c. per interrogatio-nem, & forte melior.

Depuduit) .i. pudorem ibiecit, de enim hoc loco non augmentum significat, sed priuationem. Profugus, qui à me discessit. (Sua signa) Translatio sumpta à militibus, qui fugientes relinquunt signa. s. uexilla, & hic est uerus sensus, nã quod reliquerit signa. i. ruborem &c. aut quod sit translatio à literis sigillatis non conuenit. (Fasse) .i. mihi, quæ confessa sum tibi amorem meum. (Dona) Flecte translatio sumpta ab equis. (Quod mihi) Legitur etiam. Quid mihi, & melior est lectio, q.d. quid prodest nunc mihi nobilitas? quid mei maiores? nam nobilitas ab amore uincitur & ei cedit. (Quid mihi) .s. est uel prodest. (Qui possidet æquora,) Id est qui dominatur Cretæ, & multis insulis, quæ in mari sunt. (Quod ueniant) Ordo quid prodest mihi, quod fulmina ueniant. (Torta,) Id est iacta participium est, nam torquere significat iacere. (Manu proaui,) Id est Iouis, qui Iupiter licet ex parte Minois cuius est pater, sit auus Phædræ, tamen ex parte matris Pasiphaës est proauus, nam Phœbus filius est Iouis. Pasiphaë uero mater Phædræ filia Phœbi. Iuppiter autem est, qui iacit fulmina, ut ipse apud Ouid. ego sum, qui fulmina mitto. (Quid sit) Subaudi, quid prodest, quod sit auus, scilicet Phœbus, qui & sol dicitur. (Vallatus) Circundatus. Tempora caput. Radiis, quibus illustrat orbem terrarum ipse lib. 2. Met. At genitor circum caput omne micantes deposuit radius. (Axe) .i. corru. (Purpureo) Aut pulchro, aut rubicundo, quia sol mane rubet. (Iacet) Prostrata est. (Priorum) .i. supplicantium tibi & qui te amant, de se autem intelligit licet pluraliter loquatur. (Est mihi) Post reliqua, quibus conata est persuadere Hippolyto ad amorem sui, subdit etiam spẽ dotis. (Crete) Nominatiuus est casus, est autem insula, ubi Iuppiter dicitur esse nutritus. Virg. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto. de Ioue autem à Seru. talis refertur fabula. Saturnus ab oraculo Thetidis comperit se posse à filio regno depelli, quod timens, natos ex Rhea filios deuorabat, quæ nati Iouis pulchritudine delectata nymphis clam commendauit in monte Cretæ Dictæo, ubi eum aluerunt apes, & adhibiti sunt Curetes, & Corybantes, qui tinnitu æris pueri uagitum audiri prohiberent, unde ipsi sunt matris deum ministri. (Seruiat Hippolyto,) Id est sit sub potestate Hippolyti. (Feros) Puros. (Potuit) Argumentum a maiori ad minus. (Mater) .s. mea Pasiphaë. Corrumpere in coitum suum impellere. (Truci) Fero. (Per Venerem) Adiurat Hipp. Quæ Venus est plurima mecum) .i. tota est mecum, uel plurima pro plurimum, nomen pro aduerbio. (Sic) Adiuuatius particula. (Ames, quæ nũquã, possit fallere te) .i. sic amor tuus sit certus, & potiatur uotis suis, ut ea mulier, quã amabis, nũqnã fallat te. (Sic) Adiurat per alia, & est sensus, sic tibi faueat

Diana Dea uenationis,ut nõ desint tibi feræ,quas possis interficere(Dea)Diana.(Agilis) Velox quidem oportet esse uenatrice.(Adsit) Præsens sit & faueat. (Saltibus) Nemorib., & cãpis.(Secretis)Remotis non frequentatis.Talia enim loca solent nutrire multas feras.

QVOD mihi sit genitor &c.)Docet non pauca amori subdita esse cum omnem gene rositatem suam illi submittat,& simul laudat se à genere, & prius ab amore.(Est mihi dotalis)Laudat se à dignitate,& fortunis. (Sic nunquam) Particula sic,ut diximus,apta est comprecationibus.Omnia facilia sunt,quo circa paucis rem absoluimus. ASC.

Siluaque perdendas præbeat alta feras:
Sic faueant Satyri,montanaque numina Panes:
*Et cadat aduersa cuspide fossus aper.
Sic tibi dent Nymphe,quamuis odisse puellas
Diceris:arentem quæ leuet unda sitim.
Addimus his pcib. lacrymas quoq; uerba pcãtis
Perlegis, & lacrymas finge uidere meas.

PErdendas) Interficiendas. (Sic) Alia adiuratio. (Satyri, & Panes) Dii siluestres, qđ ipse declarauit, cum dixit numina montane. (Fossus) Percussus.Teren. Noli me fodere.(Cuspide).i. hasta.s.tua. (Aduersa Opposita. nam uenabula solent opponi apris in pectus , supra quæ se sæpe immittunt. (Cadat(Moriatur.(Sic tibi)Hæ omnes admirationes conueniunt, nam adiurat Hippolytum per ea, quæ scit optari a uenatore.(Sic tibi) Ordo.Nymphę,scilicet quæ præsunt undis, & fontibus.(Dent)Tibi undam.(Quę leuet).i.quæ minuat. (Sitim arentem).i.quæ ex ariditate,& siccitate concipitur. (Quamuis Dicerit,&c.) Hæc dicta sunt per parenthesim,q.d. quamuis Nymphæ hoc minime deberent facere,quia diceris habere odio puellas,cum ipsæ sint puellæ.(Lacrymas quoque)Etiam lacrymas, cum ipsæ solæ preces deberent sufficere. (Finge)Puta.i.existima ita uidere me flentem, sicut legis uerba mea: Hippolytus, pro ut poëtæ fabulantur,uirginitatis & Diana cultor,spreuit Phędrę turpem petitionem,qua ex re indignata falso illum apud patrem Theseum detulet, quod ei uim uoluisset inferre.Ille patrem Aegeum,ut se ulcisceretur,rogauit.qui agitanti currũ Hippolyto, Phocam immisit,qua equi territi eum dilacerauerunt. Tunc Diana eius castitate commota. ab inferis eum ad uitam per Esculapium filium Apollinis,& Coronidis reuocauit, Hippolytumque in Aricia nymphæ Egeriæ commendauit. & eum Virbium, quasi bis uirum iussit uocari quod Virg.7.Aeneid.ostendit.Phædram uero audita morte Hippolyti, alii gladio, alii laqueo uitam finisse dicunt.Quo exemplo deterreantur mulieres omnes ab illicito detestabilique amore de uel idem,uel etiam miserabilior finis ea sequatur. HVB. * Sic

QVAMVIS adisse puellas) Muliebre genus inuisum fuit Hippolyto,quod apud Euripide detestatur,eius rei meminit & Plutarchus. PAR.

IN V. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

QVi plura de Paride uelit uidere : repetat argumentum primæ epistolæ . hic satis est dicere , quæ ad hunc locum pertinent.cum Paris in silvis Phrygijs apud pastorem,siue armentarium (ut supra diximus)uiueret:coniugio Oenones usus est:quæ Nympha erat illorum locorum , cui Paris coniugij fidem promiserat.Sed posteaquam iudicium de pulchritudine trium dearum tulit, & Venerem duabus præposuit:ut Helenam sibi ob precium iudicij promissum pateret , Lacedæmona accessit . Cumq; iam fama esset: quòd eam secum adduxisset,& Oenone etiam hoc uidisset:dolens se priorem coniugem à Paride relictam esse,quæ ei semper fida fuisset:hanc epistolam ad Paridem scribsit . in qua fidem sui amoris erga eum commemorat,& promissa Paridis sibi facta,& conqueritur,quod se relicta adulteram accepit : nititurq; adducere eam Paridi in odium,& contemptum,commemorans eius impudicitiam,& fraudem factam Menelao eius priori marito, & contra dicit Oenone,quam constans,& fidelis semper fuerit ipsi Paridi :cum tamen habuerit multos amatores,à quibus fuerat solicitata.

PERLEGIS?

OENONE PARIDI.

EPISTOLA V.

*Nympha ſuo Paridi, quamuis ſuus eſſe recuſat,
Mittit ab Idæis uerba legenda iugis.




ERLEGIS) an coniux prohibet noua?perlege: non eſt
Iſta Mycenæa littera facta manu.
Pegaſis Oenone Phrygiis celeberrima ſiluis
Læſa quæror de te(ſi ſinis ipſe)meo.
Quis deus oppoſuit noſtris ſua numina uotis?
Ne tua permaneam;quod mihi crimen obeſt?
Leniter,ex merito quidquid patiare,ferendú eſt.
Quæ uenit indigne pœna,dolenda uenit.
Nondum tantus eras:cum te contenta marito
Edita de magno flumine nympha fui.
Qui nunc Priamides (abſit reuerentia uero?)
Seruus eras:ſeruo nubere nympha turi.
Sæpe greges inter requieuimus albore tecti:
Mixteque cum foliis præbuit herba torum.
Sæpe ſuper ſtramen,fœnoque iacentibus alto,
*Depreſſa eſt humili cana pruina caſa.
Quis tibi monſtrabar ſaltus uenatibus aptos?
Et,tegerer catulos qua fera rupe ſuos?
Retia ſæpe comes maculis diſtincta tetendi:
Sæpe citos egi per iuga ſumma canes.
Inciſæ ſeruant à te mea nomina fagi:
Et legor Oenone falce notata tua.
Et quantum trunci,tãtum mea nomina creſcũt:
Creſcite:& in titulos ſurgite rite meos.
Populus eſt (memini)fluuiali conſita ripa:
Eſt id qua noſtri littera ſcripta memor.

H V B.

*Multi hęc duo carmina aſcriptitia dicunt.

*Defenſa



Erlegis?)Interrogatiue pronunciandũ eſt.(Noua coniux?) Helena,quã nuper duxiſti. (Prohibet) Vetat te legere epiſtolam meam.(Perlege)Hortatiue ponitur, non imperatiue.(Facta)ſcripta.(Mycenea) Menelai,qui fuit ex Mycenis, q.d. non eſt ſcripta manu alicuius tui hoſtis, nã Menelaus propter raptã coniugem ſuam debuerat ſcribere literas,quas Paris non libẽter legeret.Pegaſis,ut & dictionum, & locorum quorundam Græcorum ratio omnino me non fugiat efficit Ioã.Placent. alias fratris Carmelitani nunc monachi ſingularis in beneuolentia,& ſtudium,qui hoſpitio, domoq́; mea ſupra annum uſus nõ minus moribus & religione, quam utriuſque linguæ doctrine mihi probãdus uiſus eſt, is per tempus,quo una fuimus, quantum per occupationes meas licuit. mihi nonnulla græce interpretatus eſt,nõ nulla etiam extra lectionem oſtẽdit.Inter quæ apud Apollonium 1.Argon.uerſum mõſtrauit,quo eſt Pegas nomen eſſe fontis, dicit enim.i.ſtatim hic fontem peruenit, quam uocant πηγὰς, uult igitur ipſe ab Oenone Pegaſia appellari,eſt etiam pega, ut ſcribit Plin.lib.4.oppidum Bœotiæ, uerum qm̃ Muſas Pegaſidas appellamus à Pegaſeò equo alato nato ex ſanguine Meduſæ, uel à fronte ab eodem equo facto, quia Græci fons pigi,pege dicitur,& ipſæ Muſe Nymphæ dicũtur, nõ erit fortaſſe incõueniẽs Oenonen appellatã Pegaſida,quaſi Nympham nõ tã à pege proprio nomine fontis, q̃ à page appellatiuo,hoc eſt à fonte,nã & ipſa ſe Nympham fuiſſe teſtatur, cũ dicit Edita de magno flumine Nympha fui,ergo.(Pegaſis).i.Nympha.(Celeberrima)Notiſsime.(Lęſa)Quæ accepi iniuriam à te.(Meo)Qui es meus coniux,(Si ſinis).i. ſi pateris me queri.i.ſi nõ remoues cauſam querelæ.(Quod crimen,)q.d.nullum.(Leniter)ſententia eſt,& eſt ſenſus,ferẽdũ eſt æquo aĩo,q̃dq̃d accidit hoĩ mereti, at illud dolẽter fert,q̃d p̃ter meritũ euenit. (Patiare)Pronũtiat aliq̃s,ſecũda pſona pro tertia.(Ex merito).i. p merito & iuſte.(Ferendũ)

Tole

Tolerandum patiendum(Leniter).i.molliter, æquo animo.(Dolenda).i. cũ dolore ferenda.(Nondum)Narrat suam in Parim beneuolentiam,& sua in eum merita.(Tantus)Tam magnus,quia tunc eras in numero pastorum,nõ in numero procerum,sicut nũc es.(Nympha).s.ego.(Edita)Genita.(De magno flumine)Alii dicunt fuisse filiam Xãthi, alii Cebreni fluuii,quia quidem poëtę Gręci eam Cebrenida appellant. ego qui certum affirment Cebrenum fluuium esse Phrygiæ,nondum memini me legere.Sed Cebreniam,siue Cebriniam regionem esse Phrygiæ Str.scr.lib.13.ibi quæ dicit Alexandri, siue Paridis,& Oenones sepulturam ostendi quam dicunt Alexandri uxorem fuisse priusquam Helenã raperet. (Seruus eras)Eras famulus.(Qui nunc Priamides).i.qui nunc diceris filius Priami.(Absit &c.)Per parenthesim hæc dicta sunt(.Reuerẽtia absit uero).i.respectus nõ habeatur,ueritati dicendæ.(Tuli)Passa sum(Nubere) Fieri uxor, nam ad mulieres solum pertinet nisi in opprobrium referatur,ut apud Iuuen.Nubit amicus.Mar.Barbatus rigido nupsit Calistratus Afro.Idem:Nolito fronti credere,nupsit heri.(Sæpe greges) Commemorat consuetudinem,quæ sibi fuit cum Paride.(Arbore tecti).s.sub umbra arboris. (Præbuit totũ).i.fuit nobis pro toto.(Cana) Alba epitheton pruinæ.(Humili(Non alta.(Stramen)Absternendo dicitur,quidquid põt substerni,ut Paleæ & similia.(Venatibus).i.uenationibus,uel uenantib.i.uenatoribus.(Tibi)Qui etas imperitus locorum.(Catulos) Filios,nam ut quarũdã domesticorũ animaliũ,& quorundam uolucrum filios dicimus pullos, ut pullum equi, pullum asini,pullum aquilæ,pullum hirundinis,&c. si quarundam ferarum filios catulos dicimus,ut catulos leonum,catulos luporum,catulos ursorum,&c. (Tegeret) Occultaret, & tutas haberet.(Comes).s.tua.i.quæ tecũ ueniebam.(Distincta maculas). i. plena nodis. (Egi)Impuli instigaui(Per iuga) Per montes.(Incisæ à te).i.inscriptæ.(Notata) Scripta. (Legor)In phagis,& aliis arboribus.(Populus)Arbor,quàm aquis gaudet. Virg.Populus in fluuiis,Abies in montibus altis.(Consita)Posita,plantata,inde aget cõsitus dicitur, qui arboribus abundat.(Memor nostri)Quæ mei memoriam seruat, propter scripturam tuã. (Tantum mea nomina crescunt)Quia quanto maiores arbores fiunt,tanto magis apparẽt notæ & literę mei nominis.(Crescite) Apostrophat ad arbores ipsas.(Et surgite)Erigimini.(Recta)Pro recte,nomen pro aduerbio,ut rauca sonans annis.i.rauce.(In titulos meos) Id est commemorationem mei nominis.

PEGASIS) Nympha Nais.i.annis Cebreni filia,atque eo pacto se distinguit ab eiusdem nominis alii:Oenone,N.fuit etiam Budioni filia,à qua Aegma insula appellata Oenone prius est.ut autumat Pythonetus Aegmetarum primo.Oenocium præterea celebrat Euripides in Iphigenia Aeaco patre uatam(Meo) Viro. Nam priusquam Paris Helenam raperet Oenone Paridi nupsit,ex eoque Corythum peperit,ut est apud Lycophonem.(Magno flumine) Cebreni.Interpres Lycophronis. οἰνώνη τυγάτηρ κεβρήνος ἢ οἰνέως.i.Oenona filia fuit Cebreni,uel Oenei.(Absit reuerentia uero) Secedat,inquit, personæ respectus,& omnis pudor,ubi quid ex fide narratur.(Seruus)Pastor,antiquo Romano ex more,secundum quem loquitur Ouidius omnes pastores fuisse seruus, ex Strabone dũ de brutis agit: Salustioque & Liuio constat.(Depressa) Corrige defensa,& uitata sub humili casa.Sed hęc in Claudianum copiosis.Itaque ne Iouis(ut aiunt)Corinthus,inculcare supersedebo. PAR.

PERLEGIS &c.) Nonnulli lib.habent hos uersiculos in capite. Nympha suo Paridi quamuis suus esse recusat, Mittit ab Idæis uerba legenda iugis: Quos quidem reor à grammaticis editos,maior enim multo uis est ex abrupto inchoasse ut fideles libros.(Perlegis?an coniux prohibet noua?Mycenæa manu.) Agamemnonis, aut potius Menelai, cuius coniugem rapuisti. (Pegasis,) Id est fontium Dea, seu Nympha,& quia Musæ fontibus præsunt:Nymphæq; sunt,etiam Pegasides dici solent. (Leniter,) Id est leni.hoc est tranquillo, & modesto animo. Et transit uterque uersos in prouerbium. (De magno flamine,) Scilicet Xantho. (Qui nunc Priamides,) Supple es.(Absit reuerentia uero,) Id est ne contemnatur, quia ueritas odium parit. (Tuli,) Id est sustinui,passa sum,dignata sum.(Quis tibi monstrabat)Docet se quoque magistram eius, qua pollet artis,fuisse. (Fagi incisæ) Sic in Buc. Immo hęc in uiridi nuper, quæ cortice fagi Carmina descripsi &c. ASC

Popul«

Populeuiue precor:quæ consita magine ripæ.
Hoc in rugoso cortice carmen habes:
Cum Paris Oenone poterit spirare relicta:
Ad fontem Xanthi uersa recurret aqua.
Xãthe retro propera:uersæq; recurrite lymphę:
Sustinet Oenonen deseruisse Paris.
Illa dies fatum miseræ mihi duxit:ab illa
Pessima mutati cœpit amoris hyems:
Qua Venus,& Iuno,sumptisq; decentior armis
Venit in arbitrium nuda Minerua tuum.
Attoniti micuere sinus:helidusque cucurrit,
Vt mihi narrasti,dura per ossa tremor.
Consului (neque enim modice terrebar)anusq;,
Longæuosque senes:constitit esse nefas.
Cæsa abies:sectæque trabes:& classe parata,

HVB. POpule) Apostropham facit ad quandam populum arborem,in qua dicit adhuc remanere promissionem Paridis erga ipsam Oenonem. (Consita) Posita. (Margine) Extremitate. (Rugoso) Aspero, siue contracto,& pleno rugis, quales solent esse cortices arborum. (Cum Paris) Hoc est carmen, quod in testificatione sui perpetui amoris in Oenonen Paris scripserat,cuius sensus erat. Tunc aquam fluuii Xanthi reuersuram ad fontẽ suum cum Paris posset uiuere Oenone à se derelicta, q.d.quod sicut impossibile est quod aqua Xanthi unquam reuertatur ad fontẽ, ita erit impossibile quod ego Paris possim sine Oenone uiuere.(Spirare)Viuere.(Versa)A cursu suo mutata (Xante) Vertit Oenone sermonem ad Xanthum dicens,ut redeat quandoquidem Paris potuit eã deserere. (Lymphæ) Aquæ. (Sustinet)Patitur,& potest.(Illa dies)Narrat originem suorum malorum, quæ incepit, quando tres Deæ supposuerunt se iudicio Paridis.(Fatum)Infortunium.(Hyems)Tempestas tractum à mari (Cœpit)Incepit.(Ab illa).s.die, qua Venus &c.(Decentior armis sumptis).i.esset honestior armis sumptis,quam depositis uestibus.(In arbitrium)In indicium tuum de pomo,de quo diximus in argumento primæ epistolæ. (Attoniti) Terrefacti. (Micuere) Tremuere, ut in prima epistola,usque metu micuere sinus. (Gelidus tremor)Qui facit gelidos.Virg.Extemplo Aeneæ soluuntur fulgore membra. (Vt) Postquã. (Narrasti mihi)Dixisti mihi tres Deas ad iudicium tuum uenisse. (Consului) Interrogaui.(Anus)Quæ plerunque interpretantur talia.(Et senes longæuos).i.longæ ætatis. (Neque enim terrebat modice).i. multum terrebar,est.n. liptote, & per parenthesim legendũ est.(Constitit)Per illos apparuit,& iudicatum est.(Esse nefas)Esse malum. (Cæsa abies) Breuis narratio apparatus Paridis ad rapiendam Helenam. (Abies) Arbor modo tanta apte nauibus ædificandis.(Cæsa)Incisa.s.est.(Trabes)Ligna.

PAR. ANVS, & longæuos senes) Sagos intelligit & coniectores, ex quo genere fuisse Pytheum Pelopis Tæthron patrem diximus ex Plutarcho.(Constitit) Vno ore prædixerũt.

ASC. ILLA dies &c.)Ordo est.Illa dies,qua Venus,& Iuno,& Minerua nuda decentior.i. pulchrior supple futura.(Sumptis armis).i.si sumpsisset arma. (Venit in tuũ arbitrium) .s.quælibet earum.(Duxit.i.attulit. Mihi miseræ fatum).i.fatale exilium.(Et hyems.i.tẽpestas incerta.(Amoris pessima).s.in me.(Cœdit mutati ab illa.i. post illam diem.(Postquam).s.Veneri pulcherrimam puellam pollicenti data est à Paride sententia.Nota est fabula,cum enim eo Thetidis cum Peleo,nuptias omnes Deæque præter Martem, & Bellonam inuitati essent,id ægre ferentes exclusi, Mercurium dimiserunt cum aureo malo, seu pomo,in quo scriptum erat detur pulcherrimæ,quod proiectum inter summas Deas.Palladem,Iunonem,& Venerem, cum singulæ sibi uendicare uellent, relatum est ad Paridem, qui pro Venere iudicauit,mercede pulcherrimæ puellæ illectus cum Minerua sapientiam, & in bello uictoriam,& Iuno regnum, & gloriam pollicerentur. Diserte,& graphice dicit sumptisque decentior armis,quia Veneri nuditas, Mineruæ armatura competit, ad quod alludit Ausonius noster,ut ferè legitur sic. Armatam Venerem uidit Tritonia Pallas: Nunc certemus,ait iudice,uel Parida. Tum Venus, armatam quid me male sana lacessis?Quæ quote uici tempore,nuda fui.

Cærula

Cærula ceratas accepit unda rates.
Flesti discedens:hoc saltem parce negare:
Præterito magis est iste pudendus amor.
Et flesti:& * madidos uidisti flentis ocellos:
Miscuimus lacrymas mœstus uterque suas.
Non sic appositis uincitur uitibus ulmus:
Vt tua sunt collo brachia * nexa meo.
Ah quoties,cum te uento quererere teneri:
Riserunt comites:ille secundus erat.
Oscula dimissæ quoties repetita dedisti:
Quàm uix sustinuet dicere lingua,uale.
Aura leuis rigido pendentia lintea malo
Suscitat:& remis eruta canet aqua.
Prosequor infelix oculis abeuntia uela:
Quà licet:& lacrymis humet arena meis.
Vtq́ue celer uenias,uirides Nereidas oro,
Scilicet ut uenias in mea damna celer.
Votis ergo meis alii rediture redisti:
Hei mihi pro dira pellice blanda fui.

HVB.

CAErula) Coloris cærulei, est antem caruleus color inter uiridem & nigrum, & eiusmodi solet esse color maris.(Ceratas)Cera, uel pice illitas.(Parce) Abstine & noli negare hoc te fleuisse, cum à me discederes. (Iste amor)Helene. (Est magis pudendus preterito). i. turpior tibi, quam meus. i. magis deberet te pudere amare Helenam, quam confiteri amasse me, quia amor meus erat licitus,& honestus.(Iste amor) Adulteræ,quæ uirum reliquit,& liberos,ut externum sequeretur. (Et flecti & nostros,)q. d. uterque fleuimus. (Nostros ocellos flentis).i. oculos mei flentis, est enim flentis genitiuus casus, quia habet ultimam breuem,non autem est accusatiuus pluralis, ut quidam falso existimant, nam tales accusatiui plurales in is desinentes semper habentis finalem longam.(Suas)Proprias,ut quisque suos patimur manes.(Non sic)Comparatio amplxus Paridis.(Vlmus) Arbor uitibus apta, presertim in Italia. Virg. Vlmisq́ue adiungere uites. (Vincitur)Legatur.(Vitibus appositis).i.adhærentibus,tanquam maritis suis.(Vt)Sicut. (Nexa)Implicita(Ah quoties)Dicit tantum fuisse ante Paridis erga se amorem,ut cum esset discessurus,quæreretur uentum esse aduersum, cum tamen reuera esset secundus, sed pigebat eum discedere, (Teneri) Impediri.(Riserunt) Quid uidebant non esse uerum, quod querebaris,sed te hoc facere,quia pigebat te à me discedere.(Ille)Ventis.(Secundus) Felix.(Quoties,)q.d.sæpissime(Repetita)Renouata,quia cum me dimifisses,sæpe reuertabaris,ut me osculareris.(Quàm uix).i.quàm difficile.(Sustinuit) Potuit. (Aura)Exponit processum discessus Paridis.(Malo)Arbore nauis,declinatur hic malus.(Suscitat)Monet. Eruta(Commota.)Canet(Spumescit.)Prosequor oculit(.i.prospicio.(Quà licet).i.quatenus,licet.i.quantum possum.(Humet)Madefit.(Vtq́ue celer).i. precor, facio uota pro celeri reditu tuo.(Nereidas)Nymphas maris Nerei filias.(Scilicet)Certe,& est quasi irrisio sui ipsius.quæ in damnum suum reditum Paridis optauerit. (Rediture) Qui eras rediturus.(Alii) Ad utilitatem alterius.s.Helenæ.(Hei mihi)Dolat,quod precata sit ad utilitatem alterius.(Blanda)Supplex.(Pro dira pellice). i. in utilitatem pellicis, quæ mihi nocet.(Pellice).s.mea.i.Helena,pellex autem dicitur respectu mulieris, & non uiri,ut Calisto fuit pellex Iunonis,& non Iouis, est autem pellex, ut Massurius Iurisconsultus scripsit,quæ cum uxor non sit,cum aliquo tamen uiuit.ut uxor, quam nunc uero nomine amicam,& concubinam appellant. C.Flac.scribit.ff.de uerb.signi.eam pellicem nunc uulgo uocari,quæ cum eo,qui uxorem habeat,corpus miscet,quosdam eam uocare,quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit Græci Pallacem uocant,unde non bene sentiũt, qui à pelliciendo dictam uolunt.Nam & Nonius à græco uocabulo significantiam trahere testatur.Festus dicit non solum mulieres alienis uiris succumbentes, sed etiam mares pellices dici apud antiquos pellicem dictam, quæ uxorem habenti, nubebat, cui generi mulierum à Numa Pomp.etiam pœna constituta erat hac lege. Pellex aram Iunonis ne tangito,si tanget Iunoni trinibus demissis agnam fœminam cædito.

* nr̃os

* uinctæ

PAR. ASC. ISTE amor) Adulteræ,quæ uirum reliquit,& liberos,ut externum ſequeretur.
VINCITVR) A quarta coniugatione media longa.i.circunligat.(Quererere)Sic leg.eſt,ut ſit qui uenit à quererer,cuius ſecunda eſt pſona querereris,uel quererere penultima longa,reliquis breuibus.(Ille ſecundus erat) Hoc eſt uentus,de quo querebaris,erat ſecundus,& ita conueniens nauigationi.unde comites ſcientes te irretitum amore riſerunt. (Votis)Ergo tu rediture.i.qui debebas redire meis uotis.i.ad uota mea,rediſti alii.ſ.Helenæ.extra carmen diceret,aliis rediturus rediſti,&c.

Aſpicit immenſum moles natiua profundum:
Mons fuit:æquoreis illa reſiſtit aquis.
* Hinc ego prima tuæ proſpexi uela carinæ:
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dũ moror:in ſumma fulſit mihi purpura prora:
Pertimui: cultus non erat ille tuus.
Fit propior:terraſque cita ratis attigit aura:
Fœmineas uidi corde tremente genas.
Nã ſatis id fuerat(quid enim furioſa morabar?)
Hærebat gremio turpis amica tuo.
Tunc * fleui,rupique ſinus.& pectora planxi:
Et ſecui madidas ungue rigente genas:
Impleuique ſacram querulis ululatibus Idam:
Illuc has lacrymas in mea ſaxa tuli.
Sic Helenæ doleat:deſertaque coniuge ploret:

* Hinc ego uela tuæ cognoui prima carinæ.

* uero,

HVB. ASpicit)Deſcribit locum,unde primum uidit Paridem reuertentem à Græcia cum Helena.(Moles) Altitudo, magnitudo. (Natiua) Naturalis,non autem arte facta,(Aſpicit) Dat ſenſum rei inanimatæ, nõ enim ipſa aſpicit,ſed,qui in ea ſit,aſpicere poteſt.(Immenſum)Quaſi quod ſit ſine menſura. (Profundum)Mare.alias pro cœlo ponitur. (Mons fuit).ſ. illa moles. (Reſiſtit)Opponitur &eas frangit. (Hinc) Ex illa mole.(Prima)Nõ prima uela, ſed ego prima.i.ante alios, affectus.n.facit, ut plerunque primi ſentiamus, quod alii etiam poſſunt cognoſcere. Ouid.de Pyramo & Tyſbe: Quid non ſentit amor?Primis uidiſtis amantes:Et uocis feciſtis iter.(Fuit impetus)Vehemens uoluntas.Ire per fluctus,ut tibi obuiam irem.(Dum moror)Dum expecto.(In ſumma prora).i. in ſumma parte proræ.(Purpura)Heſtis purpurea,qui habitus erat muliebris.(Tuus cultus).i. quem tu ſoleres geſtare,aut qui tibi conueniret.(Propior)Propinquior.ſ.nauis.(Cita aura).i. uolucri uento.(Genas).i.uultum,partem enim pro toto poſuit, nam geſtes teſte Feſto,alii palpebras dici putant, alii eas partes, quæ ſub oculis ſunt,alii eat partes in quibus barba primum oritur.(Corde).ſ. meo.(Id).ſ. uidiſſet faciem muliebrem. (Non ſatis fuerat) Ad dolorem meum.(Quid enim)Parentheſis eſt.(Hærebat tuo gremio)Sedebat in ſinu tuo, & hoc erat mihi acerbius.(Tunc)Cum uidi amicam eſſe in gremio tuo.(Rupi)Dilaniaui. (Sinus)Veſtes.(Planxi)Percuſſi.(Secui)Incidi, & laceraui. (Vngue rigente). i. unguibus duris.(Impleui).i.exclamaui alta uoce.(Idem)Montem,de quo Virg. Iamque iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idę.(Sacrã).ſ.Cybele.(Illuc)In Idam.(Has lacrymas)Quas fundo præ dolore (In mea ſaxa)id eſt ſaxa montis Idæ,in quibus ſoleo habitare. (Sic Helenæ) Imprecatur nunc Oenone ſimilem infelicitatem Helenæ, ut quemadmodum priuauit Oenonem marito,ſic ipſa remaneat priuati ſuo. (Helenæ) Nominatiuus eſt græcus. (Sic) Sicut ego.

PAR. MONS fuit)Hoc ex eorum ſententia,qui putant elementorum mutua uiciſſitudine .ſ.dum aliud in aliud tranſit,rerum faciem mutari, mareque nunc eſſe, quod antea fuit terra & econtrario.lege Meteora Ariſt.& Senecæ quæſtiones naturales,hoc expreſſum in epiſtola Ariadnæ.Mõs fuit apparẽt frutices in uertice rari Nunc ſcopulus pẽdet adeſus aqs.

ASC. TERRASQVE cita)Coniuge,cita aura,non cita ratis,ut quãtitas indicat.(Sic Helena doleat)Vtitur nunc imprecatiua particula ſic quia oppoſitorum ſæpe effectuum una ſunt arma.

Quæquæ

Quæque prior nobis intulit, illa ferat.
Nunc tecum ueniũt, quæ te per aperta sequũtur,
Aequora: legitimos destituuntq; uiros.
At cum pauper eras: armentaque pastor agebas:
Nulla, nisi Oenone, pauperis uxor erat.
Non ego miror opes: nec me tua regis tangit:
Nec de tot Priami dicar ut una nurus,
Nõ tamẽ ut Priamus nymphę socer esse recuset:
Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.
Dignaque sum: & cupio fieri matrona potentis:
Sũt mihi, quas possunt sceptra decere, manus.
Nec me, faginea quod tecum fronde iacebam,
Despice: purpureo sum magis apta toro.
Denique tutus amor meus est: tibi nulla parãtur
Bella: nec ultrices aduehit unda rates.
Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis:
Hæc uenit in thalamos dote superba tuos.

HVB. QVæque) Duæ sunt dictiones. (Quæ) .i. & ipsa. (Ferat) .i. patiatur ea. (Quæ intulit nobis) .i. similem iniuriam, quam nobis intulit. (Nunc tecum) Conatur inducere in odium Helenam Paridi commemorans eius impudicitiam. (Veniunt) Inuidiose, & ad contumeliam usa est plurali pro singulari, sic Terent. potius quam perpeti meretricum contumelias. (Legitimos uiros) .i. isto matrimonio sibi iunctos, quos non relinquunt, nisi impudicissimæ mulieres. (Iuuen. Nupta senatori comitata est Hippia ludum &c. (At cum,) q.d. nõ sequuntur te, sed fortunam tuã, ego autem secuta sum ui. (Agebas) Ducebas, & bene nam proprie dicuntur agi pecora. Virg. En ipse capellas protinus æger ago. Et idem: Et potum pastas age Tityre. & inter agendum. Occursare capro, cornu ferit ille, caueto. (Non ego miror) Occurrit obiectioni. (Miror) .i. suspicio, & cupio .i. non habeo respectum tuarum opum, & tuę magnę potentię. (Tangit) Mouet. (De tot) .s. nuribus, erant enim plurimę. Virg. 2. Aeneid. Vidi Hecubam, centumque nurus. Idem: Quinquaginta illi thalami spes tanta nepotum Procubuere. siue enim singulas uxores habebant filii Priami, siue plures secundum morem barbarorum plurimas fuisse, necesse est, plurimi enim fuisse dicuntur filii Priami. (Non tamen) .s. est. (Vt) .i. quod recuset, spernet & dedignetur. (Nymphæ) .s. mei. (Dissimulanda) Tacenda occultanda. i. quod Hecubam debeat pudere, dicere me esse nurum suam. (Dignaque sum) .i. & mereor. (Matrona) .i. uxor, nam, ut uoluit A. Gel. Matrona proprie dicitur, quæ cum uiro in matrimonium conuenit, licet aliter eam diffiniat Nonius. (Potentis) .s. tui. (Decere) .i. sunt mihi aptæ manus ad ferendũ sceptrum honeste, licet in siluis habitauerim, & ideo dicit nec me &c. (Faginea fronde) Aut sub arbore fagi, aut quia ex frondibus arborum fiebant plerunque lori, & præcipue ab iis, qui habitabant siluas. Iuuen. Siluestrem montana torum cum sterneret uxor Frondibus, & culmo &c. (Purpureo toro) .i. regio & purpurea ornato, quales sunt tori potentum uirorum (Denique) suasit hactenus a patre honesti, nũc uero, & à tuto, & ab honesto simul arguit se esse retinendam, & Helenam reiiciendam. (Tutus) Sine periculo. (Vltricas) Quales pro Helena repetenda parantur. (Tyndaris) Helena filia putatiua Tyndarei, nam ut re uera filia Iouis fuisse dicitur.) Infestis) Inimicissimis (Reposcitur) A marito, & à tota Gręcia. (Hac dote) Derisiue, q.d. pro dote affert tibi bellum. (Superba) Quia uidet bellum propter se moueri.

ASCENSIVS.

ASC. DESERTA'QVE coniuge) .i. à marito, seu à te, seu alio. (Nunc tecum ueniũt) Dissimulanter imprecatur, docet enim iniquum, & inhonestum esse. (Faginea fronde) Est .n. arbor glandifera satis frontibus. Vnde, Tityre tu patule recubas sub tegmiue fagi. Et potest scribi per ph, quia uenit à græco φαγεῖν, quod est comedere. (Tyndaris) .i. Tyndarei filia saltem putatiua, cum sit Iouis, & Lædę. Tyndari uxoris progenita Helena. Sic Virg. lib. 2. Tyndarida aspicio. Sic & Amphytrioniades ab eodem dicitur Hercules, cum sit Iouis filius ex Alcmena Amphytrionis uxore.

Quæ ſi ſit Danais reddenda:uel Hectora fratrem
Vel cum Deiphobo * Pulydamanta roga.
Quid grauis Antenor,Priamus quid ſuadeat ipſe
Conſule:queis ætas longa magiſtra fuit.
Turpe rudimentum,patriæ præponere raptam:
Cauſa pudenda tua eſt:iuſta uir arma mouet.
Nec tibi ſi * cupias,fidam promitte Lacænam,
Quæ ſit in amplexus tam cito uerſa tuos.
Vt minor Atrides temerati fœdera lecti
Clamat:& externo læſus amore dolet:
Tu quoque clamabis:nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt:deperit illa ſemel.

* Polydamāta

* ſapias

HVB. QVAE).ſ.Helena.(Roga).i.interroga. (Pulydamanta) Polydamas uir Troianus fuit ex primoribus,habet autem naturaliter primam breuem, ſed poëtæ aut addunt unum l, aut per diphthongum græcam dicunt Pulydamas, ſed noſtri potius addunt,l.(Grauis) Venerabilis prudens. (Quid ſuadēs) Quid ſentiat an reddendam, an retinendam Helenam,nam Antenor ut ſcribit Home.in concilio ſuaſit Helenam omnino reddendam,ideo Hora. Antenor cēſet belli præſcindere cauſam. (Conſule)Interroga,ſed interogamus etiam minores, & pares, conſulibus autem maiores,& prudentiores.(Queis).i.quibus. (Aetas longa fuit magiſtra) Longa enim ætas hominem facit prudentiorem, quia multarum rerum uſum.i. experientiam habet. Neſtor apud Ouid.lib.13.Met.Non omnia grandior ætas, Quæ fugiamus habet, ſeris uenit uſus ab annis (Turpe rudimentum).i.turpis inſtitutio.(Raptam)abductam,non autem legitime tibi iunctam,(Patriæ) Aut eſt adiectiuum, & ſubauditur,uxori.i.quæ ſit de patria tua, aut patriæ.i.ciuitati tuæ.i. malle eam retinere, quàm ſeruare patriam tuam, quæ propter ipſam eſt peritura.(Vir)Menelaus.(Iuſta)Pro recuperanda uxore, nam ſi pro repetitionem aliarum rerum bellum dicitur iuſtum,quanto iuſtius pro repetitione uxoris.(Pudēda)Turpis digna pudore.(Arma).i.bella, metonymia eſt. (Nec tibi) Reddit eam ſuſpectā infidelitatis,quia priori marito nō ſeruauerit fidem.(Si).i.quamuis.(Cupias).i.optes.(Lacænam).i.Helenam à Laconia regione,unde fuit oriunda. maſculinum eſt lacum,fœmininum eſt lacæna,neutrum non dicimns lacænum,ſed laconicum.(Quæ).ſ.Helena.(Sit uerſa).i.mutata.ſ.ab amore Menelai.(In tuos amplexus)In tuū amorē,& concubitū.(Vt minor)Dicit Oenone ſucceſſurū Paridi id,quod euenit, ut.ſ.ab eā deſeratur.(Vt)Sicut.(Minor)Iunior.ſ.Menelaus,nam Agamēnone minor natu fuit. (Clamat) Conqueritur.(Temerati)Adulterio uitiati,& læſi.(Externo)Peregrino.ſ.tuo.(Tu quoq;)Sicut ipſe.(Nulla reparabilis)Diſtinguēdū eſt,ut hoc coniugatur cū inferiorib. ſic,ut ſit ſenſus,& ordo pudicitia læſa,eſt reparabilis nulla arte,quia ille deperit ſemel.i.pudicitia amiſſa nunquam amplius reparari poteſt,ſicut pleraq; alia,ut fides,beneuolētia,& ſimilia,quę amiſſa poſſunt ēt reparari quod non idē pudicitiæ contingit,qa mulier corrupta nō pōt eſſe oī tpe nō corrupta.(Illa).ſ.pudicitia (Deperit).i.amittitur.(Semel)Statim,& uno tpe, nō autē ſæpius.

PAR. HECTORA fratrem)Nō prohibet,ut quidam putat,omnino ſuadet,ut ad Hectorē referre.Hector.n.connubii fidem ſanctiſſime coluit. Adiecit Deiphobum non ex hiſtoria, quippe quem conſtat auctorem fuiſſe ne Helena redderetur.Sed opinioni errore, & puellari bonitate,q̄ non decebat,eſſe ſuſpicioſam.(Polydamāta)Scribe Pulydamāta,ut apud Perſiū.Non mihi Pulydamas,exēplo Homeri notiſſimo.(Semel)Irreparabiliter.Horat.Et ſemel emiſſum uolat irreparabile uerbum. Semel.n. fieri dr̄.id,quod infectū reddi nō poteſt.

ASC. PVLIDAMANTA)Polydamas unus erat ex proceribus Troianis etiam Hectori reuertendus,ad quam alludit Perſ.dicens Sat.1.Nec mihi Pulydamas,uel Troiades Labeonē Prætulerint.Dr̄ aūt quaſi multorū domitor,& declinatur hic Polydamas,huius Polydamantis,uel eos,ſicut Calchas,unde accuſatiuus eſt Polydamanta.(Conſule) Cōſiliū pete, ūn conſultor,a quo petitur conſiliū.(Queis).i.quibus ætas &c.(Patriæ).i. incolumitati,& ſaluti p̄riæ tuæ,q̄ niſi reddideris Helenā,ſalua pmanere neqt.Reddēda ergo eſt.(Nec tibi) Aliud argm̄,qa & ipſa ſtatim reddi uolet.(Nulla reparabilis arte Lęſa pudicitia)Pulchrū, & nimis uerū diuerbiū.(Depit illa ſemel).i.ex toto, ita ut nihil reſtet,qd ſcd̄o pire poſſit.

Ardet amori tui:sic & Menelaon amauit:
Nunc iacet in uiduo credulus ille toro.
Felix Andromache certo bene nupta marito:
Vxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu leuior foliis,tunc cùm sine pondere succi
Mobilibus uentis arida facta * uolant:
Et minus est in te, quam in summa pōdus arista:
Quæ leuis assiduis solibus usta riges.
Hoc tua(non recolo)quondã germana canebat,
Sic mihi diffusis uaticinata comis.
Quid facis Oenone? quid arenæ semina mãdas?
Non profecturis littora bobus aras.

HVB. ARdet)Obiectio.(Sic & Menelaon)Responsio ad obiectionem, q.d. non est fidendum eius amori. (Sic).s. ut te amat, non uero amore. (Ille) Menelaus. (Credulus) Qui nimium facile credidit se amari. (Felix) Ex commendatione Hectoris fratris sui.(Certo).i.fido,& stabili.(Ad exemplo fratris)Quia sicut ille diligit Andromachē, ita ille diligere debueras. (Tu) O Pari. (Leuior) Mutabilior. (Tunc)q.d. non omnibus foliis, sed aridis,quæ solent esse leuiora. (Volant) Sparguntur,& per area feruntur. Et minus alia cōparatio læuitatis Paridis comparat enim eum spicis siccis,& maturis. (Arista) Quæ ita dicta est ab ariditate,licet contra naturam sui primitiui corripiat primam syllabã.(Quæ) .s.arista.(Vista) Docta,ut Pers.Insana canicula messes Iandudum coquit. (Assiduis solibus).i.continuis caloribus.(Solibus)Nam soles in plurali pro caloribus uel diebus accipimus,ut, Tris adeo incertos cæca caligine soles Erramus.i.dies. (Hoc tua) Dicit Oenone hæc sibi fuisse pronunciata à Cassandra,sorore Paridis uaticinatrice, ponitque uerba eius uaticinii.(Tua germana).i.soror.s. Cassandra. Fuit autem Cassandra Priami filia, cuius amore captus Phœbus promisit ei diuinandi artem, si sibi obsecuta esset, quod cum illa se facturam dixisset,postea accepta arte,& potestate diuinandi, negauit.Quam rem Phœbus ęgre ferens,cum ei auferri non liceret, quod semel dederat, abstulit ei fidem diuinationis, effecit.n.ut ei non crederetur,unde Virg.Aene.2.Tunc etiam satis aperit Cassandra futuris Ora,det iussu non unquam credita Teucris.dicit igitur Oenone Cassandram prædixisse sibi aduētum Helenæ perniciosum sibi,& Troianis.(Canebat)Diuinabat.(Hæc) Quæ nunc euenerunt.(Comis diffusis).i.sparsis per humeros, quemadmodum uaticinantes habere solent ut Virg.de Sibylla:Non comptæ mansere comæ. (Quid facis) Verba Cassandræ,q.d.frustra armas Pariden.(Quid arenæ semina mandas?)Translatio ab agricolis,sicut.n.amittunt semina,qui ea in arena spargunt,ita dicuntur amittere laborem, qui in ea re laborant,quam assequi nequeunt.(Non profecturis).i. reddituris frustum. Iuuen. Nos tamen hæc agimus,tenuique in puluere fulcos.Ducimus & sterili littus uersamus aratro.

*caduns

PAR. ANDROMACHE) Aenionis (ut est apud Home.)filia. Xenon autem tradit ex Andræmone natam Lyrnesio,cui suffragatur Aeschylus,qui Lyrnesiam uocat Andromacham in Phrygibus.(Certo marito)Qui preter Andromacham iusto matrimonio nullã sibi iunxit,etsi liberos ex pellicibus eum suscepisse licet ex Euride suspicari, quod & Anaxicrates Argolicorum secuudo uidetur affirmare.

ASC. IN toro uiduo,)Id est deserto,ipse uiduus.(Hæc tua(nam recolo) Docet à Cassandra se quoque admonitam,sed Teucrorum neminem illi fidem adhibuisse. unde est illud Aen. 2.Tunc etiam satis aperit Cassandra futuris Ora, dei iussu non unquam credita Teucris. Apollo enim periit,ab ea stuprum,quod illa se concessuram negauit, nisi prius donum prophetiæ & uaticinii perpetuum daret, quod ille cum iuramento detulit, sed ubi se à puella deceptum agnouit(non enim consensit)abstulit ab eius uaticiniis ueri fidem,seu credulitatem.Hanc Bacchillides uaticinantem futura Troiani belli mala,dum classis in Gręciam pararetur,inducit,quem imitatur Horat.lib.1.Carm.sed Nerea uatem inducit dicens. Pastor cum traheret per freta nauibus Idæis Helenam,&c. (Diffusis comis) Vaticinantes.n. furore raptæ capillos dissoluebant. Vnde Aene.6.de Sibylla. Non comptæ mansere comę, sed pectus anhelum,Et rabiefera corda tument.

Graia iuuenca uenit: quę te, patriāq;, domumq;,
Perdat: Io prohibe, graia iuuenca uenit.
Dum licet; obſcœnā pōto * demergite puppim:
Heu quantum Phrygii ſanguinis illa uehit.
Dixerat: in curſu famulæ rapuere furentem:
At mihi flauentes diriguere comæ.
Ah nimium miſeræ uates mihi uera fuiſti:
Poſſidet en ſaltus illa iuuenca meos.
Sit facie quamuis inſignis: adultera certe eſt:
Deſeruit * patrios hoſpite capta Deos.
Illam de patria Theſeus (niſi nomine fallor)
Neſcio quis Theſeus abſtulit ante ſua.
A iuuene, & cupido, credatur reddita uirgo?
Vnde hæc compererim tā bene, quæris? amo.

* Dii mergite

* ſocios

HVB. GRaia) Ecce impedimentū ſui laboris. (Iuuenca) Per contumeliam. nam mulieres impudicæ iuuencæ, & uaccæ dicuntur, nec ob aliam cauſam Io, & Prœtides in uaccas conuerſæ dicuntur, niſi quia factę ſunt impudicæ. Ouid. lib. 1. de Arte. Nec fuge linigeræ memphithica templa iuuencę. Multas illa facit, quod fuit ipſa Ioui. i. multas mulieres facit uaccas, ſicut ipſa fuit. Perdat) Euertat, & deſtruat. (Io) Clamantis eſt, non autem nomen proprium. nam pro nomine proprio prima longa eſt. Iuuen. Si candida iuſſerit Io. Cum uero habet primam breuem eſt aduerbio exclamantis, ut hic. interdum lætantis: ut apud Ouid. in 1. Amo. Miles Io magna uoce triumpha canet. dicit ergo. (Io prohibe). i. oh prohibe. ſ. ne ueniat. (Dum licet) Dum nondum attigit littus. (Obſcœnam puppim). i. quæ uehit obſcœnam mulierem. (Heu quantum,) q. d. multum. (In curſu). i. in proceſſu. ſ. ſui ſermonis. (Furentem) Diuinantem. nam furor etiam de diuinatione dicitur. (Diriguere). i. rigidæ factæ ſunt ex metu, declinatur autem, non dirigo, ſed dirigeo ſecundæ coniugationis. (Fauentes) Albæ, uel pulchræ de flauo colore dictū eſt ſupra. (Nimirum uera) Quia uenit illa iuuenca, & expulit me. (Meos ſaltus) Tranſlatio eſt nam iuuencæ ſolent paſci in ſaltibus. i. nemoribus, ubi ſunt paſcua, dicit ergo illa iuuenca eſt in poſſeſſione meorum paſcuorum. i. poſſidere, quem ego deberem poſſidere. (Sit facie) Adducit nunc Helenam in contemptum, oſtendens eius infidelitatem, & impudicitiam. (Inſignis) Egregia. (Capta hoſpite). i. Helena capta amore tui hoſpitis ſui. (Deſeruit) Fugiens à patria. (Deos ſocios) Vel connubio præſidentes, uel ſocios. i. patrios. (Neſcio quis) Solemus ita loqui de ignotis. (Abſtulit) Exportauit. (Sua ante) Suis dolis. Virg. At Cytherea nouas artes, noua pectora uerſat Conſilia. (De patria). ſ. ſua. Vnde Paris in epiſtola ad Helenam. Ergo arſit merito, qui nouerat omnia Theſeus: Et uiſa es tāto digna rapina uiro. (A iuueue) Reddit eam ſuſpectam ſtupri, cum rapta fuerit. (Credatur) id eſt debeat ne credi? q. d. non. (Reddita) Reſtituta. (Virgo). i. intacta, & inuiolata. (A iuuene) Argumentum ab ętate. nam iuuenes, proniores ſunt in uenerē. Scribit tñ Hellanicus Theſeū iam quinquagenarium fuiſſe, cū Helenam rapuit. (Et cupido). i. amate, argm̄ ab effectu animi. (Vnde). i. a quo. (Compererim) Cognouerim, didicerim. (Hęc) Quæ dixi de Helena. (Amo) Et ideo amor cogit me iſta inueſtigare. Virg. Qui fallere poſſit amantem?

PAR. IVVENCA) Per ambages uaticinium. Nam quod iuuenca ſignificet adulterā, quęque ſui copiam facit affamię ſunt, & meræ nugę, quippe, cum dicit Ouid. in Arte: Multas illa facit, quod fuit ipſa Ioui: intelligit uoluit, In Iſeo. i. Iſidis, ęde puellas exemplo deę ſuis amatoribus obſequi: itaq; morem gerere, ut ipſa Io. olim Ioui. (In curſu) In medio uaticinandi calore, cum longe plura prędicenda ſibi reſtarent. (Famulę rapuere) Nam Priamus imperauerat, ut quoties Caſſandra ſolueret os in oracula, toties eā famulę coërcerent marmorei thalami clauſtris, ut inſanam, meminit Lycophron, & eas interpres. (Iuuene) Aut oratorie mentitur, ut Helenam adducat in ſuſpicionem ſtupri, aut certe iuuentam produxit ex ſententia Varronis ad annum 5. & 40. Nam cum Theſeus Helenam rapuit, agebat annum ferè quinquageſimum.

ASC. GRAIA iuuenca uenit) Alludit ad boues oratorios, perſtant in Metaphora. (Capta hoſpite). i. pulchritudine eius, non ui.

Vim licet appelles: & culpam nomine ueles:
Quæ toties rapta est: præbuit ipsa rapi.
At manet Oenone fallenti casta marito:
Et poteras falli legibus ipse tuis.
Me satyri celeres (siluis ego tecta latebam)
Quæsierant rapido, turba proterua, pede.
Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta
Faunus in immensis, qua tumet Idai, ugis.
Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit:
Ille meæ spolium uirginitatis habet.
Id quoque luctando: rupi tamen* ante capillos:
Oraque sunt digitis aspera facta meis.
Nec precium stupri gemmas, aurumq; poposci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Licet) Quamuis. (Vim) Violentiam illatam à Theseo. (Veles).i. regas. (Nomine).s. uiolentiæ,& non uoluntarii delicti. (Quæ toties) Sensus est. ipsa Helena, quæ toties est apta, noluit capi. est autem sententia Herod. lib. 1. loquentis de ipsa Helena. prudétium esse pro nullo habere raptatum pulchritudinem, quippe quæ, nisi uoluissent, haud dubie raptæ non fuissent. (Toties) Inuidiose dixit. cum bis tantum fuerit rapta. primum à Theseo, deinde à Paride. (At) Commemorata impudicitia H lenæ, nunc commemorat Oenone pudicitiam suã, & loquitur de se, tanquam de tercia persona. (Fallenti) Tibi, qui me fallis. (Tuis legibus) Quia, quo iure utitur maritus in uxorem, eodem potest uti uxor in maritum. (Me satyri) Commemorat copiam amantiũ, à quibus dicit se solicitatam. (Satyri) Dii siluestres. (Turba proterua) Sunt. n. libidinosi multum. Ouid. Et in Venerem Satyrorum prona iuuentus, (Rapido pede).i. celeri persecutione. (Siluis &c.) Parenthesis. (Faunus præcinctus caput pinu acuta) Quia corona ex frondibus pineis ferte dicitur. (Quà subaudi ea. (Quà).s. parte. (Ida) Mõs Phrygiæ. (Tumet) Altus, est. (In iugis).i. altitudine. (Me fide) Dicit se etiam amata à Phœbo, ab eoq; per uim raptã uirginitaté suã. (Munitor) Murator, unde mœnia dicuntur, quasi munia, mutata œ, diphthõgo in u. Cõstat aũt ex fabulis Phœbum cũ Neptuno promissa sibi mercede à Laomedonte Troiæ mutos fecisse. (Conspicuus) Insignis. (Fide) Cithara. (Ille).s. Phœb. (Spolium) Translatio à uictore. nam spoliũ dicitur quidquid uicto eripitur à uictore. (Id quoque).s. spolium uirginitatis. (Luctando).s. habet. i. pugnando, & non uoluntate mea. (Rupi) Laniaui. (Capillos) Ipsius Phœbi. (Gémas precium &c.) Appositio est, uel declaratio. (Precium) Mercedem. (Turpiter) sententia est, exornatio Rhetorica. (Ingenuum) Liberum. i. turpe est liberæ mulieri corpus suum pro quæstu prostituere, inde & meretrices dicuntur à merendo. HVB.

*ungue

TVRBA proterua) Allusit ad originem uocabuli. Satyros. n. dictos a σάτη, quæ prisca Græcorũ lingua significat métualem. Macrobius auctor est, quia salaces, & libidinosi sunt. PAR.

AT mater Oenone) Plena laus alterius uituperatione, & sui commendatione, nam se castam, & fidelem uiro adultero probat permansisse. Helenam uero incastam, & uiro fideli infidelem fuisse criminatur. (Me fide conspicuus) A nominatiuo fides, huius fidis, quãuis Priscianus uelit dici hęc fidis, non fides in ea significatione, qua chordam plectri, seu cytharæ significat, nec est à nomiuatiuo fides, fidei, ut etiã quantitas probat, quia corripitur ablatiuus tertie, & producitur quintæ. Est ergo Apollo munitor Troiæ, conspicuus. (Fide).i. lyra, quia ut dicit Hora. in Arte: Ne forte pudori sit tibi musa, lyræ soler: Et canter Apollo est. Item est munitor Troiæ. Vnde Aeneas ad eum lib. 6. Phœbe, graues Troiæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxti tela manusque. Is autem medicinæ repertor dicitur. Vnde ipse apud hunc poëtam, Inuentum medicina meum est. Et potissimum ex herbis, quod ideo fingitur, quia Apollo Sol est, qui herbis, radicibusque uim medicam influit. Est idem oraculorum, & uaticinorum Deus, quia certissima sunt solis iudicia. unde, Solem quis dicere falsum audeat? ueruntamen quia à summo Deo omnia dependét, ne ergo Apollo quidem futura noscat, nisi ab Ioue disceret: unde Aeneid. 3. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit, uobis furiarum ego maxima pando. ASC.

Ipse ratus dignam, medicas mihi tradidit artes:
Admisitque meas ad sua dona manus.
Quæcunq; herba potens ad opē, radixq́; medēdi
Vtilis in toto nascitur orbe: mea est.
Me miseram; ꝙ amor nō est medicabilis herbis:
Desti.uor prudens artis ab ea arte mea.
Ipse repertor opis uaccas pauisse Pheræas
*Dicitur & nostro saucius igne fuit,
Quod neque graminibus tellus fœcūda creatis,
Nec Deus auxilium, tu mihi ferre potes.
Et potes: & merui: dignæ miserere puellę.
Non ego cum Danais arma cruenta fero:
Sed tua sum: tecumq́ue fui à puerilibus annis:
Et tua, quod sup erest temporis, esse precor.

* Ferē: & à nostro

HVB. IPse).s. Phœbus, q.d. spōte sua, me nihil petente. (Ratus) Arbitratus. (Medicas artes) .i. artes medendi. (Admisit) Accepit, uel adhibuit.) Herba & radix) In his enim magna est uix ad curandos morbos. (Potens) Efficax. (Mea est) id est mihi cognita, & meæ arti subiecta. (Me miseram) Conqueritur, quod hæc ars eius morbo .i. amori non possit mederi. (Prudens artis) .i. perita medicinæ. (Deficior) Derelinquior. (Ipse) .s. Phœbus. (Repertor opis) .i. medicinæ, quàm appellat opem, quia hominibus etiam de uita periclitantibus opitulatur. hanc autem artē à Phœbo inuentam, ipse Meta. lib.1. demonstrat dicente Phœbo: Inuentum medicina meum est, opiferque per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis. (Pauisse) .i. ad pascua duxisse, ab eo quod est pasco. (Phetæas) Thessalicas .i. uaccas Admeti regis Thessaliæ. Pheræ enim pluraliter declinatum urbs fuit Thessaliæ, neque legendum est Pharæas. Fabula autem hoc habet. Cum ob Hippolytum discerptum ab equis, ut supra diximus, miseratione Dianæ ab Aesculapio ad uitam reuocatum indignatus esset Iupiter, id cuiquam nisi sibi licere, & Aesculapiū fulmine interemisset, Apollo pater Aesculapii id ægre ferens Cyclopas, qui fulmina Ioui fabricauerant, uei berauit. Quare Iupiter eum deitate priuauit, ut quidam uolunt per annos nouē, quo tp̄e dr̄ pauisse in Thessalia armenta regis Admeti. (Saucius) Percussus. Virg. At regina graui iādudū saucia cura. (Nec Deus) .s. Phœbus. (Merlit) Quia te dilexi, & semper tibi fida sui. (Dignæ) Merētis. (Non ego) Reuocat ēt odium Helenæ, ꝓp quā significat bella à Græcis moueri (Cū Danais) Cū Græcis sicut Helena. (Puerilib.) Pro puellaribus, quia puer teste Pris. apud antiquos cōis erat gn̄is. (Tēporis) Subaudi id tp̄is. (Quod super est) Quod restat, & sic finis est epistolæ. Paris aūt nō flexus est uerbis Oenones, sed ea relicta, Helenam accepit, quæ (ut supra dictum est) causa fuit euersionis Ilii, & totius Troię, dicitur tn̄ à Strabone in Cebrenia regione monstrari sepulchrum Paridis, & Oenones eius uxoris, ex quo ur̄ nō eā penitus dereliquisse, sed (ut diximus) magna est opinionū uarietas.

ASC. ME miserum, quòd amor) Vt Valla docet, quoties ò, particula subticetur, non tam uehemens est excandescentia, nec πάϑος, quocirca modestius dicet me miseram, quàm ò, aut heu me miseram, regitur tamen ò subintellecto, aut me miseram iudico, aut cēseo. (Quod) .i. quia amor non est medicabilis herbis. (Non ego cum Danais) Sic Dido. Non ego cum Danais, Troianam excindere gentem Aulide iuraui. (Et tua) Precor esse tua. Sic alibi: Me tamen excepto, qui precor esse tuus. ubi auctore Valla dicere potuisset, sed non tam eleganter, quem precor esse tuum. Ordo autem est. (Et precor) .i. precibus cupio esse tua, supple. (Illud temporis) .i. per illud tempus. (Quod superest) .i. reliquum est nobis.

IN VI. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

VT *huius epistolæ argumentum plenius & melius percipiatur, aurei uelleris fabula primum est referenda quæ ab* Ouid. *lib.* 4. *Fast. circa finem ponitur* Athamas *Aeoli filius,* Nephelen *uxorem primum habuit, ex quo* Phryxum *&* Hellen *genuit, qua amissa, & in nubem conuersa, & facta* Dea, *duxit aliam uxorem* Iunonem, Cadmi *filiam, quæ cum more nouercarum odisset priuignos, coxit semina, quæ agricolæ seminarent, quæ cum eo anno nullum fructum produxissent, & magna frugum penuria esset*

sub

subsecuta: missus est sacerdos, qui oraculum sciscitaretur, de remedio huius mali. uerum sacerdos ab Inone corruptus nunciauit oraculum petere, ut Phryxus & Helle mactarentur ad sacrificium ad placandos deos. quod cum pater Athamas diu facere recusasset, tandem & ciuium consensu, & necessitate compellente, cum Phryxum, & Helleniam ante aras uinatos constituisset, ut eos mactaret: Nephele eorum mater nube sua deuecta ad eos, ut fugerent praecepit, tradiditq; arietem lanam auream habentem, qui eos transueheret ultra mare. Sed Helle puella, cum timuisset & male inhaererent arieti, cecidit, & mari, in quod ceciderat, nomen dedit, nam Hellespontum ab ea appellauerunt. Phryxus uero in Pontum profectus in Colchida delatus est, ubi Arietem sacrificauit, & pellem auream ipsius Arietis in templo Martis suspendit, quod Dionysius ex oraculo monitum fecisse dicit. Postea Aeeta in Ponto regnante ex oraculo responsum datum est illum tunc moriturum, cum ab externis nauigio delati aureum illud uellus sublatum fuisset. hac causa sustentauit se innata crudelitate hospites sacrificare, ut diuulgata tanti sceleris fama, externi omne ab eius regionis accessu, & ab aurei uelleris raptu abstinerent, & ut Diony. ij. Hist. uoluit templum muro circundedit, custodesq; multos apposuit ex Taurica accitos, de quibus à Graecis fabulae mirandae sunt. Decantatum enim est Tauros igne spirantes circa templum esse, & à Dracone peruigili custodiri uellus, quod qui uoluisse auferre sopiendum Draconem, domandos Tauros ignem naribus uomentes: Serpentis dentes ferendos, ex quibus orituros homines armatos, contra quos pugnandum esset & denique eos uincendos, & sic auream uellus auferendum, quae omnia fabulosa sunt nam allegorice aliter intelliguntur, ut postea dicemus. Forte per ea tempora in Thessalia regnabat Pelias Aesonis patris Iasonis frater, qui uirilis sexus liberos nullos habebat: Iason igitur cum esset robusti corporis, animiq; praeter ceteros suae aetatis magni, cupiensq; dignum aliquid facere ex superiorum exemplo, maximeq; Persei, aliorumq; plurium, quos ex claris, externisq; expeditionibus immortalem gloriam assecutos audierat, communicauit consilium cum Pelia rege patrio suo, qui eius desiderio assensus est, non, ut Iasonis gloriam augeret, sed sperans illum in belli expeditione periturum, nam quia se filijs masculis priuatum esse uidebat fratrem timebat, ne quando filij ope, & uirtute adiutus sibi, regnoq; insidiaretur, simul & territus oraculo, quod acceperat sibi Neptuno annua sacra reddenti pede nudo interueniente aliquo se cito moriturum. Acciderat autem ut eo sacrificante, Iason altero pede nudo interueniret, quem discalciauerat, quia in aqua, siue limo Anauri fluuii malefecerat. Hanc igitur suspicionem occultam tenens Pelias, pollicitus est se Iasoni auxilia laturum, si expeditionem pararet in Colchos ad rapiendum uellus aureum, & cum propter barbarorum efferatumq; gentium, quae Pontum habitabant crudelitatem uideret Iason, quo difficilius sibi certamen propositum esset, eo sibi maiori gloriae fore, necessaria ad id bellum parauit, & primum iuxta Pelium montem nauem aedificauit, magnitudine longe maiori, quam qua ad eam diem fieri consueuerant, erat enim ante paruarum nauicularum usus huius uero eximiam magnitudinem stupentibus omnibus diffusa per Graeciam eius rei fama multi egregij iuuenes ultro ad certamen, & eius belli communionem allecti sunt. Iason in aquam deducta naue, & necessarijs rebus suis, optimos omnium, qui eum eo ire cupiebant, elegit numero quattuor & L. Ex eis clarissimi fuerunt Castor & Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, & ipse nauigij auctor Iason, nauis Argo dicta est ab Argo eius architecto, ut quidam scriptores afferunt, qui etiam inter nauigandum eius resarciendae curam acceperat, alij uolunt à uelocitate dictam, nam ἀργὸς graece uelocem significat, gubernator Typhis fuit, de quo Virg. Alter erit tum Typhis, & altera, quae uehat Argo Delectos heroas. & Ouid. in 1. de arte: Typhis in Aemonia puppe magister erat. ipsi socij à naue Argonautae dicti sunt. Ex Pegaseo igitur Thessaliae sinu soluentes in Lemnum delati sunt, ubi Iason consuetudinem habuit cum Hypsipyle Thoantis regis filia, quae tunc Lemni regina erat, nam uiros omnes (ut infra dicetur) Lemni mulieres interfecerant, & foemineo regebantur Imperio, uerum consumptis duobus annis cum Hypsipyle, & ea grauida facta Iason tandem discedere coactus est. Itaque ex Lemno data fide Hypsipyle soluerunt, ut propositam expeditionem perficerent. Cum igitur in Colchos delati essent, edocti fuissent à Medea de crudelitate patris, qui hospites sacrificabat, pollicitaq; esset se adiutricem ad perficiendum certamen, & Draconem sopiendum, Taurosq; uincendos, ut fabulae trahunt, Iason iureiurando data fide, uxorem sibi futuram quoad uita superstes esset. spopondit ope igitur ipsius Medeae uictoriam adeptas Iason eam secum abduxit, quod cum intellexisset Hypsipyle, dolens se relictam ab Iasone, & aliam sibi praelatam, hac epistola primum gratulatur Iasoni de reditu incolumi & uictoria parta de aureo uellere, deinde conqueritur, quod eam reliquerit propter Medeam. quam nititur adducere in odium, in inuidiam, & in contemptum ipsi Iasoni. ostendens eam esse crudelem, superbam, & impudicam. Sed iam ad textum.

HYPSIPYLE IASONI. EPISTOLA VI.



Ittora Thessaliæ reduci tetigisse carina
Diceris, auratæ uellere diues ouis.
Gratulor incolumi: quantum sinis: hoc tamen, ipso
Debueram scripto certior esse tuo.
Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires,
Cum cuperes: uentos non habuisse potes:
* Quamlibet aduerso signetur epistola uento:
Hypsipyle missa digna salute sui.
Cur mihi fama prior, quàm nuncia littera uenit?
Isse sacros Martis sub iuga panda boues:
Seminibus iactis segetes adolesse uirorum:
Inque necem dextra non eguisse tua:
Peruigilem spoliũ pecudes seruasse draconem:
Rapta tamen forti uellera fulua manu.
Hæc, ergo, si possem timide credentibus ista,
Ipse mihi scripsit, dicere: quanta forem?
Quid queror officium lenti cessasse mariti?
Obsequium, maneo si tua, grande tuli.



Ittora,) Id est portum (Thessaliæ) Regionis tuę (Reduci) Incolumi, & ex magnis periculi liberata. Nam Seruio teste proprie dicuntur reduces, qui pericula euadunt. Virgil. Aene. 1. Nanq; tibi reduces socios, classemq; relatam Nũcio. Et idẽ: Vt reduces illi ludũt stridentibus alis. (Vellere) Lana. dicitur autem a uellendo, quia apud antiquos non tondebatur, sed uellebatur. (Gratulor) Gaudeo, gratulamur autẽ aliis, gaudemus nobis. Cic. tibi gratulor, mihi gaudeo, gaudere tamen et dicimus de aliis, cum de nobis nũquã dicamus gratulari. (Quãtum sinis) .i. quatũ permittis. s. me gratulari. (Hoc ipso) .i. de hoc ipso. . quod rediuisses cum uellere aureo. (Fieri certior) .i. admoneri. (Tuo scripto) .i. per aliqua tuã epistolã. (Na, ne) Excusat ipsum Iasona, quod nõ redierit in Lemnõ, cũ reuerteretur ex Colchis, ut magis eũ accuset, quod posteaquã rediit, nihil ad eã rescripserit, & est sensus, possibile est quod nõ habueris uetos prosperos ut redires ad me cũ uelles redire. Ordo est. (Potes) .i. possibile est, te nõ habuisse uetos, ne redires. i. ne redire posses. (Præter) .i. iuxta.) Littora mea) .i. Lẽni. (Pacta) .i. promissa. s. a te. (Cũ cuperes) .i. quãuis cuperes. (Quælibet aduerso) Ecce accusatio, & est sensus, ueto contrario, ne posses redire, potuisti tñ aliquã scribere epistolã. Ordo est. (Quælibet) .i. quęuis, q. d. et breuissima. (Signetur) Nõ assignetur, ut aliqui dicunt, sed signetur. i. claudatur, & scribatur, unde resignare epistolas contrarium est .i. aperire. ponitur autem signetur, pro signata fuisset tempus pro tempore. (Vento aduerso) .i. contrario tibi, ne sineret te uenire, uel signetur. s. nunc. s. postquam es reuersus, uel ut in aliis lib. legitur, Qualibet &c. (Quolibet) .i. quãtũuis aduerso signetur. i. scribantur, & mittatur, q. d. hoc facere potuisti uẽto quantumuis aduerso. (Hypsipyle) .s. ego. (Missa) A te. (Cur mihi) Cõqueritur, quod prius ex sermõe aliorum, q ex scriptis Iasonis intellexerit, eius uictoria habitam in Colchis, ut infra. (Famę) Publicus sermo omnium. (Quàm litera) .i. q epistola tua. (Nuncia) Quæ nunciaret mihi. (Boues) Tauros. (Martis) Erat Marti consecrati propter ferocitatem, quæ ipsi Marti attribuitur. (Panda) Curua. Virg. Lancibus & pandic fumantia ponimus exta. deriuatur autẽ pando, neq; pandidus dicitur, sed pãdus. ut Prisc. uoluit alternitatis uitandæ causæ. (Seminibus) Subaudiendum est, quam fama nuncia. (Segetes uirorũ) .i. uiros seminatos. (Iactis) Sparsis. (Adolesse) .i. creuisse. (Tua dextra) Quia seipsos interemerunt. Nam cum Iason quædam, quę Medea dederat, in medios illos terrigenas proiecisset, illi arma in se conuerterunt, & mutuis uulneribus ceciderunt. (Peruigilem) Nũquam dormientem. (Seruasse) Custodire. (Spolium) Pellẽ. (Pecudis) Arietis, licet & interdum dicatur ouis, sicut supra. (Vel

lera)

*Inuenitur & in quibusdã libro. Quolibet, qua locutione Oui. uidetur uti in multis locis sicut alibi, Quaslibet admissas detinuere rates,

lera)Diues ouis.Sed quoniam promiſimus ſupra interpretaturos huius fabulæ allegoriã, dicit Diodorus cuſtodes,ideo Tauros dictos fuiſſe,quod robuſti eſſent, & fortes,ignem uero naribus efflaſſe propter crudelitatem cædis hoſpitium, Draconem uero nomen fuiſſe diligentis cuſtodis.(Tamen)Licet hæc omnia ſupradicta eſſent.(Rapta) Vi capta,& expugnata.(Hæc ego)Dicit,quod exiſtimaret,ſe felicem,ſi poſſet dicere, hæc ſibi ab Iaſone ſcripta fuiſſe.(Timide credentibus).i.uix credentibus.(Ipſe)Iaſon.i. propria manu. (Quanta).i.quam magna,quam felix,q.d.feliciſſima.(Léti).i.tardi.(Ceſſaſſe)Defuiſſe mihi. (Officium).ſ.ſcribendi.(Tuli).i.accepi.(Obſequium).i.rem gratam.i.ſatis mihi feciſti,ſi modo remaneo tua,& non oportet,quod querar,quod nihil ad me ſcripſeris.

ASCENSIVS.

ASC.

LITTORA Theſſaliæ)Quia argumentum &c.Explanatione digna utiliter explanata ſunt,paucis ordinem proſequar,qui talis eſt.(O Iaſon tu diceris).ſ.uulgo. (Tetigiſſe littora Theſſaliæ).i.patriæ tuæ,unde ad aureum uellus in Colchon profectus eras. (Carina).i.naui.ſ.Argo.(Reduci).i.redacta,ac uos reuehẽte.ſed reduces, paſſiue ferè dicimus .i.reductos.(Exiſtens diues uellere ouis auratæ).i.ariete aureo uellere tecto. (Ego gratulor incolumi).ſ.tibi hoc eſt lætor,& applaudo tibi de tua incolumitate ſup.tantum.(Quãtum ſinis).i.permittis me gratulari,quia gratulor tibi,eo quòd reueniſti incolumis,ſed nõ eo,quòd cum pellice,neque me cælare uoluiſti aduentum tuum,tamen ego.(Debueram eſſe).i.fieri certior. (Hoc ipſo).i.de eo ipſo, de quo tibi gratulor, hoc eſt de proſpero reditu tuo.(Tuo ſcripto).i.per ſcriptum tuum,ſeu literas tuas.(Nam,ne pacta &c.) Reiicit excuſationem,ſi enim dicat Iaſon ſe uoluiſſe ſcribere, ſed habuiſſe uentos contrarios,ita ut literæ perferri nequirent,nam ſub aduerſo uento potuiſſet ſcribere modicam epiſtolam, uidelicet ſalutatoriam,quæ aut non perferri, aut uideri ſine periculo potuiſſet. Vnde dicit. (Nam,ne).i.ut non. (Vt redires prȩter mea regna).i. prætereundo mea regna. (Pacta).ſ. tibi.i.in contracto matrimoniali tibi addicta. (Non potes quidem, cum cuperes).i.etiam ſi uelles.)Non habuiſſe uentos).i.quamuis cuperes,& uelles. (Habuiſſe uentos) Qui obſtarent.(Ne præter mea regna redires) Non poteras habuiſſe uentos tam contrarios, ut eis non potuiſſes etiam inuitis ad nos redire.(Quælibet epiſtola) i.breuiſſima, & minimi momenti.(Signetur).i.ſignari debeat,hoc eſt claudi.(Vento).ſ. exiſtente aduerſo. (Hypſipyle).i.ego coniux tua,& Lemni regina.(Fui).i.fuerim digna ſalute.(Miſſa).i. mihi miſiſſes tum periculo,uento exiſtente contrario,& non fuiſſe tam aduerſum uentũ,probat,quia iam accipit reditum eius,dicens mihi.(Boues).ſ.igniuomos. (Sacros) Quia Martis.(Iſſe ſub iuga).ſ.aratri.(Panda).i.incurua,hoc eſt te araſſe bobus Marti ſacris.Et ſupple.(Segetes,)Id,eſt copias uirorum.(Adoleſſe)Pro adoleuiſſe.i.ſtatim adultos natos.Et hoc. (Seminibus,Scilicet dentibus ſerpentinis.(Iactis,)Scilicet in ſulcos illis bobus iactis.(Que) Pro &.(Segetes)Supple oirorum,id eſt ipſos uiros è ſulcis denſis in morem ſegetum natos.(Non eguiſſe tua dextra ad necem) Quia ſeipſos mutuis uulneribus interemerunt,& nuncians.(Peruigilem,)Id eſt ſemper uigilam Draconem. (Seruare ſpolium pecudis,)Id eſt uellus aureum Arietis. (Et tamen uellera fulua,) Id eſt aurea, ſeu aurei coloris. (Rapta)Supple eſſe.(Forti manu?)Scilicet tua.(Quãta,)Id eſt quam magna putas. (Forem,) Id eſt eſſem.(Si ego poſſem dicere credentibus,)Id eſt iis, qui credunt.(Iſta,)Scilicet facinora tua.(Timide,)Id eſt cum timore de oppoſito,nam fama,ut dicit Virg.in 4.Aene. Ipſa eſt parua metu primo,mox ſeſe attollit in auras. Credunt ergo timide,quia certum non habeo auctorem,ſed ſi poſſem eis dicere.(Ipſe,)Scilicet qui iſta geſſit.(Scripſit mihi,)Scilicet quòd ea geſſerit.(Quanta forem,Quaſi dicat maxima,hoc eſt glorioſiſſima. (Quid,) Id eſt ad quid.(Queror,)Id eſt conqueror.(Officium,)Id eſt obſequium debitum, aut partes uiri.(Lenti,)Id eſt tardi.(Ceſſaſſe,)Id eſt in mora fuiſſe? quaſi dicat fruſtra, quia ego. (Tuli,)Id eſt abſtuli,& impetrauit.(Grande obſequium,ſi maneo,)Id eſt adhuc ſum tua, ſcilicet coniux.

Barbara narratur uenisse uenefica tecum,
In mihi promissi parte * futura tori:
Credula res amor est: utinam temeraria dicar
Criminibus falsis insimulasse uirum.
Nuper ab Aemoniis hospes mihi Thessalus oris
Venerat: & tactum uix bene limen erat;
Aesonides, dixi, quid agit meus? ille pudore
Hæsit in opposita lumina fixus humo.
Protinus exilui: tunicisque à pectore ruptis,
Viuit an exclamo? me quoque fata trahunt.
Viuit, ait: timidumque mihi iurare coëgi:
Vix mihi, teste Deo, credita uita tua est.
Vtque animus rediit: tua facta requirere cœpi:
* Narrat, & aripedes Martis arasse boues:
Vipereos dentes in humum pro semine iactos:
Et subito natos arma tulisse uiros:
Terrigenas populos ciuili Marte peremptos,
Implesse ætatis fata diurna suæ.
* Deuictum serpentem, iterum, si uiuat Iason.

HVB. VEnefica) Incantatrix. s. Medea, nam uenefici dicũtur qui uel incantationibus uel alio quouis modo hominum mẽtes peruertunt, nam omnia quæ hanc uim habent, uenena dici possunt. Virg. in Buc. Has herbas, atque hęc ponto mihi lecta uenena, Ipse dedit Mœris. Inde inferius ipsa, inquit. Hanc tamẽ ò demens, Colchisque ablate uenenis, Diceris Hypsipyles præposuisse toris. Et Horat. in 1. Sermo. Quantum carminibus, quæ uersant atque uenenis Humanos animos. (Credula) Quę facile credit. (Temeraria) Audax, & sine ratione fingens. (Insimulasse) Accusasse. (Nuper) Narrat quomodo id itellexerit. (Oris) Regionibus, ut, Troiæ qui primus ab oris. (Aemoniis) Thessalicis, nam Aemonia Thessalia dicitur. (Limen) .i. ingressus domus. (Vix erat tactum ab eo) .i. uix erat ingressus domum. (Aesonides) Iason filius Aesonis. (Meus) .s. maritus. (Ille Hospes. (Hæsit) Tacuit. (Fixus lumina) Synecdoche, sicut, oculos suffusa .i. habens oculos fixos. (Pudore) Quia non audebat mihi dicere, quod feceras. (Protinus) Statim. (Exilui) Egressa sum ad eum propius. (Ruptis) Dilaceratis. (An uiuit,) q.d. quia nihil mihi respondisti, an uiuit Iason meus, an mortuus est? (Fata trahunt) .i. mors etiã me uocat, si ipse mortuus est. (Timidum) Non ipsum timidum, sed id, quod ait timidum, pro timide .i. ꝙ non audacter dixit. (Deo teste) .i. iurato ab ipso, & adducto in testimonium, nam Deus iuratus dicitur testis eius, qnod iuramus. Iuuen. Tum facile, & pronũ est, superos contemnere testes. (Vt) .i. postquam. (Animus radiit) .i. postquam respiraui aliquantulum. (Aeripedes) .i. habentes pedes ære munitos, ita enim dicunt poëtę eos habuisse. (Vipercos dentes) Non intelligamus fuisse dẽtes illius serpentis peruigilis, qui seruabat uellus aureũ, sed alterius serpentis. (Pro semine) Loco seminis. (Subito) Statim, non per longum spatium temporis, ut alia semina. (Terrigenas) Natos ex terra. (Ciuili) Suo proprio. (Implesse) Perfecisse. (Fata diurna) .i. uitam unius diei, quia quo die nati sunt, eodem sunt mortui. (Deuictũ serpentẽ) .s. narrat, ut serpẽs ille peruigil sit à te deuictus. (Iterũ) Secũdo, qa semel interrogauerã.

* recepta

* Rettulit.

* Deuicto serpẽte, alias, Deuictus serpẽs,

ASC. SED uenefica barbara) .i. feris & immittibus moribus .s. Medea. (Narratur uenisse tecũ, futura) .i. quæ futura est. (In parte tori) .i. in lecto coniugali. (Promissi mihi) .s. per pacta nuptiarũ. Et si dicat Iason, si tu credis ista de me non es fidelis mihi, dicit, quòd amore cogitur ad hoc quia. (Amor est res credula) .i. facile persuadens, & cogens credere, quæ timentur. Vnde Zelotypia ferè ex amore nascitur. (Vtinam dicar temeraria insimulasse uirũ) .i. maritũ meũ. (Criminib.) .s. adulterii, & uiolati tori. (Falsis) .i. non ueris. (Nuper ab Aemoniis) Docet à quo ista audierit, quia ab hospite Thessalico, qui ab Aemoniis oris .i. à Thessalia uenerat. At quia ordo persatilis est paucis percurrã. (Ille pudore hęsit) .i. non audebat respondere, non quia Iason mortuus esset, quod amatrix suspicabatur, sed quia nihil boni de eo dicere poterat, eo ꝙ pellicem adduxisset ueneficã. (Boues æripedes) .i. æreos pedes habentes. (Dentes uipereos) Quos Aeeta rex Colchorũ spargi fecerat. (Ciuili Marte) .i. in bello intestino, quale inter conciues geri solet, qui se mutuis uulneribus interimunt.

Quærimus: alternāt ſpesq́;, timorque fidem.
Singula dum narrat: curſu, ſtudioq́ue loquendi
Detegit ingenio uulnera facta ſuo.
Heu ubi pacta fides? ubi connubialia iura?
Faxq́ue ſub arſuros dignior ille rogos?
Non ego ſum furtim tibi cognita: pronuba Iuno
Adfuit: & ſeris tempora uinctus Hymen.
Vt mihi nec Iuno, nec Hymẽ, ſed triſtis Erinnys
Prætulit infauſtas ſanguinolenta faces.
Quid mihi cum Myniis: quid cũ Tritonide pinu?
Quid tibi cum patria nauita Typhi mea?
Non erat hic aries uillo ſpectabilis aureo:

HVB. ALternant) Variant, & incertam faciunt. (Fidem).i. meum credere.(Spes) Quę faciebat credere, (Timor) Qui prohibebat credere, ſic Virg. Spemq́ue, metumq́; inter dubii. (Singula) Omnia ſigillatim, & per ordinẽ. Studio dilectione. (Curſu) Proceſſu. (Detegit) Aperit. (Vulnera) Iniuriam. (Suo ingenio) Nõ ĩtelligamus facta ſuo ingenio ſed ſuo ingenio detegit. (Heu) Accuſat Iaſona periurii & non ſeruatæ fidei. (Pacta).i. promiſſa.ſ.à te mihi. (Fax).ſ.cõnubialis. (Sub rogos arſuros).i. dignior, quæ interfuiſſet funeribus, & regis mortuorum, quam nuptiis, qui erat futura infelix. (Furtim) Clam, & per adulterium. inde furta dicuntur adulteria, quia clam fiunt. ut, Veneris nec dulcia furta. (Vinctus tempora).i. habent tempora. i. caput uinctum.i. ornatum, & cinctum. (Sertis) Coronis. (At mihi) Quaſi contradicit ſibi (Triſtis) Infelix. (Infelices, ut in fabula Terei lib. 6. Met. Eumenides tenuere faces de funere rapta. (Quid mihi).ſ.erat, q.d. nihil. conqueritur autem, quòd Iaſon unquam ad littus ſuum uenerit. (Myniis) Mynieium. Strabo teſte Orchomenon uocat Homerus à Myniarum natione, hinc uero colonos quoſdam deductos in Colcon Theſſaliæ ex Myniis ferunt, unde Argonautas Mynias dictos eſſe conſtat. (Cum Myniis) Cum Argonautis. Ouid. lib. 6. Met. Iamq́ue fretum Myniæ Pegaſea puppa ſecabant. (Pinu).i. naue. (Tritonide).i. Palladia, hoc eſt, quæ erat in tutela Palladis, uam Tritonia dicitur Pallas à Tritonide palude Africæ, & ipſa nauis cura Palladis eſt fabricata, unde & Palladiam ipſe appellauit in Ibin. Qualis, & ipſe fuit, quo pręcipiente columba. Eſt data Palladiæ duxq́ue, comesq́ue rati. (Typhi) Gubernator nauis Iaſonis, alloquitur autem ipſum abſentem, tanquam pręſentem. (Quid tibi cum mea patria).i. quid negocii tibi erat, quare deberes huc uenire? (Non erat hic) Dicit, ſi ibatis ad rapiendum aureum uellus, non erat hic, ſed in Colchis. (Spectabilis) Pulcher. (Dillo) Pilo, aut lana. (Aureo) Synæreſis fit in ſcanſione.

ASC. ALTERNANT fidem).i. crudelitatem, quia ſpes facit, ut credam adhuc uiuere, timor autem, ut negem. (Singula dum narrat &c.) Callide, ut cetera ferè, addit hoc mulier. nã ſi Iaſon dicat, Credis ſtulta homini perfugæ, qui ut ea narret ad te ſubornatus uenit? dicit, ꝙ non ex propoſito, ſed præter opinionem etiam Medeæ raptum, & eius auxiliũ. (Narrat curſu).i. præcipitatione, & Studio.i. auiditate loquendi, & ita. (Detegit noſtra uulnera).i. aperit cauſam noſtrorum uulnerum, cum Tuo ingenio. i. dum narrat ingenium tuũ, qui auxilio ueneficæ callidiſſimæ in re tam ancipiti uſus fuiſti. (Heu ubi) Non uitioſus eſt uerſus, quia, (ut dixi) monoſyllaba nõ abſumuntur, ut ò utinã, O & præſidium, & dulce decus mecũ. ſed connubialia in ſecunda corripit, ſicut Virg. ſępe cõnubiũ, ut Aen. 1. Cõnubio iungam ſtabili &c. (Hymen) Deus nuptiarũ apud Athen. ſicut Thalaſſius apud Romanos, eo ꝙ uterq́; eſſet defenſor uirginitatis repertus. (Sed triſtis Erinnys).i. furia infernalis, qua auſpice, ſeu pronuba nihil boni perficitur. (Quid mihi cum Myniis) Doelt ad ſe appulſos Argonautas, cũ ab Iaſone decepta ſit. unde dicit. (Quid mihi) Supple eſſe debuit cõmercii? (Cũ Myniis).i. nobiliſſimis illis Theſſaliæ. (Quid cũ pinu,) Id eſt naui ex pinu, quãuis ex alia arbore dicatur facta. (Tritonide).i. ad Tritonem paludẽ nata, q.d. nihil. (Et ò Typhi) Nomen propriæ gubernatoris illius nauis longę, quæ Argo dicitur. unde Virg. in Buc. Alter erit tum Typhis, & altera quæ uehat Argo. (Nauita,) Id eſt qui fuiſti director nauis. (Quid tibi) Supple fuit iuſti commercia cum patria mea, q.d. nihil, & ita non debebas accedere, quia. (Non erat hic,) Id eſt in patria mea, uidelicet Lemno. (Aries

ſpectabilis uillo) Auro pro aureo, ſed credo ueram eſſe lectionem aureo, quia Virg. ferè imitatus, qui aureis, & ferreis quaſi biſyllabis utitur, ut Aen. 5. Sallio uillis oneroſum, atque unguentis aureis. lege ergo aureo.

Non ſenis Aeetæ regia Lemnos erat.
Certa fui primo (ſed me mea fata trahebant,)
Hoſpita fœminea pellere caſtra manu.
Lemniadesq; uiros nimiũ quoq; uincere norũt:
Milite tam forti uita tuenda fuit.
Vrbe uirum uidi: tectoq;, animoque recepi:
Hic tibi bisque æſtas, bisque cucurrit hyems.
Tertia meſsis erat: cum tu dare uela coactus
Impleſti lacrymis talia uerba tuis.
Abſtrahor Hypſipyle: ſi dẽt modo fata recurſum:
Vir tuus hinc abeo: uir tibi ſemper ero.
Quod tamen è nobis grauida cælatur in aluo:
Viuat: & eiuſdem ſimus uterque parens.
Hactenus: & lacrymis in falſa cadentibus ora,
Cetera te * minimi non potuiſſe loqui.

HVB. Aetæ) Aeetes dicitur, & Aeeta per latinam declinationem, pater fuit Medeæ Solis filius, & Perſę frater, ſcribitur autem per æ, diphthongon, & eſt triſſyllabum, licet interdum abiiciatur una ſyllaba, ſed raro. (Non ſenis) Ordo eſt. Lẽnos non erat regia Aeetæ. (Certa fui).i. deliberam. (Caſtra hoſpita).i. uos hoſpites, caſtra autem etiam de nauibus dicuntur. Virg. 3. Aen. Nos caſtra mouemus. (Fœminea manu).i. mulic bribus uiribus, & exercitu. (Sed me) Parentheſis eſt. (Lemniadesque uiros) Vt oſtendat id potuiſſe facile fieri, dicit mulieres Lemniacas fortes eſſe, & aſſuetas uincere uiros, de quibus hęc narratur fabula. Cum Venus uxor Vulcani deprehenſa fuiſſet cum Marte in adulterio in Lemno inſula, Lemniacæ mulieres cum ceteris diis, deabusque ſacra facerent, Venerem ob adulterii infamiam ſpreuerunt, & inhonoratam prætermiſerunt, ob quam rem illa indignata hircinum fœtorem omnibus immiſit, quo ita grauiter olebant, ut à maritis ſpernerentur, qui cum expeditionem bellicam aduerſus Thracas ſuſcepiſſent, eorum uxores conſilium cœperunt, domum, reuertentes omnes interimere, & maſculos omnes delere quod tum omnes effeciſſent, ſola Hypſipyle Thoantis patris miſerta, ei pepercit, quem naui impoſitum Bacchus eius pater in Thoam inſulam perduxiſſe dicitur. Ipſa uero in regia ſuo rogo conſtructo alterius hominis funus celebrauit, pro patre, quem occidiſſe aiebat, & hoc eſt, quod nunc dicit. (Lemniades).i. mulieres Lemni. (Norunt nimium).i. optime ſciunt. (Vincere uiros).i. maſculos, quia deleuerunt maritos ſuos, & omnem prolem maſculinam. (Vita mea fuit tuenda) Fuit defendenda, & ſeruanda contra te, qui ueneras in perniciem meam. (Tam forti milite) Quam ſunt mulieres Lemni. (Vrbe uirum) Amplificat beneficium ſuum, q.d. non ſolum non nocui tibi cum potuiſſem, uerumetiam recepi hoſpitio liberalis. (Hic) In Lemno. (Bis cucurrit) Quia duos annos mecum hic fuiſti. (Tertia meſſis).i. tertius annus, nam à meſſibus, quæ ſingulis annis fiunt, anni denominantur. (Coactus) Inſtante Hercule cum ceteris. (Impleſti) Perfudiſti, quia non potuiſti ea dicere ſine fletu. (Abſtrahor).i. uiolenter, & contra uoluntatem meam hinc abducor. (Recurſus) Egreſſus, & renauigationem. (Tamen) Licet hinc diſcedam. (Quod cælatur) Neutro genere uſus eſt, quia adhuc ignorabat, maſculus ne eſſet, an fœmina. (Viuat) Seruetur à te diligenter, ut uiuat. (Hactenus).ſ. locutus es, hoc eſt, hæc ſola uerba. (Falſa) Simulata, nam cum ſimulares mœrorem ex diſceſſu tuo, non tamen dolebas. (Cetera).i. alia.ſ. præter ſupradicta.

*nemini

ASC. LEMNOS non erat regia).ſ. domus, aut regnum, aut regio, ſed legendum eſt regia, quia primam producit, uenit enim à Rex regis, & non regio, quod à rego, regis deductum primam corripit. (Egu fui primo,) Scilicet aduentu, aut à principio. (Certa,) Id eſt decreui. (Sed mea fata,) Scilicet pernicioſa. (Trahebant,) Id eſt retrahebant me. (Pellere manu fœminea) Quia in Lemno non erant niſi fœminæ. (Caſtra hoſpita,) Id eſt naues externas hoſtiliter in morem caſtrorum inſtructas. (Lemniadesque &c.) Docet ſe quoque potuiſſe.

tuiſſe. (Hactenus &c.) Docet,quomodo in diſceſſu veri amoris ſigna dederat, qui ſi verus erat,etiam nunc quoque eum allicere debert,ſi fictus,iuſte illum perfidium damneret.(Moris autem eſt,vehementer amantibus non poſſe,quæ volunt,omnia eloqui.

Vltimus è ſociis ſacram conſcendis in* Argo:
Illa volat: ventus concaua vela tenet.
Cærula propulſæ ſubducitur vnda carinæ:
Terra tibi,nobis aſpiciuntur aquæ.
In latus omne patens turris circunſpicit vndas:
Huc feror:& lacrymis*osq; , ſinusq; madent.
Per lacrymas ſpecto: cupidæque fauentia menti
Longius aſſueto lumina noſtra vident.
Adde preces caſtas,immixtaque vota timori,
Nunc quoque te ſaluo* perſoluenda mihi.
Vota ego perſoluam? votis Medea fruetur?
Cor dolet: atque ira mixtus abundat amor.
Dona feram templis,viuum quod Iaſona perdā?
Hoſtia pro damnis concidet icta meis?
Non equidem ſecura fui: ſemperque verebar:
Ne pater Argolica ſumeret vrbe nurum.
Argolicas timui: nocuit mihi barbara pellex:
Non expectato vulnus ab hoſte tuli.

HVB. * Argō

* ora, ſinusque madēt.

*Perſoluenda, penta-ſyllabū

VLtimus) Poſtremus, ut oſtenderes, quod te pigebat me relinquere. (Sacram) Quæ (ut diximus) erat ſub tutela Mineruæ.cuius cura fuerat fabricata. (Argo) Legendum eſt, & non Argon.. eſt autē accuſatiuus græcus per ſynæreſin factus. nam integer accuſatiuus erat Argoa.per ſynæreſin Argo. (Illa uolat) .i. celeriter currit per mare.(Tenet)Implet. (Cōcaua) .i. tumefacta. (Subducitur (Subtrahitur.) Propulſę) Agitatæ remis & uentis. (Terra).ſ. aſpicitur. (Tibi) Pro à te. (In latus) Deſcribit locum,ex quo dicit ſe ſpectaſſe naue Iaſonis diſcedentis. (Patēs in omne latus).i. quæ ab omni parte poteſt uideri. (Circunſpicit) Dat quaſi ſenſum rei inanimatæ, nō enim ipſe turris circunſpicit, ſed quia in ea eſt, poteſt circunſpicere.Huc)Pro illuc.i.in illam turrim. (Os) Facies. (Sinus) .i.pectus. (Per lacrymas) Quæ effluebat ex oculis meis.)Lumina).i.oculi.(Fauentia cupidę menti) Quia quod ego optabam,ipſi oculi uolebant,ut aſpicerem,ex affectu enim alicuius rei,& acutius,& lōgius uidemus.(Aſſueto,Id eſt ſolito.(Addo,)Id eſt addidi narratio enim præteriti temporis, ſæpe numero per præſens eleganter fit.ut Dido inferius.Exul ager,cinereque uiri,patriamque relinquo,nam iam reliquerat.Terent.in Andria. interea funus effertur,nos ſequimur. (Immixta timori)Quia ex timore ſuſcipiuntur uota (Timeri) Quem habebā de periculo tuo.(Nunc quoque)Etiam nunc. quia nondū ea ſolui (Perſoluenda).i. reddenda tanquam debita.notandum eſt metri cauſa, perſoluenda diuiſis ſyllabis eſſe legendum . ut u, poſt l,fit uocalis,& non conſonans.ut ipſe alibi: Debuerant fuſos euoluiſſe meos. nam ibi etiam u,fit uocalis ſicut apud Hora.Nunc mare,nunc ſiluæ. nam ſiluæ teſte Priſ.triſſyllabum eſt.(Vota ego perſoluam) Cum indignatione pronunciandum eſt,ſicut cætera uerba ſequentia.(Fruetur uotus)Capiat fructum,& utilitatem ex uotis meis?(Cur dolet,)quaſi dicat dirumpor dolore.(Ita)Intelligendum eſt, ut ſi dicamus mixtus ira , abundat ira,uel amor mixtus ira abundat.i.maior fit,ſecundum illud Terentii,quo minus mihi ſpei eſt,eo magis amo.& inferius Dido ad Aeneam.(Non tamen Aeneam quamuis male cogitet,odi, ſed queror infidum,queſtaque peius amo. (Quod,) Id eſt quia, q.d. cum beneficia ſoleant reddi uota,& dari dona deis,ego ne dabo propter damna mea?quia perdam maritū meum, ex quo magis doleo.quia ſi eſſet mortuus,non putarem amplius eſſe ſperandum. (Hoſtia) Victima,& ſacrificia.(Icta)Percuſſa cultro,& mactata.(Equidem.) Ego quidē. (Secura)Si ne timore.(Semperq;) Oſtendit.qui eſſet timor eius. (Verebar)Timebam.(Pater)Tuus, Aeſon.(Ex urbe argolica)Theſſalica.na Argos urbs fuit Theſſaliæ,licet & eiuſdē nominis fuerat alia in Achia.(Argolica)Theſſalicas,ut diximus.(Barbara) Pōtica.(Non expecto) nō ſperato,& iprouiſo.(Vulnus)Iniuria,eſt aūt trāslatio.i. læſa ſū, à quo minime putabā.

Nunc

ASC. NVNC quoque te ſaluo perſoluenda) Aut diæreſim fecit,ut perſoluenda pentaſyllaba ſit dictio,aut ut languorem animi ſignificet, præter morem ſponda, cum quaſi uerſum facit,ſed tutius eſt pentaſyllabum dicere,cum id alibi faciat poëta. (Vinum quod Iaſona perdam) Præter legem.ſ.matrimonialem. Norint autẽ pueri, quando i,cum uocali ſequẽti in prima ſyllaba ponitur,nolle cum ea ſyllabificari,ſed in duas ſyllabas diuidi,ut in Iaſon, Iaſius,Ieſus,Iollas,Iulus,Iacobus,Iambus,Iepta,Ioſeph,& cetera. (Ne pater).ſ.tuus Aeſon.(Ab hoſte) Maſculinum genus præpollet,quia generaliter loquimur. potuiſſet tamen dicere non expectata,ſed non tam uenuſte.

Nec facie,meritisq; placet:ſed *carmine mouit:
Direque cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem * curſu deducere Lunam
Nititur:& tenebris abdere ſolis equos.
Illa refrænat aquas:obliquaque flumina ſiſtit:
Illa loco ſiluas,uiuaque ſaxa mouet.
Per tumulos errat * paſſis diſcincta capillis:
Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.
Deuouet abſentes:ſimulacraque cerea fingit:
Et miſerum tenues in iecur urget acus.
Et quę neſcierim melius.* male quæritur herbis,
Moribus,& forma conciliandus amor.

HVB. NEc facie) Adducit eam in odium dicens eam eſſe incantatricem.(Facie) Pulchritune.(Meritis) Virtutibus,uel certe officiis. (Mouit) Peruertit te ad amorẽ ſuum. (Pabula dira) Herbas noxias (Falce cantata) .i. incantata, ut maiorem uim nocendi haberent. falce autem dixit, quia ſecundum rationem magicam herbæ aliæ uellebãtur, aliæ incidebantur, pro ut uolebant earum eſſe uim. Inde Virg. 4. Aeneid. Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis, Pubentes herbæ nigri cum lacte ueneni.(Illa).i.Medea pergit narrare ea,quæ Medea facit per incantationes ſuas,quæ ueneficæ,arte magica ſolent facere,ut oſtendit Lucanus,ubi Theſſalidum narrat magicas artes. & ipſe Ouid.in 1.amorum de Dipſade læna,quam eandem ueneficam eſſe dicit,ſic,inquit. Illa magas arteis,ææaque carmina nouit.Inque caput liquidas artes recuruat aquas. Scit bene quid gramen,quid torto concita thombo.Liciat,quid ualeat uirus amantis equæ,Cũ uoluit,toto glomerantur ſidera cœlo,Cum uoluit,pur o fulget in orbe dies &c. (Deducere Lunam) Virg.iu Buc.Carmina uel cœlo poſſunt deducere Lunam.Tibul.Cantus & è curru Lunam deducere tentat. (Reluctantem) Inuitam, reſiſtentem. (Abdere) Occultare. (Tenebris) Caligine, id eſt facere ſolem obſcurari. (Illa refrænat) Retinet. (Obliqua) Curua,epitheton fluminum.(Siſti) Moratur.(Loco) Ex loco ſuo,ubi erant.(Viua) Naturalia,eo loco nata.(Per tumulos) Per ſepulchre Mortuorum. (Paſſis) Sparſis. (Diſcincta) Soluta,ſic enim exigebat ratio magica. (Certa) Quædam oſſa,non autem omnia.(Tepida) Adhuc Calentibus,ubi paulo ante fuerunt combuſta cadauera.(Deuouet) Execratur, & incantationibus ſuis inficit.(Fingit) Facit. (Simulacra cerea).i. effigies cereas, quæ repræſentet eos,quos uult demouere. Virg.in Bucc. Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit,uno eodemque igni,ſic noſtro Daphnis amore. Idem Terque hæc altaria circum effigiem duco.& Hora.in 1.Serm.Lanea & effigies erat, altera cerea,maior Lanea,quæ pœnis compeſceret inferiorem &c.(Vrget) Infigit.(Tenues acus in iecus).i. ulcerat imaginẽ ceream in iecore,quaſi in ſede amoris,ut ita percutiatur ille,cuius eſt illa imago.(Et quæ) .ſ.alia facit,quæ.(Neſcierim).i.neſciam,uel neſcirem dicere. (Melius mage) Diſtinguendum eſt,& cauendum,ne duæ dictionis comparatiuæ cum eodem uerbo iungantur, & nec magne iungatur,cum neſcierim,ſed ſic dicendum,(Amor melius conciliandus).i. qui iuſtius,& honeſtius conciliatus,& acquiritur.(Moribus).i.uirtutibus.(Et forma) Quia hæc duo maxime alliciunt uiros ad amorem alicuius mulieris,& econtra. (Mage) Pro magis. (Quæritur) ſcilicet à Medea.(Herbis).i. ui herbarum & incantationibus, & hic eſt uerus ſenſus,& uerus ordo.amor melius conciliandus moribus,& forma,quæritur magis herbis, ſcilicet à Medea.

* Aarõ legit carmine nouit.
* curru & fortaſſis melior
*ſparſit
* ne a-ge, & mage, pro magis.

ASC.

SED carmine mouit,)Id eſt incantatione magica.(Metit).i.ſecat.(Falte cantata).i.arte magica,& incantatoria.munita.(Pabula dira).i.uenefica.(Illa reluctantem)Sic in Buc. Carmina uel cœlo poſſunt deducere Lunam,ſed locus ſumptus eſt 4. Aenei.ubi de ſacerdote magna dicitur.Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes, Quas uelit, eſt aliis duras immittere curas.Siſtere aquam fluuiis, & uertere ſidera retro,&c. (Et quæ neſcierim melius mage)Legendum uult ſuperior ne age. ne alterum comparatiuum abundet. ordo autem nunc eſt.(Et ſupple alia. (Quæ ego neſcierim).i. neſcire deberem. (Melius).i.conuenientius,& decentius,quàm ſupple ſcirem.(Age).i. agendum dic mihi Iaſon. (Quæritur ne).i.acquiritur ne apud te.(Herbis).ſ.magicis.(Amor conciliandus).i.acquirendus.(Moribus).ſ.probis.(Et forma).ſ.elegantis,quaſi dicat id quidem fit, ſed indecenter.de imaginibus laneis,& cereis ab incantatricibus fieri ſolitis, dicit Hora.lib.1.ſermonum in Satyra quæ incipit. Olim truncus eram,&c.

Hanc potes amplecti?thalamoq; relictus in uno
  Impauidus ſomno nocte ſilente frui?
Scilicet ut tauros,ita te iugi ferre coëgit:
  quaque feros angues,te quoque mulcet ope.
Adde:qui adſcribi factis procerumque, tuisque
  Se facit:& titulo coniugis uxor obeſt.
Atque aliquis Peliæ de partibus acta uenenis
  Imputat:& populum,qui ſibi credat, habet.
Non hæc Aeſonides,ſed filia * Phaſis Aetæ
  Aurea phrixeæ terga * reuellit ouis.
Non probat Alcimede mater tua: coſule matrē:
  Non pater:à gelio cui uenit axe nurus.

HVB.

HAnc potes) Admiratiue pronunciandum,q.d.unde eſt tibi tanta fiducia. (In uno) Vt ſis ſolus cum ſola uenefica. (Impauidus) Intrepidus deberes enim ſemper eſſe in maximo timore,quando dormis cum ea.(Scilicet) Certe,q.d.ita te incantauit, ſicut tauros,quos eius ope dicis te uiciſſe. (Coëgit te ferre iuga).ſ. ſibi eſſe ſubditum. (Ope)Eadem ui, id eſt incantatione.(Adduxit eam in odium, nunc adducit in inuidiam dicens, quod ea, quæ Iaſon fecit, Medea ſibi omnia attribuit. (Adde)Supradictis uitiis. (Aſcribi)Annumerari(Procerum) Caſtoris,Pollucis, Herculis,& cæterorum heroum qui tecum fuerunt in rapiendo uellus aureum,ſunt autem proceres teſte Seruio, Capitella trabium,unde & eminentiores uiri proceres dn̄r. (Et tuis).ſ.factis. (Obeſt)Nocet. (Titulo Coniugis).i.laudibus tuis.quia non tibi,ſed ipſi uult aſcribi uictoriam tuam. (De partib. Peliæ)Non intelligamus de Theſſalia,ſed de iis,qui Peliæ fauent,nam partes dicuntur,qui diuerſis fauent,unde Lucanus:Hæc facient partes,&c.partes Romanas appellauit, quorū alii Pompeio alii Cæſari fauebant;unde dicimus Cic.fuit de partibus Pompeii.i.qui Pompeo fauit,hoc aūt pluribus uerbis dixi,quia multi male interpretantur ut dicant de partib. Peliæ.i.de Theſſaliæ,quaſi Iaſon eſſet etiam ipſe Theſſalus,ſed partes dixit, quia alii Iaſoni,alii Peliæ fauebant.Imputat,aſſignat,& attribuit.(Acta).ſ.à te.i.uictorias tuas.(Venenis).i.incantationibus,& herbis Medeæ,& dicit te uiciſſe eius auxilio. (Populum) Maximū partem Theſſaliæ. (Qui credat ſibi) Ita eſſe, ut dicit, & ita minoris æſtimet uirtutem tuam(.Non hæc)Ponit uerba,quæ dicit ille fautor Peliæ.(Aeſonides) Iaſon. (Non reuellit)Non abſtulit,& bene reuellit,quia fuerant affixa templo Martis à Phryxo, ut ſupra diximus.(Hæc Δεικτικῶς.i.demonſtratiue, Iaſon enim portauerat in Theſſaliam. Reuello aūt,& reuulſi,& rauelli facit.Virg.in Bucco.Cynthius aurem uellit, & admonuit, & in 2. Aeneid.poſteſque a cardine uellit.(Sed Phaſis).i.Medea, legitur autem & Phęſis, & Phaſias,ſi Phaſis breuiatur propter uocalem ſequentem prima ſyllaba huius dictionis Aetæ, quæ erat longa diphthōgo,quod placet magis, ſi uero legatur Phaſias abiicietur una ſyllaba in medio,quod minus placet,& rarius reperitur.(Non probat)Dicit hanc fama non placere iis,qui amant ipſum Iaſona.(Conſule).i.interroga, quid ſibi uideatur. (Non pater) ſ.probat.(A gelido axe).i.à regione ſeptentrionali.nam Colchi in regione frigida ſunt.

* Phaſias & etiam Phaſis Oetę
*reuulſis

Hanc

ASC. HANC potes amplecti) Aggreditur principalem totius epistolæ intẽtionem, quæ est odium Medeæ inducere, quam quia uenefica est, exhorrendam omnibus, & præcipue ei, q cum ea in uno lecto coniungitur, significat, dicens eum subactum ab ea, quomodo tauros illos feroces subegit. Adde ꝙ ascribi &c. tangit, quod Dares Phrygia asserit, derelictam uidelicet Medeam, ne turpe sit Iasonem, non sine fœminæ auxilio uincere potuisse. (Atque aliquis Peliæ de partibus) Pelias patruus Iasonis in somnis uisum habuit ab eo excidium se passurum, quem postridie altero pede nudum offenderet, atque cum is Iason esset, quẽ occidere honeste nequibat, persuasit Colchos ad aureum uellus habendum adire ea spe, ut nunquam rediret. Qui ergo Peliæ partes sequerentur, dicerent non propria, sed Medeæ uirtute rediisse. (Aurea Phryxeæ terga reuulsit ouis) Alii legunt, reuellit, a reuello, sed Seruius docet ab eo reuelli, & non reuulsi deduci, licet reuulsus in passiuo dicatur participio. Est tamẽ perfectior, & manifestior constructio, ut sit. (Aesonides) .i. Iason Aesonis filius. (Reuulsit) .i. à loco, ubi Marti consecrata erant. (Reuellit hęc aurea terga) .i. uellera. (Ouis Phryxeę) .i. arietis, quo Phryxus trans Pontum uectus dicitur. (Sed Phasis) .i. mulier apud Phasim nata, ut Medea filia Aeetæ regis. s. Colchorum. Phasis ergo patronymicum à loco est.

Illa sibi à Tanais, Scythicæque paludibus undæ
 Quærat, & à patria Phasidis usque uirum.
Mobilis Aesonides, uernaque incertior aura,
 Cur tua pollici pondere uerba carent?
Vir meus hinc ieras: cur non meus inde redisti?
 Sim * reducis coniux: sicut euntis eram.
Si te nobilitas, generosaque nomina tangunt:
 En ego Minoo nata Thoante feror.
Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona,
 Præradiat stellis signa minora suis.
Dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti:
 Me quoque iam tales inter habere potes.
Nunc etiam peperi. gratare ambobus Iason:
 Dulce mihi grauidæ fecerat auctor onus.
Felix in numero quoq; sum: prolemq; gemellã
 Pignora Lucina bina fauente dedi.

HVB. ILla,) Quasi dicat non est, quod ipsa Barbara debeat quęrere maritum in uestris regionibus, sed in suis, quæ eius moribus conueniunt. (Tanais) Fluuius Scythiæ, qui Europam ab Asia diuidit. (Paludibus undæ Scythicæ) Puto ĩtellexisse Mœotidem paludem in quam & aliæ aquæ multæ Scythiæ, & ipse Tanais influit. (A patria Phasidis) .i. à Cholchide, ubi est Phasis fluuius, unde Phasiani delati ad nomen accederunt. (Mobilis) Mutabilis à mouendo. (Incertior) Inconstantior. (Aura uerna) .i. uento ueris. (Bacchus auus) .s. paternus. (Bacchi cõiux) .s. Ariadne auia mea. (Redimita corona) Qua Bacchus eam ornauit, cum in cœlum rapuit, & Sydus fecit, quod Coronam appellauit, de quo Virg. 1. Georg. Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ. Hanc autem coronam cum Venus à Vulcano marito in donum accepisset, postea donauit Ariadne, cum nuberet Baccho, quam (ut diximus) Bacchus etiam in cælum translatam habere uoluit, ut ipse in 3. Fast. dicit. Sintque tuæ faciam tecum monumẽta coronæ, Vulcanus Veneri quam dedit illa tibi. (Præradiat) Splendore uincit. (Suis stellis) Nam Bacchus nouem gemmas coronæ Ariadnes mutauit in nouem stellas, ut Fast. lib. 3. Dicta facit, gemmasque nouem transformat in ignes. Aurea per stellas nunc micat illa nouem. (Dos) Addit etiam dotem. (Lemnos) Insula mea. (Terra ingeniosa) .i. fertilis, & natura bona. nam ingenium, & natura etiam de terra dicitur: pro ui, & possibilitate. unde & Ouid. lib. 4. Fast. Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis Terra, sed ad segetes ingeniosus ager. Ergo non legatur ingeniosus, ut à quibusdam male. (Me quoque quod tales) Melius legitur res tales. ut si sensus inter tales res. i. inter nobilitatem, & dotem, & similia, non debes me spernere. (Nunc etiam peperi) Laudat se à fœcunditate, quæ solet esse grata maritis. (Gratare) Gratulare. (Ambobus) Mihi, & tibi. (Auctor). i. is, per quem eram grauida, scilicet tu. (Dulce) Non molestum, quia si uxor amat maritum licet graue sit

*referã?

ferre partum in utero, tamẽ fert libenter propter maritum, cui uidet esse gratum. (Quoq;) Etiam.i.præter hoc quod peperi. (Sum etiam felix) Quia non vnum, sed geminos peperi Thoantem.s.& Eunæum. (Lucina) Dea partus, quam eandem Iunonem esse uolunt: ut Terent. Iuno Lucina fer opem. Lucinam autem appellant uel à luco, qui erat sub Esquilino monte vbi de fœcunditate mulieres responsa acceperunt, vt ostẽdit Ouidius lib.1. Fastorũ vel à luce, in quam pueros nascentes deducere dicitur, vt idem est auctor loco supradicto. Gratia Lucinæ, dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principium tu dea lucis habes: hęc græce dicitur Ilithya. Ouid. lib.9. Met. Præpositam timidis parientibus Ilithyum. (Fauente) Dante mihi pariendi facultatem. (Pignora.i.filios.

NVNC etiam peperi) Conatur allicere per gemellos, quos illi peperit, quæ summa conciliandi, atque conseruandi inter coniuges amoris ratio est. Ordo est. (Ego etiam,) Id est præter cetera dotes, & amoris pignora. (Peperi nunc) Supple gemellos, quos facile intelligitur subdendo. (O Iason gratare).i.gratulare. (Ambobus) Non enim ambobus gratulari posset, nisi duos peperisset, nec potuit ex Iasone duos peperisse, nisi gemellos, cum ante profectionem eius nullam peperit. (Auctor).s.Iason fecerat mihi grande onus, dulce. potest tamen sensus esse, & ordo. (O Iason ego peperi ambobus).i. & tibi, & mihi, hoc est communem nobis prolem (Gratare,) Id est graturale nobis, quod libentius dixero, quam priori modo, quia subditur, Felix in numero quoque sum, quasi prius numerum nõ expressisset. ASC.

Si quæras, cui sint similes: cognosceris illis:
Fallere non norunt: cetera patris habent.
Legatos quos penè dedi pro matre ferendos.
Sed tenuit cœptas sæua nouerca uias.
Medeam timui: plus est Medea nouerca:
Medeæ faciunt ad scelus omne manus.
Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros
Corpora: pignoribus parceret illa meis?
Hãc tamen ô demẽs, Colchisq;, ablade uenenis,
Diceris Hypsipyles præposuisse toro.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo:
Me tibi, teque mihi teda pudica dedit.
Prodidit illa patrem: rapui de cæde Thoanta:
Deseruit Colchon: me mea Lemnos habet.
Quid * refert: scelerata piam si vincit: & ipso
Crimine dotata est: emeruitque virum.
Lemniadum facinus culpo, non miror Iason:
Quælibet iratis ipse dat arma dolor.

ILlis) Per illos.i. si quis videat illos, videtur te videre. (Fallere) Sicut tu. (Cetera) Præter cognitionem fallendi (Patris) .s.tui, qui es eorum pater. (Legatos) Quasi nuncios. (Pro matre) Pro me. (Tenuit) Impediuit. (Cœptas) Institutas, & propositas. (Plus nouerca).i.crudelior crudeli, nam cum omnis nouerca sit crudelis, ipsa est plus quam nouerca. (Faciunt).i. conueniunt (Spargere) Argumentum à maiori ad minus. si inquit, tam fuit crudelis, quod potuerit interficere fratrem suum, nunquid parceret filijs meis? quasi dicat minime. nam cũ fugeret cum Iasone, ut patrem insequentem retardaret, fratris sui Absyrti membra dilacerauit, & varijs locis sparsit: vt pater occupatus in eis colligendis desisteret ab insecutione. Is locus postea Tomos, id est incisio dictus est, ut Ouidius in Trist. scribit. Inde loco nomen Tomos est, quid dicitur illic Membra sui fratris subsecuisse soror. (Parcere) Interrogatiue, quasi dicat non. (Ablate) Capte. (Præposuisse toto Hypsipyles,) Id est maluisse eam vxorem, quam me. (Turpiter) Adducit eam in contemptum, eius impudicitiam commemorans. (Virgo) Ad ætatem rettulit. (Virum) Scilicet te. (Turpiter) Quia id fecit clam patre suo. (Teda) Pro nuptijs ponitur. (Prodidit) Decepit, quia fauit tibi, qui eius res eras rapturus, & eo insciente aufugit. (Rapui) Liberaui. (Thoama) Patrem meum, vt supra diximus. (Deseruit) Quia fugit. (Habet) tenet me, quia remansi in patria, HVB.

*reduci

sicut

ſicut honeſtas decet mulieres. (Quid referam) Male legitur quid referam, cum legendum ſit, quid refert? nam poſtea quam commemorauit Hypſi probitates ſuas, & Medeæ flagitia, dicit quid tñ refert? quod ego ſim proba, & ipſa flagitioſa, ſi plus poſſunt ſcelera, quam probitates: & hæc eſt uera lectio, talis eſt ẽt ſenſus apud Ouid. lib. 2. Met. Quid tñ hoc prodeſt, ſi diro facta uolucris. Crimine Nictymene noſtro ſucceſſit honori: ergo. (Qui refert). i. qd prodeſt. (Si ſcelerata) Medea. (Vinciat piam). ſ. me, & eſt dotata. (Ipſo crimine). i. ſi à te exiſtimatur habere ſatis magnam dotem, quia eſt uenefica. (Emeruit). ſ. per crimina & ſcelera ſua Lemniadum, ne ipſa Hypſipyle dicatur eſſe crudelis, quia crudele factum. (Lemniadum) Supra commemorauit: excuſat eas. (Culpo). i. reprehendo. (Non miror) Quod inter fecerint uiros, à quibus ſpernebantur. (Quælibet arma) Sic Virg. Quodcunque repertum. Rimanti telum ira fecit. (Dolor) Qualis erat ipſarum quæ ſpernebantur.

ASCENSIVS.

ASC. COGNOSCERIS illis) Id eſt in illis, aut per illos, quia ſimillimi ſunt, & tui, ſed. (Fallere non norunt, cetera patris habent). i. in omnibus patri ſimiles ſunt præterquam, ꝙ non ſunt fallaces, ut tu. (Pignoribus parceret illa meis) quaſi dicat minime. Notus eſt uerſiculus. Pignora natorum dicuntur, pignora rerum. ſ. aliarum, quæ in pignus dãtur. (Ablate). ſ. à ſenſu, & ratione. (Venenis Colchis). i. Colchicis, principale pro deriuatiuo. (Emeruit). i. expreſſe meruit. Culpo non miror). i. nec approbo, & laudo, nec imitor, ut miratorque Catonis apud Lucanum. (Quælibet iratis) Sic Aenei. 1. Furor arma miniſtrat.

Dic age, ſic uentis, ut oportuit, actus iniquis
Intraſſes portus tuque, comeſque meos:
Obuiaque exiſſem fœtu comitata gemello:
* Hiſcere nonne tibi terra roganda foret?
Quo uultu natos, quo me ſcelerate uideres?
Perfide quo pretio, qua nece dignus eras?
Ipſe quidem per me tutus, ſoſpeſque fuiſſes:
Non quia tu dignus: ſed quia mitis ego.
Pellicis ipſa meos impleſſem ſanguine uultus,
Quoſque ueneficiis abſtulit illa ſuis.
Medeæ Medea forem. quod ſi quis ab alto
Iuſtus adeſt uotis Iupiter ipſe meis:
Qđ gemit Hypſipyle: lecti quoq; * ſuccuba noſtri
Mœreat: & leges ſentiar ipſa ſuas.
Vtque ego deſtituor coniux, materque duorum:
A totidem natis orbe ſit * illa uiro:
Nec male parta diu teneat: peiuſque relinquat:
Exultet: & toto quærat in orbe fugam.
Quàm fratri germana fuit, miſeroque parenti
Filia: tam natis, tam ſit acerbo uiro.
Cum mare, cum terras conſumpſerit: aẽra tẽtet:
Erret inops, expes, cæde cruenta ſua.
Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro:
Viuite deuoto nuptaque, uirque toro.

NVB. DIc age) Interrogat Iaſona, quo uultu uidiſſet, & eam, & filios ſuos, ſi uentis delatus fuiſſet ad littus Lemni. (Age) Hortantis ordo eſt, Age dic quo uultu uideres natos, & me ſi tu actus uẽtis iniquis intraſſes portus. & ego exiſſem obuia &c. Hiſcere. per parentheſim, & interpoſitionem, legendus eſt hic uerſus. (Terra foret roganda hiſcere). i. ut hiſceret, & ſe aperiret tibi, ut te abſorberer, potiuſquam aſpectum meum, quam deceperas uideres cum adultera tua. (Quo). i. quali. (Quo pretio). i. qua pœna. Sic Terent. ego pretium ob ſtultitiam fero. Iuuen. Ille crucis pretium ſceleris tulit. i. pęnam. (Qua nece) Quaſi dicat crudeliſſima. (Ipſe) Tu. (Per me). i. quantum ad me pertinet, quia nihil nocuiſſem tibi. (Non quia tu dignus) ſcilicet ſis eſſe tutus. (Sed quia ego mitis) id eſt clemens. quę nẽſcio nocere. (Pellicis) Medeæ. (Sanguine) Suo, quia dilaceraſſem eius uultus. (Quoſque) id eſt & uultus, ſcilicet tuos. (Quos abſtulit ueneficiis ſuis) Id eſt quos ſuis incantationibus cepit, ut ſupra. Colchiſque ablate uenenis. Medeæ Medea) Proprium nomen

* Népe

* ſubnuba

* atque uiro.

men pro appellatiuo posuit.i.Medeam pro crudeli.(Quod si quis) Imprecatur Medeæ eadem,quæ ipsa patitur,ut ita aliquando priuetur marito,sicut ipsa priuata est ab ea.(Si Iupiter iustus)Exaudit preces,& uota mea.(Succuba)Concubina.s. Medea.(Mœreat) Fleat. (Quod Hypsipyle gemit) .i. id quod ego doleo..s.mihi ereptum maritum . (Suas leges) Quia alii facit iniuriam,dat quodammodo leges sibi quoq; inferendi iniuriam. (Vt ego) Optat,ut Medea,iam facta mater de Iasone, post filios susceptos ita relinquatur ab Iasone,ut ipsa relicta.(A totidem naris).i.post totidem natos.i.postquam duos filios susceperit,quod quidé ita ei accidit,sicut imprecata est.(Male parta)Male quæsita, secundum prouerbium,& dictum cuiusdam poetæ.Male parta male dilabantur.(Peius)Quam.s.acquisiuerit.(Exultet)Expellatur ex patria.(Quā fratri)Vt terrear Iasona , imprecatur,etiā,ut Medea fit ei,& filiis eius crudelis.Ordo.(Illa fit tam acerba natis).i.tā crudelis mater.(Et tam acerba uiro).i.tā crudelis uxor tibi marito suo. (Quā) .s.acerba. (Germana) .i.soror. Fuit fratri Absyrto,quem supradiximus fuisse ab ea laceratum.Et.(Quam acerba filia fuit misero parenti(Quem,prodidit,cui interfecit filiā.(Aëra tentet).i.uolet per aëra.quod q dem Oui.scribit fecisse lib.7 .Met. Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras.Non exempta foret pœnæ.(Erret)Vagetur,& eat huc illuc.(Expes)Sine spe.(Cruenta sua cæde) .i.q̃ seipsam iterficiat.(Ego Thoantias).i.Hypsipyle filia Thoātis.(Nupta)O Medea.(Vir).i. ò Iason.(Viuite) Diu manete. (Denoto).i.execrationibus,& infelicitatibus pleno. Finis fuit quod Iason nūquam recepti ipsam Hypsipylem,sed cum cognitum fuisse à Lemniadibus,quod duos filios masculos ex Iasone suscepto cōtra leges suas aliis faceret,& ad suppliciū posceretur , illa accepta nauicula fugere parabat,sed comprehensa à piratis data est domo Lycurgo regi Nemeæ,quæ cum eius filium Opheltem nutriret, & redeuntibus à bello Thebano regibus,& in Nemea silua penè siti pereuntibus,cum ab eis rogata fuisset,ut Langiam fontem eis ostenderer,& ab Adrasto Argiuorum rege interrogaretur, quænam esset, dum ad omnia respondet,diutius morante puer,quem inter herbas,floresque ludētem reliquerat, ā serpente interemptus est,uerum à filiis Thoante,& Eunço,qui cum Adrasto erāt cognita est,esse eorum mater . Quamobrem cum Lycurgus audito casu filii eam quæreret ad suppliciū,à regibus,& filiis auxilio implorato liberata est.Quid postea de ea fuerit,non legi.Medea uero post quos filios ex Iasone susceptos,ab eo repudiata est superinducta uxore Creusa filia Creontis Corinthiorū regis.Medea ultra mariti iniuriam Athenas fugit, ibique Aegeo patri Thesei nupsit,& ex eo suscepti Medum filiū,à quo postea Media regio dicta est.eique penè omnia euenerunt,quæ imprecata est Hypsipyle.

D I C age si uentis)Prudentes ponit casum,ut casus fiat,& contingat,nam desiderabile esset patri liberos gemellos,quos nunquam uiderat,obuiam habere.(Medeæ Medea).i.cru- ASC. delissimæ inrerfectricis interfectrix. (Si quis Iupiter).i.iuuans pater deus.s.Succuba dicitur,quæ furtim cubat,ut in alieno toro,na sub occultationem denotat, ut sublegere,subripere,suffurari,subducere,sustollere,&c.Imprecationes autē,quas ponit,omnes Medeę euenerunt,sicut quas Dido ponit Aen.4.Aeneæ.(Thoantias).i. Thoanties filia.patronymicū adiecta syllaba formatum.nā hæc Thoantis huius Thoantidos fieri debet à genitiuo Thoantis,cuius nominatiuus est Thoas.(Deuoto toro) Hinc notum est,quia deuotio in malū saltem penè sumitur. nam is dicitur deuotus alicui, qui pro eius salute morti addicitur.Et ideo quia pro fide deuoti sumus,tractum est,ut is Zelus,quem in Deum, & religionem habemus,à Christianis deuoti dicatur.

IN VII. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

ILio,Troiaq; omni à Græcis euersa Aeneas Veneris & Anchisæ filius patriam relinquens , constructa classe apud Antandrum ciuitatem, se mari credidit tum patre , & Ascanio filio , & dijs penatibus & multis Troianis , qui se eius nauigationis comites , & socios præbuerunt , & primum quidem in Thraciam delatus est , ubi Aenum oppidum condidit , ut multi putant : Mox, prodigij territus , & uoce Polydori crudelissime à Polymnestore Thracum rege interfecti admonitus , ut inde fugeret Delum tenuit , illic accepto ab Apolline responso , errore patris male interpretantis responsum , Cycladas insulas præ-

teruectus ad Cretam uenit quam fatalem terram, & ab oraculo praedictam. Anchises crediderat, uerum cum ibi pestilentia laboraret, à dijs penatibus in somnijs monitus, ut discederet, ad Strophadas delatus est insulas, inde praeteruectus maritima Graeciae, apud Epirum susceptus est Heleni hospicio, qui Troianus, & Priami filius illic Pyrrho successerat in regno inde profectus Calabriam tenuit, ex qua statim discessit territus aduentu Diomedis, nauigauitq; usque ad Scyllam, & Charybdim, quae sunt in mari Siculo Aetnae uicine inde uentus agitatus circuita maxima parte Siciliae Drepanum uenit, ubi (ut Virg. uoluit) patrem amisit, quo in Sicilia sepulto & honoribus praebitis, donatis ab Acesto Troiano, qui in Sicilia regnabat, uino & ceteris necessarijs, cum discessisset, ut in Italiam ueniret, quam sibi satis dari, & à Creusa uxore, & ab oraculo reperto in Delo, & ab Heleno intellexerat, tempestate maris, & uiuentorum agitatus, in Libyam delatus est, ex 20. nauibus una duntaxat submersa Forte per ea tempora, ut Virg. finxit Dido, quae ex Tyro fugerat marito suo Sycheo à Pygmalione ipsius fratre interfecto, metuens & ipsa fratris saeuitiam, & auaritiam, in terra Libica urbem nouam Carthaginem condebat, empto ab Hyarba rege solo, quantum posset taurino corio circundate, quo secto in minutissimas corrigias, in tantum id extendit quod occupauit stadia duo & 20. quo spatio urbem condidit. Ad hanc igitur Didonem cum Aeneas uenisset cum socijs ab ea, & urbe, & hospitio exceptus est liberalissime, mox etiam ab ea amatus cum illa concubuit, cunque ibi moraretur, admonitus ab Anchise patre in somnijs, & à Mercurio ab Ioue misso, ut inde discederet, & fatalem terram peteret non ausus reginae dicere, cum clam abire pararet, regina Dido praesentes postquam frustra precibus fatigauit Aeneam, fingitur ab Ouidio hanc epistolam ad eum scripsisse, in qua nititur reuocare eum à proposito nauigandi, arguens ab honesto, & tuto, ab honesto quidem, quia non deceat eam deserere, à qua hospitio sit exceptus & omnibus res adiutus, & cui fidem dederit, à tuto, quia mare procellosum, & tempestuosum sit, à quo sit tutum abstinere, & habeat terram paratam, quam relinquere propter incertam imprudentiae sit. Commemorat autem sua in Aeneam beneficia, & rogat, ut si decreuit omnino discedere, saltem differat, & expectet donec mare tranquillum sit. Quod si noluerit dicit, quod seipsam interimet, & iubebit inscribi epitaphium in sepulchro, quo Aeneas cognoscatur fuisse causa eius mortis.

DIDO AENEAE.

EPISTOLA VII.

Accipe Dardanide moriturae carmen Elisae.
Quae legis, à uobis ultima, uerba legis.



IC, ubi fata uocant, udis abiectus in herbis
Ad uada Meandri concinit albus olor:
Nec, quia te nostra sperem prece posse moueti.
Alloquor: aduersus mouimus ista deo.
Sed meriti famam, corpusq;, animumq; pudicũ
Cũ male perdiderim: perdere uerba leue est:
Certus es ire tamẽ: miseramq; relinquere Dido:
Atque iidem uenti uela, fidemque ferent:
Certus es Aenea cum foedere soluere naues:

HVB.



IC, ubi) Dicit Dido se appropiquante fine suae uitae, effundere flebiles uoces ad Aeneam sicut cygnus uicinus morti solet flebiliter cantare. Ferunt enim appropinquantibus cygnis extremo uitae pennam in capite natam paulatim in cerebrum descendere, interea uero ipsos cygnos flebiliter cantare, donec moriantur. Ouid. lib. 2. Fast. Flebilibus numeris ueluti canentia dura Traiectos penna tempora cantat olor. Plin. lib. 10. olorum morte narratur flebilis cantus falsis (ut arbitror) aliquot experimentis. Ordo est. Olor albus. (Abiectus) Positus. (Ad uada) id est apud aquas. nam uada dicuntur aquae, per quas pedibus uadere possumus interdum simpliciter pro omnibus aquis ponuntur. (Maeandri) Fluuii Lydiae, iuxta quem multi sunt cygni. (Concinit) Cantat. (Sic). s. flebiliter, sicut ego nunc canto. (Vbi) id est quando. (Fata uocant). i. mors eum trahit. (Moueri,) Id est flecti.

(Mouimus ista).i.tibi preces fecimus.(Deo aduerso).i.nobis irato, & non fauente. Iuuen. de Demosthene.Dijs ille aduersis genitus. (Sed,)q.d.cum maiora perdiderim, possum etiã Perdere liuiora.i.verba frustra fundere.(Famam)Laudẽ.Meriti).i.beneficij mei tibi collati.(Corpus)A te violatum.(Leue).i.facile.(Certus es).i.deliberasti.(Ferẽt) Auferent(Fidem)quam mihi dedisti, quia discedet tecum, neque eam mihi seruabis. (Cum fœdere).s. connubiali.(Soluere)Proprie dixit.nam naues dicuntur solui cum a littore mouentur.Statius in Achilleide.Soluerat Oebalio classem de littore pastor Dardanus. dicit ergo deliberasti & naues,& fœdus nuptiale,quod mecum feceras,tecum abducere.

SIC, vbi fata vocant)Hęc epist.vij.quam Dido ad Aeneam scripsisse fingitur,priusquã abiret,ferè ex iiij.Aen.argumentum assumpsit,verum illic nõ scripsisse, sed sororem Annã misisse dicitur.Principium videtur tacitæ obiectioni per antipophoram respõdere?ac si ipsa se aut Aeneam induxerit per lõgam cogitationem obijcientem,ac dicentem si certum. aut decretum eum omnino tibi mori.teq; interficere,cur scribis Dido?quid canis moritura?Respondet.(Sic vbi fata vocant &c.) Hoc est,sicut ego moritura cano, hoc est carmine epist.scribo.(Olor).i.cygnus albus,sed per excellentiã abiectus in herbis. (Concinit).s.funus suum.vnde Martialis Cantator cygnus funeris ipse fui.(Ad).i.iuxta(Vada Mæandri) Fluminis illius fluxuosi.(Vbi).i.quando,aut postquam,nam aduerbia loci & temporis,cõfunduntur,ita vt alterũ pro altero passim ponatur. (Fata vocant).i.moriendi vis fatalis instanter vrget,hoc est ideo scribo,vt id faciam,quod cygnus.(Nec alloquor)Quia sperẽ posse moueri nostra prece. (Nos moui).i.cum molimine auspicatæ sumus, & incepimus ista. (Deo aduerso).i.irato,& abnuẽte. (Sed cum perdiderim male).i.cũ malo meo hoc est inde center.(Famam meriti).s.prioris.(Et corpus & animum pudicum) Propter carmen legendum est corpus, animumq;, nec minor est ornatus.(Leue).i.parui momenti est. (Perdere verba).s.scripta in hac epist.(Certus es ire tamen)Anacolithon est.nam non pręcessit,quã quam mori constitui,si abieris,tamen certus es ire,& relinquere. (Miserã Dido).s.me Ser. docet,ꝙ Græcorum in o vtimur tribus, aut quatuor casibus, nominatiuo actiuo,& vocatiuo in o,& genitiuo in us,aut in oos,vt hæc Dido,huius Didus,vel Didoos,hanc Dido,ò Dido.multi tamen hoc nomen latine declinant dicentes,huius Didonis,huic Didoni, hãc Didonem,quod etiam sequar,licet non continuo dixero,huius Sapphonis &c.sed Sapphus,& hanc Sappho.(Ijdem venti)Scribitur ij duplici,quia pluralis est humeri.sensus est.cõmittes eisdem,seu ijsdem ventis vela,& fidem,id est fidelitatem tuam, quia fœdifragus eris. ASC.

Quæque vbi sint nescis,Itala regna sequi.
Nec noua Carthago: nec te crescentia tangunt
Mœnia:nec sceptro tradita summa tuo.
Facta fugis:*facienda petis:quęrenda per nrbem
Altera,quæsita est altera terra tibi.
Vt terrã inuenias: quis eam tibi tradet habendã?
Quis sua non notis arua tenenda dabit:
Alter hadendus amor tibi restat,& altera Dido:
Quamque iterum fallas,altera danda fides.
Quaudo erit,vt condas instar Carthaginis vrbẽ?
Et videa populus altus ab arce tuos?
Omnia si veuiant:nec te tua vota morentur:
Vnde tibi.quæ te sic amet,& vxor erit?
Vror,vt inducto ceratæ sulfure tedæ:
*Vt pia famosis addita thura *rogis,

QVæque vbi sint)Quia solum audita, non autem visa sunt tibi. (Noua) Aut allusit ad significationem nominis, quia vt Seru. dicit, Carthago lingua Pœnorum noua ciuitas dicitur,aut re vera quia tunc noua fiebat. Virg.Aen.j. Surgentemq; nouę Carthaginis arcẽ. (Tradita) Commissa. (Tuo septro) Tuæ potestati, nã sceptrum regibus datur.(Facta)Dissuadet ab vtili. (Facta fugis) Quod est imprudenti. (Quærenda) Ordo est. (Altera terra).s.Italica,est quærẽda.(Altera) scilicet hæc, quam tibi dedi. (Est quæ).i.iã parta tibi.(Vt) .i.quamuis.(Habendam)Possidendam, & habitãdam.(Quis) HVB.

*Fugienda.
*Focis.
*Hæc.

*Aeneasque oculis semper uigilantibus hæret,
Aeneamque animo noxque, diesque refert.
Ille quidẽ male gratus, & ad mea munera surdus
Et quo, si non sim stulta, carere velim.
Nõ tamen Aeneam, quàmuis male cogitet, odi:
Sed queror infidum: quæstaq; peius amo.
Parce Venus nurui: durumq; amplectere fratrẽ
Frater Amor: castris militet ille tuis.
Aut, ego quẽ cœpi (neq; enim dedignor amare:
Materiam curæ præbeat ille meæ.
Fallor: & ipsa mihi falso iactatur imago:
Matris ab ingenio dissidet * ille suæ.
Te lapis, & montes, innataque rupibus altis
Robora, te sæuæ progenuere feræ:
Ant mare, quales vides agitari nũc quoq; vẽtis:
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras. (sit.
Quò fugis? obstat hyems: hyemis mihi gratia ꝓ-
Aspice, vt euersas concitet Eurus aquas.
Quod tibi malueram, sine me debere procellis.
Iustior est animo ventus, & vnda tuo.
Non ergo sum tan i: quod non * mediteris iniq;:
Vt pereas: dum me per freta longa fugis.

* duo carmina in aliis nõ legunt.

Quasi dicat nullus. (Tenenda) Habenda ut Tyrii tenuere coloni. (Alter amor) Quem fortasse nunquam inuenies. (Iterum) Secundo, sicut mihi datam semel fefellisti. (Quando erit,) q.d. nunquam, aut tardissime. (Cõdas) Aedifices. (Instar) Ad similitudinem, est autem, ut uoluit Seru. nomen indeclinabile, & notandum nunquam præpositionem apud idoneos ei præpositioni, ut instar montes equum, & Ouid. Deque genis lacrymæ fluminis instar eũt. (Et uideas) subandi quando erit? (Tuos) Tibi subditos. (Omnia) supradicta. (Si) .i. quamuis. (Veniant) .i. eueniant, & contingant tibi. (Morentur) Tardent, & impediant. (Vnde erit,) q.d. ex nullo loco inuenies. (Sic) sicut ego amo te. (Vror) Per quasdam similitudines demõstrat uim sui amoris erga Aeneam. (Vror) .i. ardeo. s. amore tui. (Inducto) super imposito. (Ceratæ) Illitæ. (Tedæ) species arborum, quæ ex se liquorem emittunt, sunt autem, ut dicit Plin. flammis, luminibusque sacrorum gratæ. (Refert) Repræsentat. Virg. illum absens absentem auditque uidetque. (Ille) Aeneas. Loquitur autem de eo, tanquam de tertia persona. (Surdus) Non respondens, translatio ab eo, qui auditu caret. (Et quo) .i. est talis, quo ego debeam uelle carere. & esse sine eo. (Si non) .i. nisi. (Sim stulta) Quia stultus est, qui eo non uult carere, cui intelligit sua beneficia non esse grata, nec se ab eo amari, tamen quia dixerat cum talem esse, ut deberet uelle eo carere, remouet à se suspicionem odii dicens. Non tamen &c. (Infidunt) .s. esse Aeneam. (Questa) .i. licet lamentata de eo. (Amo peius) Amo uehementius. Terent. Quo minus spei est, eo magis amo. (Parce) Conuertit sermouem suum ad Venerem, & Cupidinem, ut Aeneam in amoris castra compellant. (Nurui) .i. mihi, quæ sum nurus tua, nam sum uxor Aeneæ filii tui. (Amor) Cupido. (Frater) .s. Aeneæ, nam ambo estis filii Veneris. (Militet) Versetur, & proprie dixit. Nam, ut inqnit Oui. lib. 1. amorum. Militat omnis amans, & habet sua castra cupido. (Aut ego) .s. militem in tuis castris, subaudiendum est enim uerbum. (Quem cœpi amare) Ex quo eũ uidi, & audiui loquentem. Virg. At regina graui iandudum faucia cura Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni. (Neque enim dedignor) Parenthesis est. (Ille) Aeneas. (Materiam) Fomentum, nutrimentum, id est respondeat meo amori, nam cura amorem significat, ut ex uersu Virgil. suprascripto patet, dicitur autem, quod cor urat. (Fallor) id est frustra hoc cogito, & peto, ut meo amori respondeat. (Iactatur) id est landatur uel ostentatur ab eo. (Matris) Probat, quod dixit, dicit enim eum omnino esse contrarium Veneri matri suæ. (Discidet) Discordat. (Ingenio) Natura, quia Venus est mollis, & placabilis, Aeneas uero durus, & inexorabilis. (Te lapis) Hæc supradicta dixit, tanquã de tertia persona, nunc conuertit sermonem ad ipsum Aeneam, Arguens ipsum nimiæ duritiæ. Est autem tota hęc ęmulatio Virgiliana in 4. Aene. ubi Dido sic loquitur. Nec tibi diua parens, generis nec Dar

* Aarõ legit, illa tua.

* meditaris

danus

danus auctor Perfide,sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus,hyrcanaque admorũt ubera Tigres.(In nata).i.genita. (Robora) Arbores. (Seuæ feræ) Vt Tigres, aut ursæ,aut Leænæ.(Aut mare).s.genuit te.(Quale uides)Non tranquillũ,sed procellosum,quale nũc uides.(Agitari)Moueri.(Quo).i.per quod mare.(Tamen paras ire).s. cum ita agitetur uẽtis.(Quo fugis) Contumeliose dixit,fugis,unde ipse apud Virg.respondet,ne finge fugam. (Obstat)Impedit te hyemis mihi gratia prosit).i. si tu tua spõte non uis mihi hoc munus præstare,ut aut maneas,aut differas fugã tuã,saltem facias hoc necessitate tẽpestatis.Aspice)Demonstrat ei magnitudinem tempestatis.(Concitet)Cõmoueat(Sine permitte.(Me debere) Me esse obligatam.(Procellis)Tempestatibus,& impetuosis uentis.dicuntur autẽ quasi percellæ à percellendo.i.percutiendo. (Iustior tuo animo) Quia uult reddere gratiã mihi bene merenti,cum uult te apud me retinere,tu aũt, qui accepisti beneficium,non uis reddere gratiam.(Nõ ego sum)Dicit Aeneam non debere se obiicere periculo mortis propter ipsam,dum uult eam fugere.Ordo est.(O inique non sum tanti,ut pereas).i.perire uelis,dum fugis me per longa freta.(Quod).i.quam rem.(Non meditaris)Non cogitas.

QVAEQVE ubi sint)Et certus es sequi regna Italica,quæ nescis,ubi sint. dixi ex 4. Aen.ferè sumpta,ubi dicitur.Quid si non arua aliena,domosque ignotas petere? Sed quia Virg.omnibus notus est,frustra eius carmina ad hanc epist.facientia repetiero.(Male gratus).i.non gratus,sed ingratus,& immemor beneficii. (Questaque peius).i.intensus,& cũ maiori malo meo,amo.(Questa).i.post querelas. unde amoris non questus,obliuio,si qua fieri potest,animi est remedium,ut autem obliuio fit, occupandus est aliis curis animus. (Frater amor)Frater Aeneæ,& etiam Didonis,quia se cõiugem Aeneæ dictitat. (Aut ego quem &c.(Ordo est.Aut ille,quem ego cœpi amare præbeat.(Materiã meæ curæ).i.se amabile præbeat.(Neque enim dedignor amare).i.libenter amarem,si se amari sinat.Vnde dicit Aen.4.Quæ mihi reddat eũ,uel eo me soluat amantem. (Fallor, & ipsa mihi falso iactatur imago).i.falso præ se fert pietatem, & Veneris filium nuncupat, tum sit durior caute. Vnde Aen.4.Nec tibi diua parens,generis nec Dardanus auctor Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus,hyrcenaque admorunt ubera Tigres. (Aut mare) Hoc uidetur sumptum ex Homero,qui(ut interpretatur A.Gellius lib.12.ca.1. dicit sic.) Nõ eques ipse pater fuerat tibi me Hercule Peleus,Nõ Thetis est genitrix?glaucũ te protulit æquor, Aeriæ & rupes,mens quòd tibi dura,feroxque.(Quale uides agitari) Aen.4.Quin ẽt liberno moliris sidere classem.(Quod tibi malueram) Sensus & ordo est.(Sine).i.permitte.Me debere procellis,id supple,quod malueram debere tibi.i. permitte, ut beneficio uentorum te detineam,& æque fruar quæ cum beneuolentia tua te malim , sed non possim frui, non possum quidem,quia non permittis,& ita uentus, & unda est.(Iustior).i. clementior, aut iustior,quia iustum est,ut amans ametur,& amato fruatur tuo animo. (Ego non sum tanti).s.ualoris,ut pereas,dum fugis me per longa freta. (Quod). s.dictum. (Non mediteris) .i.interpreteris.(Inique).i.in malam partem,hoc est,quod per ironiam addit. ASC.

Exerces pretiosa odia,& constantia magno:
Si,dum me fugias,est tibi uile mori.
Iam uenti ponent:strataque æqualiter unda,
Cæruleis Triton per mare curret equis.
Tu quoque cum uentis utinam mutabilis esses:
Et,nisi duritia robora uincis,eris.
Quid,si nescires insana quid æquora possent?
Expertæ toties tam male credis aquæ?
Vt pelago suadente etiam retinacula soluas:
Multa tamen lætus tristia pontus habet.
Nec uiolasse fidem tẽtantibus æquora prodest:

EXerces) Sensus est, si habes me odio,& propter hoc par ui facis obiicere te morti, hæc tua odia sunt nimis magni pretii, & nimis cara, & constantia magno, quia constant tibi uita, quæ est res magna. (Si est uile tibi) id est si paruifacis, nam interdum ordo alicuius solent hominis paruifacere pericula, & mortem, unde est illud amantis apud Virgil.in Buccol. Specula de montis in altum Deferar,extremum hoc munus morientis HVB.

Perfidiæ pœnas exigit ille locus,
Præcipue cum læſus amor:quia mater amorum
Nude Cytheriacis edita fertur aquis.
Perdita ne perdam,timeo:* noceamq; nocenti:
Neu bibat æquoreas naufragus hoſtis aquas.
Viue precor:ſic te melius,quã funere,perdam:
Tu potius læti cauſa ferare mei.
Finge age à te rapido (nullũ ſit in omine põdus)
Tubine deprendi:quid tibi mentis erit?
Protinus occurrent falſæ periuria linguæ:
Et phrygia Dido fraude coacta mori.
Coniugis ante oculos deceptæ ſtabit imago
Triſtis,& effuſis ſanguinolenta comis.
Quidquid,id eſt,totum merui,concedite dices:
Quæque cadent,in te fulmina miſſa putes.
Da breue ſæuitiæ ſpatium pelagique,tuęque:

* noceã ue

riẽtis habeo. (Iam venti) Dicit, cito ceſſaturam tempeſtatem in deque.eum tutius nauigaturum (Ponent).i.quieſcent. (Iam).i. cito (Strata). i.multum quieta. (Trion) Deus maris, Neptuni ex Salacia Deæ maris filius, & eoſdem tibicem. Ouid. 1. Met. Caua buccina ſumitur illi Trotilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo. (Curret) Celeri curru ibit per mare. (Equis cæruleis). i. Delphinibus iũctis ad currum inuicem equorum, nam deorum maris equi ſunt Delphines volunt aũt poetæ Deos maris non ire ſuper vnas, niſi ferè quieto mari, vnde Virgi. in 1. Aen. poſt placatum mare dixit de Neptuno. Cœloque inuectus aperto flectit equos, Curruque volans dat lora ſecundo. (Cum ventis)Quorum natura eſt, vt mutentur. Horat.2.carm.Non ſemper imbres nubibus hiſpidos manant in agros,aut mare Caſpium vexant inæquales procellæ. (Eris).ſ.mutabilis (Niſi vincis).i.niſi ſuperas.i.niſi es durior roboribus. Robur autem ſpecies arboris eſt ex qua deterrimam eſſe gallam Plin. ſcribit, eſt autem eius lignum nimiæ duritiæ, ponitur autem pro omni re,quæ dura ſit.(Quid).ſ.facere?q.d.ignoſcendũ eſſet tibi,ſi intrares mare,cuius periculum ignores. (Expertæ) Probatæ à te. eſt in ſignificatione paſſiua participium. (Tam male.i.tam periculo tuo. (Credis)Confidis, vt, O formoſe puer, nimium ne crede colori. (Vt).i.quamuis.)Retinacula)Funes nauim.(Etiam pelago ſuadente).i. etiã mari tranqllo,quia tunc vř ſuadere nobis nauigationẽ. (Nec prodeſt)Liptote eſt.i.nocet. (Tentantibus)ingredientibus,à tento deriuatur,vt Virg.tentanda fuga canit æquora Calchas.(Exigit pœnas perfidiæ).i.punit perfidos.(Præcipe)Hoc dicit,vt magis eum terreat. (Quia)Rationem ponit.(Mater amorũ)Venus.amorem aũt dixit,quia duo dñr eſſe Cupidines.(Edita).ſ.genita(Aquis Cytheriacis)Hoc ſecundũ fabulã dixit,quã Seru.in 5.Aene. refert.Dicit enim Cœlium patrem fuiſſe Saturni,cum iratus filius falce virilia amputaſſet lapſa in mare ſunt,de quorũ cruore,&maris ſpuma nata dicitur Venus,vnde & Afrodite dicitur,nam Afros cum accẽtum in fine habet ſpumã ſignificat, inde & Virgil.libro ſupradicto.Fas omne eſt Cythera meis te fidere regnis, Vnde genus ducis. Huius autem tabulæ allegoriam qui vult ſcire videat Seruium loco ſupraſcripto. Cythera autem dicitur à Cytheris inſula tantũ pluraliter declinata,quæ vt Plin.lib.iiij.inquit,in Laconico ſinu eſt,antea Porphyris appellata. Venus autem cum primum nata eſt mari,eo concha deuecta eſt, vnde & nomen accepit, inuenitur artem & pro vrbe, & pro inſula eodem nomine.interdũ tamen Venus,Iouis,& Dioneę filia dicitur,vnde & ipſa nonnunquã dicitur Dione, & Dioneus à Venere nomen deducitur.vt apud Virgil.in Buc.Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum,& Aened.iij.Sacra Dionææ matri.i.Veneri. (Perdita).i.timue,ne te perdam naufragio, quem tamen amiſi quia non vis mecum manere. (Neu).i. & ne. (Hoſtis (Aeneas. (Naufragus)ſummerſus.(Viue precor) Conciliat ſibi Aeneam, optans ei vitam.(Sic).ſ. uiuendo.(Quam funere) Quam morte,id eſt melius eſt, quod caream te uiuo,quam mortuo.(Ferrare,)Id eſt dicare.(Potius).ſ.quam ego dicat eſſe cauſa tuæ mortis. (Finge) Artificioſe ei commemorat recordationem conſcientiæ in magnis periculis. (Age) Hortãtis eſt.(Finge) Puta, animo tuo cogita. (Te deprehendi) Vſus eſt uerbo nautico, nam na-

gigantes deprehendi dicuntur. Virgil. lib. v. Aeneid. Hunc ego Getulis agerem si Sytribus exul Argolico ue mari deprensus, & vrbe Mycene &c. (Quid mentis?) Id est quæ mens, & cogitatio erit tibi? (Nullum sit) Parenthesis est. (Pondus) Effectus. (In omine,) Idest in augurio meorum verborum, idest hoc tamen propter verba mea tibi nō eueniat. (Protinus) Dicit quæ mens ei futura sit. (Occurrent) Venient in mentem. (Periuria) Quibus me decepisti. (Et Phrygia Dido) Phrygia legendum est, non autē Tyria, vt sit ordo Dido coacta mori fraude Phrygia, idest fraude tua, nā Aeneas Phrygius est. nam si dicatur Dido Tyria versus non patitur, si vero fraude Tyria sensus repugnat. (Imago) Species, videbere enim vidére me, quam decepisti, quod maxime te anget. Iuuenal. Et quod præcipuis montem ludoribus vrget, Te videt in somnis, tua sacra, & maior imago Humana turbat pauidum, cogitq; fateri. (Tristis,) Idest mœsta. (Sanguinolenta) Vt pote quæ tui causa se interfecerit. (Merui totum,) Idest iuste patior. (Putes) Pro putabis, idest credes non esse fortuita, sed missa à dijs, vt vindicent perfidiam tuam, hæc enim cogitatio solet malæ conscientiæ euenire. Iuuen. Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent. Cum tonat exanimes primo quoque murmure cœli. Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed iratus cadat in terras, & vindicet ignis. (Da breue) Præscribit modum petitionis suæ dicit enim se non petere, vt Aeneas perpetuo maneat, sed tantum differat, donec ira ipsius Aeneæ, & pelagi aliquantulum fuerit remissa. (Da breue spatium,) Id est concede breue tempus.

ASCENSIVS.

ASC.

EXERCES preciosa,) Idest res preciosa. (Constantia magno) Animo, idest videtur tibi magnum, & preciosum, hoc egregiū facinus. (Si dum me fugias &c.) Idest si parui pendis mortem dummodo me fugas, quasi vero maiori odio me, quam mortem prosequaris, cū vt me fugias, illam incurras. (Expertæ aquæ) Passiue dixit, nam experior cōmune est. (Nullum sit in omine pondus) Honesta, & amica parenthesis, nam dum mala commemoramus, ne malorum omen in amicos conuertatur, auerti petimus ab eis, & in inimicos conuerti. Vnde si non 2. Aeneid. Locutus de euersione Troiæ addit quod Dij prius omen ipsum conuertant. Sumebant autem vetere superstitiosi pro omine, id futuræ rei iudicio quidquid primum audirent. vnde Aemelius deliberans an Persen oppugnare deberet, audito à filia, Persa mea perijt, illud pro omine perdendi à se regis illius sumpsit, quamuis filia de catella, seu canicula, cui Perse nomen fuit, loqueretur. Et ideo patrifamilias quærenti quis me petit, aut vocat? non respondebatur nullus, aut nemo, sed bona fortuna pater. Nec qui nihil haberet, audebat se nihil habere dicere sed recte vnde in Eunucho. Tamen quod illi dem, recte, est nam nihil dicere, mihi religio est, id est mali ominis metus, vbi ostendit pro eo, quod est nihil, doci solere, recte. quia ergo Dido dixerat finge age te rapido, dictura turbine deprēdi interponi. Nullum sit in omine pondus, idest nolo id tamen eueniat, nec vt ratum sit illud omē. (Et Phrygia Dido) Ordo est. Et Dido coacta mori fraude Phrygia idest Phrygum, qui fraudolenti sunt vnde ipsa Aeneid. 4. Nec dum Laomedonteæ sentis periuria gentis. Nec legendum est Tyria, vt sciolorum prauitate inuersus est textus. Nam videntes, quia Tyria esset Dido, & nescientes malum esse versum, & meliorem sententiam, vt sit Phrygia fraude. pro Phrygia, Tyria scripserunt. (Coniugis ante oculos) Sic Maro. omnibus vmbra locis adero. (Da breuæ sæuitiæ spatium pelagique tuæque,) Id est differ sæuitiam tuam, & vita sæuitiam maris, quia grande precium est mori. nam via est futura tuta si aliquantulum immoratus fueris.

Grande moræ precium, tuta futura via est.
Nec mihi tu * parcas: puero parcatur Iulo:
Te satis est titulum mortis habere meæ.
Quid puer Ascanius? quid Dii meruere penates?

Epist. Ouid.

HVB.

GRande moræ) Sensus est. hæc mora erit vtilis, quia postea habebis nauigationem tutam. (Via) Nauigatio. (erit grāde precium,) Id est magna vtilitas. (Moræ) Tardationis tuæ.

* cura:

Ignibus ereptos, obruet vnda deos.

* Sed neq; fers tecũ:nec,quę mihi perfide iactas:

Presserunt humeros sacra . paterque tuos .

Omnia mentiri:neque enim tua fallere lingua

Incipit à nobis : primaque lector ego.

Si quæras, vbi sit formosi mater Iuli:

Occidit, à duro sola relicta viro.

Hæc mihi narrabas:at me mouere merentem.

Illa minor culpa pœna futura mea est. (nēt.

Nec mihi mēs dubia est,quin te tua numina dam

Per mare, per terras septima iactat hyems.

Fluctibus eiectum tuta statione recepi .

*Se quo que. (Nec parcatur mihi).i.ne habeas respectum mei in morando, seu filij tui. (Titulum) Nomē, & famam (Meæ) Non etiam filij tui. (Quid Meruere) scilicet vt submersionis periculo à te obijciantur. (Penates) Dij, quos tecum,vt dicis,portas.(Ereptos) Liberatos. (Ignibus) Incendijs Troianis.(Fers) Portas. (Presserunt tuos humeros) .i. tuis humeris sunt portata . nam vt ipse narrat in 2. Aenei. Apud Virgi. Sacra penatesq; sibi ab Hectore qui in eis somnijs apparuerat, commendatos humeris imposuit,& patrem simul:vt Virg.Ergo age care pater ceruici imponere nostræ,ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit. (Mentiris)Falso iactas.(Neq; incipit à nobis)Quia iam est assueta fallere alios. (Plector) .i.punior.(Si quæras) Probat,quòd alias deceperit.(Mater)Creusa.(Occidit)Perijt. (Sola)sine te.(Duro)Inhumano.(Hoc).s.Creusam esse à te relictam, nam circa finem 2. Aen. Virg.narrat Aeneas Didoni Creusam fuisse à se amissam, cum discederet à Troia, sed eam conuersam in ministram matris Deum.(Ad me)Videtur hic textus,vel obscurus,vel ambiguus alij,nouere:alij,mouere,legendum putant,sed cum in alijs multis libris,codicibus, tum in meo vetustissimo legitur, nouere,erit ergo sensus . narrabas mihi Creusam à te relicta, sed ego non solum fui tibi vxor,sicut ipsa , sed ego tibi præstiti beneficia,vnde maiorem pœnam es daturus, quod me deceperis, & dereliqueris ,quàm quod illam reliqueris. (Nouere)sciunt.s.omnes.(Merentem).i.præstantem tibi benefi cia, nam hoc significat mereri. Virg.in 6.Aeneid. Quique sui memores alios facere merendo. (Illa pœna) Quam tu dabis , & patieris propter Creusam relictam. (Est futura minor culpa mea).i.culpa,quam de me habes,nam in genitiuis nominum & pronominum, & item in nominibus possessiuis persona possessoris dupliciter accipitur,& actiue,& passiue,actiue sic,iniuria Paridis concitauit vniuersam Græciam aduersus Troianos:hic iniuria intelligitur quam Paris alijs intulit,passiue vero,iniuria Menelai Græcos omnes ad auxilium suum commouit,hic accipitur iniuria,quæ Menelao illata est,& sic culpa mea interdum intelligitur,quam ego de alio habeo,interdum quam alius de me,vt hic.(Nec mihi) Probat culpam de se decepta esse maiorem,quia non dubitat,quin propter ipsam sit daturus pœnas.(Quin)idest vt nō.(Damnent) Dignum pœna iudicent, & puniant. Septima hyems , septimus annus . vt ipsa apud Virgil.in fine 1.Aeneid. Nam te iam septima portat omnibus errantem terris, & fluctibus æstas. (Eiectum) Naufragum, vt ipsa in 4.Aeneid.Eiectum littore,egentem Excepi, & regni demens in parte locaui .

* concedet

A S C E N S I V S.

ASC. TE satis est titulum mortis habere meæ) Parcas ergo Ascanio , & ne eius mortis titulum habeas,dicarisque interfector filij tui. (Omnia mentiris) Quæ,scilicet de pietate tua in deo,& patrem narraueras,vt secundo & tertio Aeneidos recitatur.(Hæc).s.pietatis opera in coniugem etiam tuam,quàm per Troiam quæsisti.(Ac) Pro & hæc. (Mouere,) Idest mouerunt,idest affecerunt commiseratione me.(Merentē) .s.ex pia credulitate , & tamen. (Illa pœna) Quam pro tam facili credulitate dabo. (Est futura minor mea culpa) Quia plus mali merui , quam mori , dum tam perfido fidem habui . (Fluctibus eiectum) Virgi. Nusquam tuta fides,eiectum littore egentem Excepi,& regni demens in parte locaui.

Vixque

Vixque bene audito nomine, regna dedi.
His tamen officiis vtinam contenta fuissem.
Et mihi concubitus fama sepulta foret.
Illa dies nocuit: qua nos decliue sub antrum
Cæruleus subitis compulit imber aquis.
Audieram voces: nymphæ vlulasse putaui:
Eumenides fatis signa dedere meis.
Exige læsæ pudor pœnas violate * Sichei;
Ad quem (me miseram) plena pudoris eo.
Est mihi marmorea sacratus in æde Sicheus:
Oppositæ frondes, velleraque alba tegunt.
Hinc ego me sensi noto quater ore citari:
Ipse sono tenui dixit, Elisa veni.

HVB.

VIx bene adiuto nomine) Nam vt in 1. Aeneid. scribit Virgil. cum audisset Dido ab Ilioneo: Rex erat Aeneas nobis, &c. Respondit ipsa. Vultis, & his mecum pariter cõsistere regnis? Vrbem quam statuo, vestra est. (His officijs). s. quod te hospitio excepi, & regna dedi. (Fama) Quæ iam sparsa, & Vulgata est, me tecum concubuisse. Virgi. 4. Aen. de hac fama. Hæc tum multiplici populos sermone replebat, Gaudens, & pariter facta, atque infecta canebat: Venisse Aeneam Troiano sanguine Cretũ: Cui sepulchra viro dignetur iũgere Dido. Nunc hyemem inter se luxu: q̃ lõga, fouere, Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos. Hæc passim Dea fœda virum diffundit in ora. (Sepulta) Incognita, à nullo commemorata. (Fores) Subaudi vtinam. (Illa dies) Commemorat tempus, quo primum se cum Aenea commiscuit, exierat. n. in venatio nem cum Aenea: vt scribit Virg. lib. 4. Aen. immissoq; subito imbri à Iunone Venere consentiente Aeneas, & Dido in eandem speluncam imbrem fugientes deuenerũt, vbi primum concubuerunt. (Nocuit) Vir. Ille dies primus leti: primusq; malorum causa fuit. (Decliue) Pendens. (Sub antrum). i. in speluncam. (Cõpulit) Coëgit ire. (Cæruleus) Obscurus. Virg. Insequitur commixta grandine nymbus. (Audieram voces). i. clamoré. (Nymphas vlulasse putaui:) Virg. Summoq; vlularũt verticé nymphæ. (Eumenides,) q. d. non fuerunt nymphæ, sed furiæ, quæ signa dederunt. (Fatis meis). i. infelicitati. (Exige) Non ad Sicheum, vt quidam male existimant, sed ad pudorem à se violatum sermonem conuertit, neque enim legendum est Sicheum, quia neque ratio carminis patitur, nã Sicheus non est dissyllabum, vt Theseus, sed trisyllabum, vt Antheus. Virg. Huic coniux Sicheus erat, ergo Sichei legendum est, vt sit ordo. (O pudor læse violate) Est autem distinguendum, ne vitiosum sit, duo adiectiua, siue copula poni, sicut apud Virg. Tectum Augustum, ingens, cétum sublime columnis. (O pudor) O pudicitia. (Violate) Vir. Ante pudor, quàm te violem, aut tua iura resoluam. (Exige pœnas Sicheo). i. sume de me pœnas, quas Sicheus deberet exigeret, quia ei non seruaui fidem. Virg. Nec seruata cineri promissa Sicheo. (Plena pudoris). i. plena verecũdiæ, quia pudet me. (Est mihi) Dicit Dido se vocatam fuisse noctu a simulacro mariti, quod in domo colebat summa veneratione. (Sicheus) Imago Sichei. (In æde) In templo. Vir. Præterea fuit in tectis de marmore templum Cõiugis antiqui, miro quod honore colebat, Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum. (Oppositę) Ad ornatum. (Vellera) Lanæ. (Tegunt) Ornant. (Hinc) Ex illa æde. (Noto ore). i. notis verbis. Virgi. Hinc exaudiri voces, & verba vocantis visa viri, &c. (Ipse) Sicheus. (Elisa) Hoc enim fuit prius nomen Didonis, nam postquam Carthaginem condidit, Dido appellata est quod nomen lingua punica significat viraginem, alij volunt, vt Seru. postquam seipsam interemit, hoc nomine appellatam fuisse (Veni) Imperatiui est modi, q. d. necesse est, ut mecum sis.

*Sicheo

*In terras.

ASC.

ILLA dies, Sic Maro. Ille dies primus leti, primusque malorum causa fuit. (Nymphas ululasse) sic Maro. Summoque ulularunt uertice nymphæ. (Eumenides) Dicuntur furię infernales per antiphrasim. i. contrariam scriptionem. eu. n. bonum significat, cum minime bonæ sint. (Exige &c.) si legitur Sicheu, ut sit uocatiuus græcus, cũ tamen non sit diphthongus. Ordo est. (O pudor læse). i. extincte, & uiolate. (Exige pœnas). s. à me. (Et ò Sicheo uiolate). i. inhonorate per secundas nuptias, exige pęnas. Aut si legendum est Sicheo. Ordo est. O pudor læse, & uiolate. (Sicheo). i. in damnum Sichei exige pęnas. (Ad quas). s. pœnas.

pœnas. (Me miſeram)ſubaudio,vel heu,ſed reprimit, ne ſit vehemens excandeſcentia, ad quas igitur,ò me miſeram, ego eo plena pudoris.i. verecundiæ,& ruboris. (Eſt mihi) Hoc quoque ex Virgilio ſumptum eſt,vt patet in quarto. Vnde fruſtra &c.

Nulla mora eſt: venio: * venio tibi debita cõiux:
Sum tamen admiſsi tarda pudore mei.
Da veniam culpæ:decepit idoneus auctor,
Inuidiam noxe detrahit illic meæ.
Diua parens,ſeniorq́ue pater,ipſa ſarcina nati,
Spem mihi manſuri rite dedere viri.
Si fuit errandum, cauſas habet error honeſtas:
Adde fidem:nulla parte pigendus erit.
Durat in extremum,vitaq́; nouiſsima noſtræ
Proſequitur fati,qui fuit ante, tenor.
Occidit * internas coniux mactatus ad aras:
Et ſceleris tanti præmia frater habet.
Exul agor:timereſq́; viri,patriamq́; relinquo:
Et feror in duras hoſte ſequente vias.
Applicor ignotis: fratriq́; elapſa,fretoq́ue,
Quod tibi donaui perfide,littus emo.

*quodā

*In terras.

HVB. NVlla mora) Dicit ſeparata mori,vt ſit cum Sicheo,qđ etiam libentius, & celerius faceret,niſi pudicitiā amiſiſſet.(Da veniam) Ad Sicheum loquitur. (Idoneus) Cui credendum quiſque putaret.(Inuidiam)odium. (Noxæ) .i. culpæ. Virg. Vnius ob noxam.Detrahit aufer.(Diua parens)Enumerat ea,quæ fecerunt fidem.(Diua)Non mortalis.(Pia ſarcina) Pium onus .i.pater, quem humeris ſuis ſe geſtaſſe dicebat.(Spem)Nam ea videbantur eſſe officia hominis boni,& fidelis neque videbatur qui talia feciſſet,poſſe quēquam decipere. vnde dicit ſe propter ſupradicta ſuperaſſe eum eſſe remanſurum apud ſe, ſicut promiſerat. (Si fuit errandum,) q. d. ſi ob vllam rem debui non ſeruire,quod Sicheo promiſeram,nam in hoc erraui.(Honeſtas)Probabiles.(Adde fidem)Quā dedit mihi ideſt adde quod mihi iurauit. (Pigendus).ſ. Aeneas.i.non erit, quare pigeat & turpe mihi ſit ei credidiſſe.(Durat) Enumeratis ijs, quæ Aeneæ poterant facere fidem viri boni, ne culpam in ipſam Didonem transferendam diceret, dicit ſe eſſe infelicem vſque ad vltimum vitæ ſpiritum,& enumerat ſeriem ſuarum infelicitatum.(Nouiſſima) Vltima.i. vſque ad mortem. (Tenor)perſeuerantia. (Fati)Infortunij fatalis. (Occidit)Incipit enumerare infortunia, inter quæ primum ponit mortem mariti ſui Sichei, quem miro amore dilexit.Fuit autem Sicheus Didonis auunculus,vt Iuſt.ſcribit lib.xviij.ſacerdos Herculis qui honōs ſecundus à rege erat,qui magnas, ſed diſſimulatas opes habebat, aurumq́; metu regis non tectis, ſed terræ crediderat, quam rem & ſi homines ignorabant, famam tamen loquebatur.itaq́;. Pygmalioni oblitus iuris humani auunculum ſuum, eundemq́; ſororis maritum ſine reſpectu pietatis occidit.(Occidit)Perijt.(Mactatus)Tanquam victima interfectus.(Ad aras).i.apud aras.Virg.Impius ante aras,atq; auri cęcus amore, Clam ferro incautum ſuperat &c.(Frater) ſ.meus, quod magis eſt dolendum.(Pręmia)Nomen, & titulum.(Exul agor)Narratio eſt reliquarum infelicitatum,quæ licet ſit de præteritis, tamen eleganter ſit per pręſens,vt res nunc geri videatur.(Exul agor)Expellor à patria,nam crudelitas fratris coēgit eam facere ſuadēte Sichei imagine,quæ Didoni noctu apparuit,& omne facinus Pygmalionis enarrauit.(Patriam) Quam deſerere quiſq; infeliciſſimum putat.(Et feror)Amplificatio infelicitatis,dicit.n.ſe non habuiſſe locū certum,quo iret, neq; etiam tuto nauigaſſe.(Hoſte ſequente).i.fratre Pygmalione,qui vitæ,& rebus meis inſidiabatur,vt hoſtis,inde Virg.Germaneq; minas.(Applicor) Adducor.(Elapſa)Clam,& cum difficultate erepta.(Emo)ſic legēdum eſt in præſenti tēpore ſicut & ſupradicta verba,quod etiam ratio carminis exigit,nam emi,quod primam naturaliter producit, nullo pacto legi poteſt,quo autē quidam exponunt emi.i.orna vt ſit imperatiui modi,ſtultiſſimū eſt.

ASC. DVRAT in extremum)docet fatale eſſe generi ſuo,vt erumnis concutiatur,ne culpæ detur,quod neceſſitatis eſt.de fuga autem Didonis ex Tyro habetur ad longum. Aeneid.1.

(Quod

(Quod tibi &c.) Cōsentio cum superiore cōmentario, legendum esse, emo, quia emi pteritum bissyllabum prima pducit, nec est rō cur in pterito ponatur, cū dicat in pnti, Applicor ignotis &c. nec obstat, ꝙ donaui, dixit, nam qa de preterito sępe, quasi de pnti loquit, bene dicit, applico; & emo littus &c. (Quod donaui). s. nō tūc. unde non dicit domo, sed postea.

Vrbem constitui: lateque patentia fixi
Mœnia finitimis inuidiosa locis.
Bella tumēt: bellis peregrina, & fœmina tentor;
Vixque rudes portas urbis, & arma paro.
Mille procis placui: * qui me coire, querentes
Nescio quem thalamis præposuisse * suis.
Quid dubitas uinctam Getulo tradere Iarbæ?
Præbuerim sceleri brachia nostra tuo.
Et etiam frater: cuius manus impia poscit
Respergi nostro, sparsa cruore uiri.
Pone deos, & quæ trugendo sacra profanas:
Non bene cœlestes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapsis igne futurus:
Pœnitet elapsos ignibus esse deos.
Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquas;
Parsque tui lateat corpore clausa meo.
Accedet fatis matris miserabilis infans:
Et nondum nati funeris auctor eris:
Cumque parente sua frater morietur Iuli:
Pœnaque connexos aufert una duos.
Sed iubet ire Deus: uellem uetuisset adire:
Punica nec Teucris pressa fuisset humus.

* in me coiere,
* uelim

HVB.

INuidiosa) Passiue est significationis. i. quib. inuidetur. unū Anna ad ipsam Didonem libro 4. Aen. sic inquit, Nec uenit in mentē, quorum cōsederis aruis? Hinc Getulæ urbes genus insuperabile bello: Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis: Hinc deserta sit regio lateque furēte Barcei. Bella tument. Virg. Quid bella Tyro surgētia dicā, (Peregrina, & fœmina) Et à fortuna, & à sexu mouet cōmiserationē. (Rudes) Nouas. (Mille) .i. multis, numerus finitus, pro infinito. (Coiere) Congregati sunt. (Nescio quē) Quasi ignotum. (Suis thalamis). i. cōnubio ipsoꝶ. (Quid dubitas) q. d. non est talis tortura mea, vt debeam recusare ēt captiuitatem. Virg. Quid moror? an mea Pygmaliō dum mœnia frater Destruat, & captam ducat Getulus Iarbas? (Getulo) Qui imperat. Getuliæ q̄ est pars Africæ. (Præbuerim) Pro prębēdo. (Sceleri tuo) Ecce hoc verbo magis prohibet, quod uidetur concedere. (Frater) Pygmalion. (Sparsa) Fœdata. (Viri) Mariti mei Sichei quem interfecit. (Pone) Pro depone. Aphæresis. (Profanas) Polluis, & maculas tangendo, qa ab impioꝶ manibus Dei tangi, indignantur, inde apud Virg. Donec me flumine uiuo abluero, nam cruentis manibus tangere sacra Aeneas nefas duxit. (Non bene cœlestes) Sententia est rhetorica. (Si tu) Sensus est. Dei nollent se esse liberatos ab incendio Troiano, si tu, qui es impius, eras culturus deos elapsos ab incēdio. Ordo est. Deos pœnitet esse elapsos ignibus &c. (Si tu). s. sceleratus, & impius habet. n. hoc pronomen demonstratiuum emphasin. (Eras futurus cultor ipsis ereptis). i. liberatis. (Igne) Quia mallēt se esse cōbustos, q̄ hr̄e talem cultorem. (Forsitan) Addit, quod possit eum mouere ad cōmiserationem. (Relinquas) Pro relinques. & melius legitur, quam relinquis, uel relinques, quod sequens uerbū indicat, nam dixit (Lateat) Pro latebit, uel latere contingit. (Pars tui) Aliquis filius, qui est pars patris. (Accedet) Addetur. (Fatis). i. morti. (Miserabilis (Quia nulla culpa sua morietur. (Nondum nati) .i. filii nondum editi in lucem. (Frater Iuli) Qui erit ex te genitus, sicut Iulus. (Cum sua parente) .i. mecū quæ sum mater sua. (Vna pœna) .i. una mors. (Cōnexos) Coniūctos. (Sed iubet) Obiectio, quam posset facere Aeneas. (Deus) Mercurius, sic. n. se excusabat Aeneas, ut apud Virg. lib. 4. Aen. Nunc ēt interpres diuū Ioue missus ab ipso, Testor utrumq; caput, celeres mādata p auras Detulit: Ipse Deū manifesto in lumine uidi &c. uel certe Apollinē uerius intelligit, cuius iussu petebat Italiā, ut ipse apud Vir. lib. 4. Sed nūc Italiā magnā

Gryneus Apollo, Italiam Lyciæ iussere capessere sortes. (Pressa) Tacta calcata. sic ipsa apud Virg. Felix heu nimium felix. si littora tantum Nunq̃ Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

ASC. VRBEM constitui) Virg. Vrbem præclaram statui mea mœnia uidi. (Getulo tradere) Non dices: me, quia Getulo tribus longis constat. (Non bene cœlestes) Memorabile dictũ. (Si tu cultor erat) Sensus est. Tanta est perfidia tua, quòd si tu eras futurus cultor diis penatibus. (Elapsis). s. ignibus & ruinis. (Pœniteat elapsos). i. quòd maluerint igne cõsumpti esse, quam abs te coli. (Sed iubet ire). i. abire. (Deus). s. Iupiter per Mercurium. Vnde Virg. Nunc etiam interpres diuum Ioue missus ab ipso &c.

Hoc duce nempe Deo uentis agitaris iniquis:
Et teris in rapido tempora longa freto.
Pergama uix tanto tibi erant repetenda labore:
Hectore si uiuo quanta fuere, ferent.
Nõ patriũ Simoenta petis, sed Tybridis undas.
Nempe, ut peruenias quò cupis: hospes eris.
Vtque latet, refugitque tuas obstrusa carinas,
Vix tibi contingit terra petita seni.
Hos populos potius in dotem ambage* remota
Accipe, & aduectas Pygmalionis opes.
Ilion in Tyriam transfer felicius urbem?
Inque loco regis, * sceptraque sacra tene.
Si tibi mens auida est belli, si quærit Iulus
Vnde suo partus Marte triumphus eat:
Quem superet, ne quid desit, præbebimus hostẽ,
Hic pacis leges, hic locus arma capit.
Tu modo, per * patrem, fratremq; tela sagittas:
Perque fugæ comites, Dardana sacra, deos:
Sic superent, quoscunque tua de gẽte reportas:
Mars ferus & damni sit modus ille tui.
Ascaniusque suos feliciter impleat annos.

HVB. HOc duce) h. d. Dido, ut Aeneas minus sit cupidus parere responsis Apollinis, dicit. n. eum esse causam malorum Aeneæ quia dum eius respõsa uult sequi, quibus iubetur uenire, agitatur iam multis annis & mari, & terra. (Hoc). s. deo Apolline. (Duce) Auctore. (Teris) Consumis, unde ipse in 7. Aenei. Magnas obeuntia terras, Tot maria intraui duce te, penitusque repostas Massylum gentes, prætentaque Syrtibus arua. (Pergama) Troia. (Quanta) Quam magna, quam florida.) Tanto labore) Quanto petis arua aliena, unde ipsa apud Virg. Quid si non arua aliena, domosque Ignoras peteres, & Troia antiqua maneret? Troia per undosum peteretur classibus æquor? (Patrium). i. Troianum. (Sed undas Tybridis) Qui procul est ab his locis. (Vt). i. quamuis. (Quo cupis). s. ad Italiam. (Hospes) Nouus, & aduena. (Vsque). i. semper alii legunt, utque, & melius, ut sit sensus. (Terra) Quam tu petis. (Vt latet). i. sicut est remota, & obstrusa, & penitus occultata. Vir. 1. Geo. Vt silicis uenis obstrusum excuderet, ignẽ. Idem lib. 6. Aen. Quærit pars semina flãmæ Obstrusa in uenis silicis (Vitat) Quasi spõte fugit, ut Virg. Italiam petimus fugientem. (Vix continget) Eueniet. (Tibi seni). i. etiã si uixeris multos annos. (Hos) Meos, Δεικτικῶς. (Remissa) Omissa. (Ambage) Circuitu, ut, longæ ambages. (Opes Pygmalionis) Quas Pygmaliõ habere cupiebat, & sperabat, unde illud Virg. Portentur auari Pygmalionis opes pelago. (In Tyriam urbem). i. in Carthaginem, quam Tyriam à conditoribus appellauit. (Ilion). i. res Ilienses. i. statum Troianum, & regnum transmutata in hanc urbem, & esto huius loci rex. (Felicius) Quàm Troia fuit. (Sacra) Venerabilia, quia omnes reges erãt sacri. (Si tibi) Satisfacit obiectionib. quas Aeneas facere posset, quod uellet uenire in Italiam, ut exerceat se, & filiũ Ascanium in bellis, dicit enim etiam in illis regionibus dari eis hãc opportunitatem. (Vnde) Ex qua causa. (Neq. desit). i. ut omnia habeas. s. & rerum, & etiam opportunitatem uictoriarũ, & triumphorũ. (Hic pacis) Et paci, & bello cõuenit. (Hic locus) Noster. (Tu modo) Per multas adiurationes cũ orat Dido, ut sui misereatur, sumitur aũt uerbũ perfecti sensus inferius. Pater precor domui. (Tela fraterna). i. arma Cupidinis fratris tui. (Deos) Penates. (Sic) Adiurãtis ẽ, ut

* remissa

* sceptra sacrata

* matrẽ

sæpius

sæpius diximus.(Superēt).i.uincant.nam superare interdum uincere ut hic:interdum superesse significat:ut apud Virg.lib.4.Quid puer Ascanius?superat ne? Et Iuuena. Et quod superauerat unum,uelo prora suo. (Ille Mars) Illud bellum.s.Troianum. (Sit modus) sit finis.(Tui damni).i.ultra illud bellum,nullum unquam patiaris damnum. Suos annos natura,uel fato sibi debitos.Sic supra Briseis ad Achillem. Nunc quoque sic omnes Peleus pater impleat annos.

ASC. PERGAMA uix tanto &c) Docet ne Troiam quidem repetendam tanto labore, quanto Italiam fugientē quærit.(Simoënta) A nominatiuo Simois,sed ut Seru. docet græce scribitur per ei,diphthongon Simois,licet sit semper trisyllabum. (Hos potius populos in dotem) Vnde Iuno ad Venerem Aen.4.Dotaleisq; tuæ Tyrios permittere dextræ.

Et senis Anchisæ molliter ossa cubent:
Parce precor domui: quæ se tibi tradit habendā.
Quod crimen dicis,præter amasse,meum?
Non ego sum Phthia,magnisq; oriūda Mycenis;
Nec * steterunt in te uirque,paterque meus.
Si pudet uxoris:non nupta,sed hospita dicar,
Dum tua sit Dido,quidlibet esse feret.
Nota mihi freta sunt Afrum* frangentia littus:
Temporibus certis dan q;,negantque uiam.
Cum dabit aura uiam:præbebis carbasa uentis:
Nunc leuis eiectam continet alga ratem.
Tempus ut obseruem:manda mihi:* serius ibis:
Nec te,si cupias,ipsa manere finam.
Et socii requiem poscunt:laniataque classis
Postulat exiguas semirefacta moras.
Pro meritis,& si qua tibi debebimus,ultra:
Pro spe coniugii,tempora parua peto.
Dum freta mitescūt:& amor dū temperat usum:
Fortiter ediscam tristia posse pati.
Sin minus:est animus nobis effundere uitam:

HVB. MOlliter) Talia.n.mortuis precari solebant. Iuuena. Dii maiorum umbris tenuem, & fine pōdere terram. (Cubēt) .i.quiescant. (Domus). s. meæ. (Habendam) Possidendam. (Tibi) A te.sic apud Virg. Miserere domus labentis. (Quod,) q.d. nullum.(Non ego) Dicit se non fuisse hostem Troiani nominis, nec natā ex locis hostibus. (Phthia) vrbe Thessaliæ,unde Achilles nonnunquam Phthius dicitur,cuius causa omnes ex ea urbe oriundi merito debent esse odio Troianis.(Oriunda).i.orta,nomen est,non autem participium.(Mycenis) Vnde Agamēnon, & Menelaus fuerint. (In te) Contra te. sic apud Virg.4. Aene.Nō ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui,classemue ad Pergama misi. (Si pudet uxoris) .i. si pudet te habere me nomine uxoris.(Hospita) Peregrina, & amica.(Quælibet).i.sub quauis conditione.i.serua,& amica. (Dum) Pro dummodo. (Nota mihi) Arguit a natura maris Lybici non esse nunc nauigandum,sed differendum. (Frangentia) Percutientia.(Certis) Quibusdam.non omnibus.(Viam).i. opportunitatem eundi.(Leuis) Vilis.(Eiectam) Ad littus subductam. (Alga) Herba maris, quæ in tempestate tollitur super undas,& interdum moratur naues.(Manda) Cōmitte,& ad hanc curam.(Serius) Tardius,ut eas tutius.(Nec finam).i.nō patiar & permittam.(Te manere).s.hic.(Si) .i.quamuis.(Cupias).i.uelis quia hortabor te,ut eas,cū uenti possent.(Et socii) Alia ratio, quare debeat differre discessum ut & socii recreentur,& naues quassatæ reficiantur.(Socii) Tui fessi,ac fatigati.Virg.lib.1.Aen.Defessi Aeneadæ,quæ proxima littora,cursu Contendunt petere,& Lybiæ uertuntur ad oras.(Laniata) Ventis quassata Virg.Quassatam uētis liceat subducere classem.(Semirefacta) Non plene instaurata(Exiguas moras) Exiguū spatium morādi.(Pro meritis) Pro beneficiis in te collatis,ut ipsa apud Maronē. Si bene quid de te merui.(Si qua debebimus,ultra).i.præstare debebimus ultra hęc quæ iā præstitimus. (Pro spe coniugii) Virg.Per connubia nostra,per inceptos Hymenæos) Tēpora parua peto) Sic apud Virg.Tempus inane peto,requiem,spatiumque furori. (Et amor dum temperat

* steterant

* tangē tia

* Sunt qui certius, malūt.

rat

rat vſum).i.dum aſſuetudine amor ſit tolerabilis.Sic Virg.Dum mea me victam doceat fortuna dolere,amoris enim & fortunæ iniuria,& aduerſitas vſu fit tēperatior.(Ediſco) Conſueſco.(Sin minus).i.ſi non.ſubaudi præſtiteris hoc paruum tēpus.(Eſt animus)Eſt firma diſpoſitio.(Effundere vitam)ſcilicet mori.

ASC. PARCE precor domui)Aen.iiij.Si bene quid te merui fuit aut tibi quidquam Dulce meum,miſerere domus labentis &c.(Nō ego ſum Phthia)Sic primo Aeneid. Cum domus Aſſaraci Phthiam, claraſq; Mycenas Seruitio premet. Non ergo legendum eſt Phthiam.(Quidlibet eſſe feret)ideſt parietur quolibet ſcilicet modo.(Nota Afrum) More oratorio iuxta præceptum rethoricorum æque validiſſima parat argumenta,& nouiſſimo loco repetit ſcilicet vt opportunam expectet nauigationem, ad quam ſe illi profuturam pollicetur.(Et amor dum temperat vſum)Sic quarto Aen.Tempus inane peto requiem, ſpatiumque furori:Dum mea me victam doceat fortuna dolere.

In me crudelis non potes eſſe diu.
Aſpicias vtinam quæ ſit ſcribentis imago:
Scribimus:& gremio troicus enſis adeſt:
Perq; genas lachrymæ ſtrictū labūtur in enſem:
Qui iam pro lacrymis ſanguine Tinctus erit.
Quàm bene cōueniunt fato tua munera noſtro:
Inſtruis impenſa noſtra ſepulchra breui.
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo:
Ille locus ſæui vulnus amoris habet.
Anna ſoror,ſoror Anna meæ male cōſcia culpę.
Iam dabis in cineres vltima dona meos.
Nec conſumpta rogis inſcribar,Eliſa Sichei:
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.
Præbuit Aeneas & cauſam mortis,& enſem:
Ipſa ſuo Dido concidit vſa manu.

HVB. DIV) Quia cito moriar & tua crudelitas non poterit nocere mihi mortuæ.(Imago) Species, vel aſpectus.(Quæ)ſcilicet qualis(Troicus)Tuus,quē mihi reliquiſti.Virg.Enſemque relictum.(Strictum) Nudum.(Pro lacrymis) Loco lacrymarū.(Tinctus) Maculatus.(Quā bene) irriſiue.(Fato noſtro) ideſt morti noſtræ.(Inſtruis) Ornas.(Nunc primum) Quia etiam antea percuſſa ſum.(Ille locus) ideſt pectus meum. Vulnus amoris)Virg.At regina graui iandudum ſaucia cura, Vulnus alit venis.(Anna ſoror) Commiſeratiue vertit ſermonem ad Annam, quam dicit cito executuram funus eius.(Male) Quia mihi prodeſſe nequiſti.(Conſcia culpæ) Nam vt eſt apud Virg. ei amorem ſuum detexit. Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichei Coniugis &c.(Culpæ amoris) Secundi mariti, quem culpam appellauit, vt Seru. voluit, quia antiquo ritu bis nuptæ ſacerdotio repellabuntur, ſed melius placet culpam dici propter fidem non ſeruatam priori marito, vt apud Vrg. Nec ſeruata fides cineri promiſſa Sicheo.(Iam)Mox,cito.(Vltima dona)Exequias,quæ & iuſta dicuntur.(Conſumpta rogis)ideſt combuſta ignibus rogalibus.(Nec inſcribar Eliſa Sichei)ſcilicet vxor.nam in mulierum epitaphijs ſcribebantur nomina maritorum ſuorum. Lucret. Licet tumulo ſcripſiſſe Catonis. Mart. Non vult ergo ſcribi vxor Sichei,quia non fuit,ei fida vxor.(Hoc tamen) Legitur etiam tantum, & melius ſcilicet ſolummodo.(cauſam)Quia decepit.Et enſem)Quia reliquit enſem quo ſe interfecit.(Ipſa) Per ſe.(Concidit)Mortua eſt.Secundum fabulas Dido propter diſceſſum Aeneæ ſe interfecit gladio,quem Aeneas reliquerat apud eam licet Seru.dicat quod ſecundum hiſtoriam,cum Iarbas Didonem vxorē petiuiſſet,& illa negaſſet intulit bellum Carthagini,cuius timore,cum cogeretur a ciuibus petijt,vt ante placaret manes mariti,& exædificata pyra ſe in ignem præcipitauit,ob quàm rem Dido ideſt Virago appellata eſt. nam proprie Eliſa dicebatur, alij tamen dicunt eam, Didonem ideſt Viraginem dictam, quia dux fuit tot viris ſecum euntibus,& vrbem in alieno ſolo condidit,vnde Virg. de ea quaſi per admirationem tanti animi,dixit,dux fœmina facti.

ASC. QVAM bene conueniunt fato tua munera noſtro)Aen.iiij.ex perſona Poëta contradicitur

dicitur. Non hoc quæsitum munus in usus. (Feriuntur tel o) Significat se percussam telo amoris, & percutiendam à se telo lætali. (Ille locus) Docte hoc excogitauit poëta. Nam solent fontes puniri etiam in hac uita in his membris, quibus peccauerũt, ut parasiti uentre. unde, ingere in uentrem calces, inquit Comicus. Vaniloqui in ore. sicut Ligur quidam apud Virg. Lubrici amatores, in oculis, ut in Eunucho patet. Meticulosi, in pręcordiis, ut apud Hom. Thersites sceptro contra præcordia percussus. Amatrix ergo, quæ corde peccauit, corde uultus susceptra est. (Anna soror) Idem ferè Aen. 4. reperies. unde supersedeo.

IN VIII. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

Hermione Menelai, & Helenæ filia fuit hæc admodum puella Tyndareo auo materno Oresti Agamemnonis filio & patrueli suo desponsata est. Menelaus uero eius pater huius desponsionis ignarus eam Pyrrho despondit hui andem à bello Troiano reuersus Oresti Hermionem rapuit, & eam per uim tenebat, cum illa mallet esse Orestis quàm Pyrrhi uxor. quare Hermione scribit ad Orestem hanc epistolam, qua eum rogat, ut eam eripiat Pyrrho, & non patiatur eam esse in uinculis apud Pyrrhum, & ita crudeliter tractari. adducit autem rationes plurimas quare id facere debeat, & adducit ipsum Pyrrhum in odium & inuidiam Oresti & postremo adiurat se aut morituram, aut uenturam in coniugium Orestis, quod quidem assecuta est. nam Orestes interfecto Pyrrho eam tandem recepit, &, ut quibusdam placet, sociam in omnes casus eam habuit, ex qua & Orestem filium suscepit.


HERMIONE ORESTI.

EPISTOLA VIII.

*Alloquor Hermione nnper fratremq;, uirũq;
Nunc fratrem: nomen coniugis alter habet.



Yrrhvs Achilleides animosus imagine patris
Inclusam contra iusque, piũque tenet.
Quod potui, renui, ne non in uita tenerer:
Cetera fœmineæ non ualuere manus.
Quid facis Aeacide? non sum sine uindice, dixi:
Hæc tibi sum domino Pyrrhe puella suo est.
Surdior ille freto clamantem nomen Orestis
Traxit inornatis in sua tecta comis.
Quid grauius capta Lacedęmone serua tulissem:
Si raperet graias barbara turba nurus?
Parcius Andromachen uexauit * Achaia uictrix
Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.
At tu, cura mei si te * pia tangit, Oreste
Iniice non timidas in tua iura manus.
An, si quis rapiat stabulis armenta reclusis,



Chilleides) HVB. Filius Achillis, ei autem, quam nos in 1, longam uertimus, nunc poëta diuisit, genitiuo .n. Achillei Achilleides fecit, non Achillides, licet etiam Achillides legi possit, dicitur autem & Achilles, & Achilleus in nominatiuo. Natus est autem Pyrrhus ex Achille, & Deidamia filia Lycomedis Regis Scyri insulæ, quo tempore Achilles apud eum sub puellari habitu educabatur. (Animosus) Audax, uel iracundus. (Imagine patris) Virgil. Instat ui patria Pyrrhus. (Cõtra ius) Contra humanas leges. (Contra pium) .i. contra religionem, & deorum institutum. nam pietas debetur deis. (Ne) Pro ut. (Quod potui,) Id est quantum potui. (Renui,) Id est recusaui. (Inuita) Contra uoluntatem. (Cetera) Præter renuere. (Fœmineæ) Et ideo imbecilles. (Vindice,) Vel ultore, uel defensore, ut Lucanus de Põpeio, vindexq; Senat⁹. (Sub suo dño) Nõ sub re, quia,

*In aliis exemplarib. hęc duo carmina non inueniũtur.

* Regio pro persona.
* nunc

Arma feras? rapta coniuge lentus eris?
Sic socer exemplo nuptæ reperitor ademptæ:
Cui pia militiæ causa puella fuit.
Si socer ignauus vacua *stertisset in aula:
Nupta foret Paridi mater, vt ante fuit.
Non tu mille rates sinuosaq; vela parabis,
Nec numerum Danai militis:ipse veni. (est,
Sic quoq; eram repetēda tamē:nec turpe marito
Vspera pro caro bella tulisse toro.
Quid?quod auus nobis idem Pelopeius Atreus?
Et si non esses vir mihi,fratres eras.
Vir precor vxori, frater succurre sorori:
Instant officio nomina bino tuo.
Me tibi Tyndareus vita gratus auctor,& annis
Tradidit:arbitrium neptis habebat auus.
At pater Aeacidæ promiserat inscius acti:
Plus quoq;, qui prior est ordine, possit auus?
Cum tibi nubebam:nulli mea teda nocebat:
Si iungat Pyrrho:tu mihi læsus eris,
Et pater ignoscet nostro Menelaüs amori:
Succubuit telis præpetis ipse Dei.
Quem sibi permisit.genero *permittet amorem:
Proderit exemplo mater amata suo.

quia alterius iam sum dicata cō nubio.(Surdior)Quia sicut mare non audit precantes, ita ille multo minus audiebat me supradicta dicentem (Clamantem (Vocantem, quasi mihi auxilio esse deberet. (Inornatis) Solutis,& laceratis. (Quid grauius)q.d. nihil, dicit se non esse in deteriori conditione,quam si capta Lacedæmone urbe sua facta tulisset captiua. (Parcius) Modestius,& mitius.(Vexauit) Agitauit.(Victrix)Quæ iure uictoriȩ poterat esse sæuior. (Cū Danaus).i.cum Troia igne græco consumeretur. (Phrygias opes) Sic Virgil. Troianas ut opes, erat.n. Troia ditissima regio.(Cura) Amor.(Iniice manus) Verbum est iuris, dicitur enim iniicere manus, qui nulla inducis auctoritate expectata rē sibi debitam uindicat. Virg. 10. Aen. Iniicere manus parcæ. telisque sacrarunt Euandri. (In tua iura).i.me uendicandā, quæ sum tua (An, si quis) Arguit à minori ad maius,si.n. pugnatur pro armentis, multo magis pugnandum est pro uxore.(Lentus)Piger eris?q.d.non.(Si socer) Arguit ab exemplis.(Socer Menelaus pater meus,socer tuus.(Nuptæ)Helenæ matris meæ uxoris suæ.(Ademptæ)Raptȩ à Paride.(Foret).s.si fuisset lentus,& non curasse repetere eam armis. (Vt ante).s. fuit nupta.(Non tu)Arguit à facili,ꝙ Orestes sine classe,& exercitu eam repetere possit. (Mille)Virg.Non anni domuere decem,non mille carinȩ.(Ipse).i.tu, & non alius pro te. (Sic) .s.cum classibus,& numero militum,si opus esset. (Nec turpe)Immo honestum. (Pro caro toro).i.pro cara coniuge.(Quid?quod)Arguit nunc à consanguinitate,quod si ire cōiugii possat Orestes eam repetere. dicit eum tamen id facere debere iure consanguinitatis, erant.n.Orestes & Hermione patrueles.i.nati ex duobus fratribus, & sic eundem habebāt auum.(Atreus)Pater dicitur fuisse Agamēnonis patris Orestis,& Menai patris Hermiones,ergo auus erit utrique.(Pelopeius)Filius Pelopis, possessiuum pro patronymico.Pelops autem filios Tantali genuit Atreum,& Thyesten,Asteus Agamemnona, & Menelaū, Thyestes uero ex Penelopea filia genuit Aegystū,qui postèa adulter fuit Clytēnestræ.(Si) Quāuis erat frater.i.patruelis,nā in hoc significato sȩpe ponitur,& frater,& soror.(Vir).i. tu maritus.(Instāt officio tuo).i.urgent te ita facere bina nomina.s.& mariti, & patruelis, siue fratris.(Me tibi)Probat,ꝙ ei sit legitime nupta.(Tyndareus)Auus meus maternus,nā pater fuit Helenæ.(Grauis)Venerebilis,& dignus auctoritate.(Vita) Honestate uiuendi. (Et annis)Quia iam senex.laudat autem eum,ne fortasse obiiciatur,quod temere,hoc fecerit.(Arbitrium)Potestatem.(Neptis).i.mei,quæ nata sum ex eius filia.(Cū tibi)Alia ratio honesti matrimonii,quod primum nupsit ipsi Oresti,cum nulli facerent iniuriā, nunc autem dicit se facturā iniuriam Oresti,si eo dimisso nupserit Pyrrho.(Lȩsus)Iniuria affectus.(Et pater)Contta id,quod posset obiici.s.Menelaum,qui eam Pyrrho promiserat, nō

*sedisset

*concedet

esse

esse passurum,ut nubat Oresti.(Ignoscet)Dabit ueniã. (Succubuit) Victus est.(Prępetis Alitis,uel uolucris.ut Virg. Et ꝑpetis omina pennæ.(Dei) Cupidinis.(Genero)Tibi(Mater mea)Helena.(Suo exẽplo)Quia quod propter eam fecit pater,licet tibi ꝑ me facere.

PYRRHVS Achilleides &c.)Nonnulli lib.sic auspicantur,seu incipiunt.Alloquor Hermione nuper fratremque uirumque: Nunc fratrem,nomen coniugis alter habet. In quibus quidẽ uersiculis uidetur phrasis Ouidiana,nec sunt à negocio abhorrentes.In principio autem narrationis cum purgatione sui fatetur uiolẽtiam sibi factam,sed ab eo,cui facile restitisse non potui,Pyrrho uidelicet Achillis filio,& imitatore,addit tamẽ,se illi restitisse,quatenus potuit.(Nomen Orestis)Quasi in eo põdus sit terroris.(Achaia uictrix).i. ipse Græcus uictor,qui eam Heleno permisit habendam,ut patet Aeneid.3.(A tu Oreste) Suauiter deponitur,s,in uocatiuo ꝓpriorũ,ut Achille,Vlysse,Oreste,Chreme. (Ignauus) .i.sine industria,iners,& ad nullum opus utilis.(Stertisset).s.resideret desidiosus,nec legendum est,stetisset,quia uersus non staret,nec sententia tam congrua esset.(In aula uacua).i. uacuata coniuge sua Helena,quam Paris rapuerat,(Non tu mille rates)Tot enim in expeditione Troiana fuisse perhibentur.Virg.Aen.2.Non anni domuere decem,non mille carinæ.(Sic quoque eram).i.etiam cum tanto numero nauiũ,quanto mater Helenę.s.repetita est.(Me tibi Tyndareus)Nititur probare,quia illi legitimus sit cõiux, quod desponsata sit per auũ maternum,cui pater potestatem fecerat. Tyndarus enim pater fuit Helenes saltẽ putatiuus.Vnde Tyndaris dicta est,licet Iouis filia censeatur. Virg. Non tibi Tyndaridis facies.Sanè à quibusdam Græcis dicitur,hinc Tyndareos,ut à Thucydide, quem nũc sequitur poëta,idem tamen & Tyndarus dicitur.(Arbitrium nepti,)Non tantum quia auus,nã auo materno non competit ius in nepotes, sed quia potestatem, iusque fecerat illi domus suę abiens pater,aut certe artificiosus est error,ut significet ingeniosus poëta mulierẽ amoris,quàm iuris peritiorem esse,aut ut calliditatẽ mulierum doceat quæ,quod uolunt,quouis colore persuadere moliuntur.(At pater).s.Menelaus promiserat.(Aeacidæ).i. Achilli Aeaci nepoti,sed inscius acti.(Et pater ignoscet) Vt expertus uim amoris,quia. (Succubuit telis præperis).i.prępetibus pennis uolantis dei.s.Amoris,seu Cupidinis. ASC.

Tu mihi,quod matri pater,es:quas gesserat olim
Dardanius partes aduena,Pyrrhus agit.
Ille licet patriis sine fine superbiat actis:
Et tu,quæ referas,facta parentis habes.
Tantalides,omneis,ipsumque regebat Achillẽ:
Hic pars militiæ,dux erat ille ducum.
Tu quoq; habes,pauũ Pelopẽ,Pelopisq; parẽtẽ:
Si melius numeres,à Ioue quintus eris.
Nec uirtute cares:arma inuidiosa tulisti:
Sed tu quid faceres?induit illa * patrem.
Materia uellem fortis meliore fuisses:
Non lecta est operi,sed data causa tuo.
Hanc tamẽ implesti:iuguloq; Aegisthus aperto
Tecta cruentauit,quæ pater ante tuus.
Increpat Aeacides:laudemq; in crimina uertit:
Et tamen aspectus sustinet ille meos.

TV mihi).i.sicut pater meus est legitimus maritus matri meæ Helenæ, ita tu mihi. (Quas gesserat olim).i. sicut Paris non legitimus coniux erat matri meæ,sed raptor,ita & Pyrrhus agit eas partes .s. raptoris. (Quas) Dardanius).i.Paris olim cum habebat apud se matrẽ meam.(Partes)Officia & nomina.(Ille licet) Cõciliat sibi amorem Orestis præponendos eum Pyrrgo.(Sine fine)Infinite.(Patriis).i.paternis.(Et tu).i.etiam tu. (Quæ referas).i. quæ possis memorare.(Tantalides).i. Agamemnon, longe repetitum patronymicum, sicut ex superius commemorata geneologia pater.(Ipsum) Habet emphasim hoc pronomen,q.d.etiam ipsum Achillem,quo Pyrrhus tam superbit.(Hic).s. Achilles. (Erat pars militiæ) id est unus ex militibus & ducibus,qui erant sub Agamemnone. (Ille) Agamemnon pater tuus.(Erat dux ducum) Quia omnes duces ei parebant. Virgil.ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuum. HVB.

* Quidam pater legunt,ut idem Oui.in duit arma tibi genitor patriæque,tuusque.

Achiuum.(Proauum)ſicut ſupra oſtendimus,in ordine generis.(Parentem Pelopis).i. Tãtalum.Horat.in 1.Carm.Occidit & genitor Pelopis conuiua deorum.(A Ioue)Quia Iupiter genuit Tantalum,& ſic eris quintus ab eo.(Nec uirtute) Laudauit Hermione Oreſtẽ à nobilitate,nunc laudat à fortitudine.(Virtute).i. fortitudine nam in actis militarib. uirtus pro fortitudine accipitur.(Inuidioſa)Odioſa,quia interfeciſti matrem.(Sed tu) Excuſatio matricidii Oreſtis.(Quid faceres?)q.d.nihil aliud,quam quod feciſti.(Induit illa patrẽ).i.dedit ei ueſtem ſuperiori parte non apertam, qua caput emittere non poſſet, qua implicatus,& uxoris,& adulteri manibus interfectus eſt,licet alii dicant in conuiuio interfectum primo die,quo domum rediit,ut Iuue.Quippe ille dies auctoribus,ultor Patris cæſi media inter procula,& idem ferro à Clytẽneſtra occiſum ſentit in fine Satyræ ſextæ his uerbis:Hoc tm̃ refert,quod Tyndaris illa bipennem Inſulam,& fatuã dextra, læuaq; tenebat.& Vir.lib.11.Ipſe Mycenæus magnorũ ductor Achiuum,Coniugis infandæ prima intra limina dextra Opetiit.(Meliore)Honeſtiore,qnã cæde matris.(Non lecta eſt) Excuſatio eſt,q.d.non ſponte,ſed coactus,hoc feciſti.(Lecta).i.electa à te.(Sed data) .ſ. & ſcelere matris,& reſponſo oraculi. (Operi tuo).i.tuo facto.ſ.matricidio. (Impleſti) Perfeciſti. (Hanc).ſ.cauſam tibi datã.(Aegiſthus)Adulter matris tuæ.(Cruẽtauit)Cruore ſubfœdauit.(Quæ pater tuus ante).ſ.cruẽtauerat.i.eiſdẽ tectis eũ interfeciſti, quo ille patrẽ tuũ interfecerat,& artificioſe tacet cædẽ matris,& tãtũmodo cædẽ adulteri cõmemorat.(Aeacides)Pyrrhus pronepos Aeaci,nam Aeacus eius proauus eſt.(Increpat) .ſ. hoc factum tuũ. (Laudem).i.ultionem cædis paternæ,quę tibi laudi eſt.(Vertit in crimina).i.incuſat,& dicit homicidium eſſe.(Et tamẽ).i.quamuis ita de te male dicat.(Suſtinet meos aſpectus) .i. patitur ſe à me uideri,quã ſcit tibi eſſe uehementer affectã, & non poſſe male de te audire.

ASC. ILLE licet)Comparat genus Oreſtis cum genere Pyrrhi,illiq; præfert.(Sed tu quid faceres?induit illa patrem)Purgat facinus Oreſtis,quantum ad ſcelus nefarium,& laudat, quantum ad audaciam.Nam iuſtum fuiſſe contendit,ut,quæ patrem indnerit tunica textili,quam camiſiam uocant ſine orificio,ſeu exitu ea ſpe,ut nunquam eam exueret,ſed in ea ab adultero interficeretur,etiam à quocunque interfecta ſit,Subtiliter autem dicit.(Illa,) Quaſi dicat quæ meruit mori,ſubticens nomen matris. (Non lecta).i. delecta,aut electa, ſed data.i.præter ſpem oblata.(Et tamen aſpectus).i.licet damnet facinus tuum,tamen libenter uidet me coniugem tuam.

Rumpor:& ora mihi pariter cũ mẽte tumeſcũt:
Pectoraque incluſis ignibus uſta dolent.
Hermione coram quiſquam ne obiecit Oreſti?
Nec mihi ſunt uires:nec ferus enſis adeſt.
Flere licet:flendo certe diffundimus iram:
Perque ſinus lacrymæ fluminis inſtar eunt.
Has ſemper ſolas habeo: ſemperque profundo:
Hument incultæ fonte perenne genæ.
Hoc generis fatũ:quod noſtros errat in annos:
Tantalides * matres apta rapina ſumus.
Non ego fluminei referam mendacie Cycni:
Nec querar in plumis delituiſſe Iouem:
Qua duo porrectus lõge freta diſtinct Iſthmos:

*omnes

HVB. RVmpor).ſ.dolore.(Ora tumeſcũt cum mente,) Quia ita timidos homines facere uidetur(Vſta)Ardentia.(Ignibus incluſis)Indignationibus,quæ tãquam ignes latentes pectus meũ urunt. Iuuenal. Quid referam quanta ſiccum iecur ardeat ira? (Quiſquã ne obiecit) Pro quiſquam ne obiiciet, id eſt quiſquã ne maledicet de Oreſte in præſentia mea?(Nec mihi ſunt uires)id eſt nec poſſum ulciſci hãc iniuriam.(Flere licet)id eſt poſſum ſolum flere, & non aliter uindicare.(Diffundimus)Spargimus, & abiicimus iram flendo, quia ut uolunt phyſici, plus lædit ira retenta,& occultata,quam ſi fletu effundatur. (Inſtar fluminis) .i.ualde abunde. (Has lacrymæ ſemper) Quia nunquam ceſſo flere. (Profundo) Emitto.(Hument)Madefiunt.(Fonte).i.copia lacrymarum perenne,iugi perpetuo. (Hoc generis fatum eſt) .i.hoc

eſt

est infortunium gentis domus nostræ,quod etiam ad meam ętatem peruenit,ut ex gēte nostra omnes mulieres rapiamur à viris,sicut ego rapta sum nunc à Pyrrho,commemorat autem multas de genere suo raptas.(Matres) Mulieres (Tantalides).i.de genere Tātali.(Nō ego)Occupatio est rhetorica,dicit enim se nolle referre,cum tamen referat.(Mendacia)Fictionem falsam figuram.(Cycni fluminei)Habitantis iuxta flumina.Nam Cycnus consanguineus Phaëtontis, postquam Phaëton fulminis incendio à Ioue consumptus est in volucrem sui nominis ob dolorem mutatus,vt inquit Ouid.lib.2. Met.Non se cœloq; Iouique credit,vt iniuste missi memor ignis ab illo Stagna petit, patulosq; lacus, ignemq; perosus. Quæ colat, elegit cōtraria flumina flammis.(Delituisse).i.latuisse.(In plumis) .i.in forma Cycni.Nam Iupiter captus amore Ledæ vxoris Tyndari conuersus in Cycnum ad eam volauit,quæ vt Fabulæ tradunt,cum eum sinu excepisset,illi dicitur oua in eius gremio peperisse,ex quibus nati sunt Castor,& Pollux,Helena & Clytemnestra.Oua autem duo tantū fuisse dicuntur,ex quorum altero Castor & Pollux,ex altero Helena,& Clytemnestra nati dicūtur.Horat.in Arte poëtica: Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. Idem in epist.Castor gaudet equis,ouo prognatus eodem pugnis . Sūt qui velint non Cycnum.sed Ledam ex compressu Iouis illa duo oua peperisse.(Qua duo)Refert rapinam alterius.Hippodamia filia fuit Oenomai regis Elidis & Pisæ , quam cum ob egregiam pulchritudinem multi vxorem peterent,patet proposuit Procis,hanc legem,& durissimam conditionem,vt qui eam vellent curuli certamine cum ea contenderent & qui victus fuisset,capite puniretur,qui vicisset eam vxorem,haberet.Ad hoc certamen cum Pelops Tantali filius ex Phrygia venisset,corrupto Myrtillo Hippodamiæ auriga pollicitatione primi cōcubitus victor euasit.Nam Myrtillus axes currus fractos cera dicitur texisse , qua postea calore liquefacta concidit currus,& hac fraude potitus est Pelops Hippodamia.Cum vero Myrtillus peteret promissam mercedem,à Pelope in mare præcipitatus est, quod ab eius nomine Myrtoū denominatum ferunt.Sed hæc fabulosa,nam re vera,bello rapta est corrupto Myrtillo præfecto exercitus.(Qua duo)Describit locum,vbi rapta est Hippodamia, videlicet in Achaia, quæ postea à Pelope,qui ibi regnauit Peloponnesus .i.Pelopis insula dicta est. Nam,vt supra diximus,Isthmos est terra tenuis inter duo maria,& sunt duo Isthmi celebres,vnus in Achaia,de quo nunc intelligit,& alter in Thracia.(Distinet) idest separat.

ASCENSIVS.

RVMPOR,& ora &c.)Dicit se rumpi dolore,atq; secum dicere.(Obiecit quisquam Oresti.coram Hermione).i.me.i. audet ne quisquā coram me obijcere marito meo tale crimen.(Fonte perēne)Licenter dixit.Nā nos tantū perēni dicimus, nec dixit perēne pro perenniter,quia permisit semper.(Hoc generis fatū)Reijcit in fatū culpā,vt & Helena prius. ASC.

Vecta peregrinis Hippodameia rotis.
*Castori Amyclæo, & Amycleo Polluci
Reddita Mopsopia Tyndaris vrbe soror.
Tyndaris Idæo trans æquora ab hospite rapta,
Argolicas pro se vertit in arma manus.
Vix quidem memini memini tamen: oīa luctus,
Omnia solliciti plena timoris erant.
Flebat auus, flebatque soror, fratresq; gemelli:
Orabat superos Læda,suumque Iouem.
Ipsa ego non longos etiam nunc scissa capillos
Clamabam:sine me,me sine mater abis?
Nam coniux aberat. ne non Pelopeia credar:

ROtis peregrinis) idest curru peregrino.Nam vt diximus Pelops ex Phrygia venerat, inde Ouidius. libr.2. Tristium. Quid nisi Tātalide agitante Cupidine currus, Pisęam Phrygijs vexit eburnis equis. Castori Amycleo dictum est supra Helenā in certamine palestræ à Theseo raptam fuisse,quę postea Castori , & Polluci fratribus eam bello repetētibus reddita est,Immo (vt quibusdam placet)ui recuperata,abducta etiam cum ea, Aethra matre Thesei , quę postea HVB.

*uersus licentiosus.

ſtea ſemper comes fuit Helenæ, vt in eius epiſtola ad Paridem infra patebit. (Amyclæo) Ex Amyclis vrbæ Laconiæ. Notandnm eſt autem in quinta ſede eius verſus pro dactylo eſſe ſpondeum, & in prima ſyllaba tertij pedis vocalem, nec elidi, nec breuiari ſequente vocali. (Tyndaris) Helena. (Soror) ſcilicet Caſtoris, & Pollucis. (Vrbe Mopſopia) ideſt Athenienſi. Nam tres fuiſſe Mopſos ſcribit Str. lib. 9. vnum vatem filium Tyreſiæ, alter fuit Lapitha Argonautarum nauigationis comes, à quo oppidum Mopſium in campo Pelaſgico vocatum eſt. Tertius à quo Atticam appellauere Mopſopiam. Alibi tamen eodem lib. dicit eum Mopſopum appellatum, à quo Mopſopij Athenienſes dicti ſunt, quod videtur veriſimilius. (Tyndaris) Narrat ſecundam rapinam Helenæ, quæ Paride rapta, & Troiam abducta belli Troiani cauſa extitit. (Idæo hoſpite) Paride Troiano, quem illa hoſpitio acceperat. (Vertit) Mouit. (Pro ſe) Pro recuperatione ſua. (Vix equidem) Dicit ſe fuiſſe admodũ paruam, cum mater ſua Helena rapta eſt, & enumerat, quædam, quæ dicit ſubdere ſibi memoriam eius rei. (Plena luctus) .i. plena mœroris. (Solliciti) Ab effectu dicit .i. facientis homines ſolicitos .i. anxios, vt in prima epiſto. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. (Auus) Tyndareus. (Soror) Clytemneſtra ſoror Helenę matris meæ. (Fratres gemelli) .i. Caſtor, & Pollux, fratres meæ matris. (Læda) Mater Helenæ. (Suum Iouem) A quo fuerat amata, & oppreſſa. (Non longos) .i. breues quãtos habent infantulæ. (Sine me, ſine me) Conduplicatio, color Rhetoricus. (Cõiux) .ſ. matris meæ .i. Menelaus. (Aberat) Iuerat enim in Cretam. (Ne non) Addit nunc ſe ſupradictis quas dixit fuiſſe raptas. (Ne non) .i. vt. (Credat Pelopeia) .i. de genere Pelopis. Nàm dixit ſupra. Tantalides matres apta rapina ſumus. Phædra ad Hippol. Ne forte parum Minoia credat.

ASC. HIPPODAMIA) Licet de genere Tantali nõ fuit, fuit tamen eius affinis, quia nurus, & in familiam eius venit, vnde, non eſt omnino alienũ exẽplum. (Caſtori Amyclæo) Amyclæ ciuitatis Oebaliæ, vnde rapta eſt Helena. Stat. in Achill. Soluerat Oebalio claſſẽ de littore paſtor Dardanus incautas blãde populatus Amyclas. Erat autem Helena rapta prius à Theſeo, quàm à Paride. Vnde dixerat in eius contemptum Oenone. Quæ toties rapta eſt, præbuit ipſa rapi. Recitat ergo raptam à Theſeo, & reſtitutã Caſtori, & Polluci fratribus eius. Eſt autẽ verſus licentioſus, factus tamen ad imitationẽ illius in Buc. Amphion Dircæus in actæo Aracyntho, & illius, Vale, inquit, Iola. Nam in dictione Caſtori non aſſumit vocali ſequenti, ſed corripitur ſicut ibi: Vale, inquit, & ſub Ilio alto lib. 5. Aen. in Amyclæo autem neq; aſſumitur, neque corripitur. Nam o, & a, dactylus eſt, ſicut ibi, actæo Aracintho. Eſt præterea ſpondiacus, quia ſpondeum habet in quinto, qui pondus, & mœrorem indicat. (In vrbe Mopſopia) .ſ. Aphidna, de qua in Oenone dictum eſt. (Soror) .ſ. non Hermiones, quia eius mater erat, ſed Caſtoris, & Pollucis, quibus reddita eſt. (Tyndaris,) q.d. eadẽ rapta eſt à Paride. (Fratreſq; gemelli) Id recte dicitur, ſed inepte dixeris gemellos fratres, quia omnes gemelli fratres ſunt. intelligit Caſtorem, & Pollucem, qui ſecũdum plurimos geminos conſtituunt in cœlo ſignum. (Apollinis arcus) Sic Virg. Aeneas, Phæbe graues Troiæ, ſemper miſerata labores, Dardana qui Paridis direxti tela manuſque.

HVB. NEoptolemo) ideſt Pirrho, quia ita dictus eſt quaſi nouus pugnator, nam νέ⊙, grece nouũ ſignificat polemos, Polemo poëtice Ptolemeo, ideſt pugno. (Pelides) ideſt Achilles pater Pyrhi. (Vtinam vitaſſet arcus) ideſt vtinam nunquam fuiſſet interfectus, quia ſi viueret, culparet factum filij, qui alienã vxorem vult rapere, Apollinis autem arcus dixit, non quod re vera Apollo eum ſagittis intere

*parens Legitur etiã, ſui.

Ecce Neoptolemo præda parata fui.
Pelides vtinam vitaſſet Apollinis arcus:
Damnaret nati facta proterua * pater.
Nec quondã placuit: nec nũc placuiſſet Achillis:
Abducta viduum coniuge flere virum.
Quæ mea cœleſteis iniuria fecit iniquos?
Quod ue mihi miſeræ ſidus obeſſe querar?
Parua mea ſine matre fui: pater arma ferebat:
Et, duo cum viuant: orba duobus eram.
Non tibi blanditias primis mea mater in annis

In

Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis.
Nec gremio sedi sarcina grata tuo.
Non cultus tibi cura mei: nec pacta marito
Intraui thalamos matre * parente nouos.
Obuia prodieram reduci tibi (vera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat.
Et tamē esse Helenē, qđ eras pulcherrima sensi:
Ipsa requirebas, quæ tua nata foret.
Pars hæc vna mihi coniux bene cessit Orestes:
Is quoque, ni pro se pugnet, ademptus erit.
Pyrrhus habet captam reduce, & victore parēte:
* Et minus à nobis diruta Troia fuit.
Dum tamē altus equis Titan radiantibus instat:
Perfruor infelix liberiore malo.
Nox vbi me thalamis vlulantē, & acerba gemētē
Condidit: in mœsto procubuique toro:
Pro somno lacrymis oculi funguntur obortis:
Quaque licet, fugio, sicut ab hoste, viro,
Sæpe malis stupeo: rerumque oblita, locique,
Ignara tetigi Scyria membra manu.
Vtq; nefas sensi: male corpora tecta relinquo:
Et mihi polluta credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Orestis
Exit: & errorem vocis, vt omen, amo.
Per genus infelix * oro, generisque parentem,
Qui freta, qui terras, & sua regna quatit:
Per patris ossa tui, patrui mihi, quæ tibi debent:
Quòd se sub tumulo fortiter vlta iacent:
Aut ego præmoriar: primoq; extinguar in æuo:
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.

mit, sed quod in eius templo sit interfectus. Nam cum Thetis Achillem in fantulum in aquā Stygis infernæ tinxisset, toto corpore præter partem pedis, qua cum tenebat eum immersit in aquam vt apud Statium legimus. Si te stygis amne seuero Armaui, totumque vtinam. fuit inuulnerabilis omni parte corporis, quæ aqua tincta fuerat. Sed cum captus amore Polyxenæ filiæ Priami constituisset, vt eam caperet in templo Apollinis: Paris post simulacrum latens, in partem pedis, quę erat vulnerabilis, quia non fuerat tincta aqua stygis, directa sagitta eam occidit inde fictum est, quod tenente Apolline arcum Paris direxerit tela, vt apud Virg. lib. 6. Phœbe graues Troiæ semper misurate labores, Dardana qui Paridis direxerit tela, manusque Corpus in Aeacidæ. (Damnaret) Culparet. (Nec nunc placuisset) Legendum est nunc ne, si legatur non, ex duabus negationibus fit sensus contrarius. (Quæ) Admiratiue, q.d. nescio. (In quos) Inimicos, & aduersos. (Quod fidus) Quia vitæ conditionem qualitate siderum nobis afferri tradunt. Iuuen. Distat enim quę sidera te excipiāt modo primos incipientem Edere vagitus, & adhuc de matre rubentem. (Parua) Ecce commemorat sua infortunia. (Parua) Infantula: quo tempore debueram maxime apud eam educari. (Ferebat arma) idest gerebat bella. (Cum viuant) scilicet quamuis sunt viui. (Orba) Priuata, idest eram orphana. (Non tibi) Dicit se caruisse ijs iocunditatibus, quas aliæ puellæ habere solent in infantia, quæ & parentes delectant, & ab eis gremio tenentur. (Incerto ore) Incertis verbis, quia infantes nondum sciunt bene exprimere verba. (Captaui) Amplexa sum. (Grata sarcina,) Idest gratum onus. (Cultus mei) sicut aliæ matres solent habere curam cultus suarum filiarum. (Pacta) Desponsata. (Matre parante) vt est mos (Prodieram) Exieram. (Reduci) Reuerentia à Troia. (Parentis) Id est matris meæ. (Sensi) Cognoui, iudicaui. (Quod) Id est quia. (Pulcherrima) Valde pulcha (Ipsa,) Idest tu (quæ forte nata tua) Quia etiam tu non cognoscebas me. (Pars hæc) Enumaratis multis infelicitatibus suis, dicit Hermione se tantum fuisse felicem in hoc, quod Orestem coniugem sortita sit. (Hæc vna) idest sola, scilicet. (Orestes coniux) idest datus mihi maritus. (Bene cessit) Euenit, in reliquis sui infelix. (Is) Orestes.

*parēte

*Ah nō hoc nobis diruta Troia fuit. In alijs, munus, & hoc nobis diruta Troia dedit. quod etiam & Planudes interpretatur & fortasse rectius. Sunt & qui legūt. Et minus hoc nobis diruta Troia fuit.

* Iure.

ſtes.(Pro ſe).ſ.ne adimatur mihi.(Pyrrhus habet)Conquæſtio eſt de audacia Pyrrhi. qui poſt victoriam Menelai,& reditum in patriam teneat Hermionem captiuam.(Et minus à nobis).i.Troia ah non eſt ad vtilitatem noſtram deductus.alius lib.habebat:Manus & hoc nobis diruta Troia fui.i.hanc vtilitatem habeo,quod Troia ſit diruta,ſiue aut fuit,ſiue dedit legatur,idem eſt ſenſus.(Cum tamen)Dicit,ꝙ licet omni tempore ſit in magno mœrore.tamen minus angitur die, quam nocte,nam per totã noctem dicit ſe flere.(Titan).i.Sol.(Aſtat altus).i.eſt in ſummo cœli.(Radiantibus)Splendentibus.(Malo).i.dolore.(Liberiore)Mitiore,& minus vrgente me.(Acerba)Pro Acerbe,nomen pro aduerbio, ſicut raũca ſonans amnis.(Funguntur lacrymis pro ſomno).i.cum debent dormire, lacrymantur.(Quaque licet).i.quantum poſſum.(Ab viro)Pyrrho.(Stupeo)Careo ſenſu,& exanimor.(Oblita rerum & loci).i.quæ non recordor,quid faciam,aut vbi ſim.(Ignara) Non aduertente(Scyria membra).i.membra Pyrrhi,qui natus eſt in Scyro inſula,vbi regnauit Lycomedes,vt ſupra diximus.(Vt)Poſtquam.(Senſi nefas).i.ſenſi me tetigiſſe illum,quem nolebam.(Credor mihi).i.videor mihi(Pollutas).i.fœdatas eius contactu.(Sæpe Neoptolemi).Dicit Hermione ſe tantum habere cordi Oreſtem, quod cum velit nominare Pyrrhũ, ſæpe pro Pyrrho nominat Oreſtem.(Errorem) Quod te pro eo vocem.(Vt) Tanquam.(Omen).i.augurium felix, quia puto id mihi contingere, quia aliquando ſim futura tua.(Per genus)Nunc adiurat Oreſtẽ,vt eum recuperet.(Parentem generis).i.Ionem, patrem Tantali,vnde genus noſtrum eſt.(Et ſua regna).i.cœlum,nã Iupiter omnia regit.(Patris tui)Agamemnonis.(Patrui mihi)Quia fuit frater patris mei.(Debent tibi).i.ſunt obligata.(Vita)Vindicata.ſ.à te interfectis Aegiſtho,& matre tua, à quibus ipſe interfectus fuit.(Præ moriar).i.moriar ante tempus.(Ego Tantalis)Quæ ſum de genere Tantali.(Tantalidæ).i.tui,qui & ipſe es de eodem genere. Oreſtes interfecto Pyrrho tandem recepit Hermionem,ex qua ſuſcepit filium nomine Oreſtem,à quo Oreſtæ populi dicti ſunt.

ASCENSIVS.

ASC. QVAE mea cœleſteis)De ſe ſpecialiter querelas præſert, quod ab ineũte ætate miſera fuerit,& parentibus adhuc viuis orba.Nam mater rapta fuit, & pater pro ea r petẽda apud Troiam.graphice autem enumerat matrum in filias officia.(Te tamen eſſe Helenẽm,quod eras pulcyerrima,ſenſi)Donatus dicit Helenam tam pulchram fuiſſe,vt omnes pulchræ ab ea poſtmodum Helenæ nuncupatæ ſint.(Cum tamen altus equi &c.)Non dixero, liberiore.i.validiore malo,quia longe alius eſt ſenſus.Vult enim dicere,quia Sole Oriẽte,cum inter populos,verſetur,minus angatur,quam ſub noctem,quia,vt Maro dicit Aen.4.Sub noctem cura recurſat.quinetiam phyſica ratione comprehenditur, omnes morbos ingraueſcere Occidente Sole,& leuari eo Oriente.Dicam ergo.(Malo liberiore).i.minus premẽte, & magis liberam permittẽte.ſic ſit ordo.(Tamen).i.tametſi multis malis angar.(Cum)ideſt quando.(Titan).i.Sol,qui vnus eſt de Titanibus.(Inſtat equis radiãtibus).i.vehitur.(Altus).i.ſublimis.(Ego infelix perfruor).i.etiam pro fructu fungor.(Malo).i.doloris,& curarum.(Liberiore).i.magis liberam permittente,& minus ſtringẽte,ſed,vbi nox acerba(niſi ſit gementem acerba,pro acerbe.) (Condidit).i.abſcondidit.(Me vlulantem,& gemẽtem) Quia.ſ.coniugem non inueni.(Thalamis).ſ.meis.i.cubili meo. Et procubui in mœſto toro).i.ego mœſta in toro meſtam faciente, tunc ſup.(Oculi mei funguntur lacrymis obortis).i.præter intẽtionem ortis.(Pro ſomno).i.loco ſomni.(Et fugio à viro).ſ.Pyrrho ſicut ab hoſte.(Qua).i.qua parte,aut qua ratione,aut quatenus licet.Nam quaq;,duæ ſunt partes.i.& quæ (Ignara manu).i.ipſa ignara,putans Oreſtem contingere,contingo.(Membra Scyria).i.ipſius Pyrrhi in Scyro Lycomedis inſula ex Deidamia geniti.(Sæpe malis ſtupeo)Male interpretatur ſuperior dicens, cum malas tango,quæ horridæ ſunt. Nam malæ, vnde per diminutionem maxillæ,prima longa ab omnibus ponitur,vt Aen.3. Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas,dic ergo.(Ego ſtupeo).i.hebetor,& quaſi ſtolida fio,hoc eſt alienor,& abſtrahor à ratione, & memoria.(Sæpe malis).i.propter mala, quæ perpetior.(Per genus) Claudit epiſtolam cum obſecratione pondus votorum continente.

IN

IN IX. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

Hercules multis, & magnis laboribus, qui sibi ab Eurystheo Iunonis nomine imperati fuerant, functus cum in Pheneo Arcadiæ oppido quinquennium fuisset, inde sponte discendens in Aetoliam profectus, atque cum nondum legitimam prolem, nec uxorem haberet: Deianiram Oenei filiam iam defuncto Meleagro sibi desponsatam uxorem accepit, sed triennio post Deianiræ nuptias, cum Eurynomum puerum ministrum paruo errore lapsum pugno percussum occidisset inuitus, dolore percussus Calydone recessit cum Deianira uxore, & Hyllo puero ex ea suscepto, cum itinere ad Euenum flumen uenisset, reperit Nessum centaurum, uiatores precio flumen transuehentem. Qui cum Deianiram transuexisset, eam uiolare conatus est, cum Hercules in alia ripa esset qua uiri opem implorante. Hercu. cum sagitta transfixis. Ille ne moreretur inultus, pollicitus est Deianiræ, se medicamentum traditurum quo nullam aliam præter se, mulierem Hercu. unquam appeteret. Iussit itaque, ut oleo cum sanguine ex uulnere suo, & sagitta defluente commixto Herculis tunicam ungeret, sic enim fore, ut nullam aliam mulierem præter se appeteret, cum Nessus expirasset illa clàm Hercule, quod erat mandatum, effecit. Hercules aliquanto post Oechaliam uenit, & contra Euryti regis Oechaliæ filios, quoniam Iolen sororem suam ante ei promissam uxorem negauerant, exercitum duxit, auxiliantibusq; Arcadibus, qui eum ex Pheneo discedentem secuti erant, urbe expugnata Eryti filios occidit, & cum Iole captiua ex Euboëa in montem Ceneum profectus est, ibi sacra facturus: Lycham autem famulum domesticum clàm ad Deianiram in Trachynem ubi eam reliquerat, misit, ut ei uestem, qua in sacris uti consueuerat, afferret. Deianira uero amore Ioles percepto, cupiens se omnibus amore præferri, tunicam iuxta Centauri consilium tinctam: Lycha rei inscio Herculi deferendam tradidit qua Hercules indutus, medicamenti ui paulatim inualescente maximo dolore torqueri cœpit, itaque Lycham uestis latorem primum occidit, ac morbo magis quotidie inualescente Lycimnium, & Iolaum Delphos ad Apollinem misit, ut morbi remedia sciscitarentur, oraculum iussit Herculem ferri cum apparatu bellico in Oetam montem, ibiq; prope eam ingentem strui pyram, de reliquis Ioui curam fore. qui cum Iolao erant, iussa Apollinis exequentes, quod futurum erat, suspicabantur: Hercules desperata salute, in pyram conscendit, solus Philoctetes in gratiam sagittarum, quas Hercules reliquit pyram succendit, subitoq; fulminibus circum cadentibus pyra exusta est, accedente Iolao, ut ossa colligeret, nullo penitus reperto, creditum est Herculem ad deos translatum, eiq;, ut heroi, sacra quędam instituta sunt. Interea antequam moreretur cum magna ei ueneni uexaretur. Deianira calamitate Herculis stupefacta, cum causam tanti mali à se profectam sciret, laqueo uitam finisse dicitur. Sed poëta nunc fingit Deianiram antequam se interficeret, scripsisse ad Herculem, conquerens, & quod turpi amore Ioles succubuerit, & à legitimo alienatus sit, deinde inter scribendum fingit eam accepisse nuncium de calamitate Herculis quem grauissimo dolore torqueri audierat propter tunicam à se missam, itaque postquam excusauit se propter amorem hoc fecisse, affirmat se esse morituram.

DEIANIRA HERCVLI. EPISTOLA IX.

*Mittor ad Alciden à coniuge conscia mentis
Littora, si coniux Deianira tua est.



RATVLOR Oechaliam titulis cedere nostris:
Victorem uictæ succubuisse queror.
Fama Pelasgiadas subito per uenit in urbes.

HVB.



Ratulor) Lętor. (Oechaliã) Vrbem Euboëæ, in qua regnauit Eurytus, licet Stra. dicat esse in Thessalia in Euboëa, & in Arcadia. hanc expugnauit Hercules pp Iolem sibi negatã, ut supra diximus, & eius fratres interfecit, atque, ut alii uolunt, etiam patrem. (Accedere) Adiũgi. (Nostris titulis) Nostris uictoriis, & laudib. nostris aũt dixit quia laudes mariti ẽt suas existimat. (Victorẽ). s. te. (Succubuisse) Victũ fuisse. (Victæ). s. Iole. (Pelasgiacas) Gręcas.

*In aliis exemplarib. hęc duo carmina non inueniũtur.

ASC. GRATVLOR Oechaliam) Huic quoque epistolę in nonnullis lib. prætermittitur distichum. Mittor ad Alciden à coniuge conscia mentis Littera, si coniux Deianira sua est. Cuius ordo est. (Ego littera). i. epistola. (Conscia mentis). i. præpositi, & intẽtionis animi. (Mittor ad Alcidẽ). i. ad Herculem. (A coniuge). i. uxore eius, si Deianira est cõiux sua, uerum credo Ouidianum non esse, quia mala est reciprocatio, si coniux Deianira sua est dicendum est enim eius, sed id uersus uon patitur. (Titulis nostris) Quia glorię mariti particeps est cõiux. (Fama Pelasgiacas (Melius sit, quam Pelasgiadas, quia nulla necessitas cogit pro possessiuo patronymico abuti.

Decolor, & factis inficianda tuis:
Quem nũquam Iuno, seriesq; immensa laborũ
Fregerit. huic solen imposuisse iugum.
Hoc uelit Eurystheus: uelit hoc germana Tonã-
Lætaque sit uitæ labe nouerca tuæ. (tis:
At non ille uenis: cui nox (si creditur) una
Non tanti, ut tantus conciperere: fuit.
Plus tibi, quã Iuno, nocuit Venus: illa pręmendo
Sustulit. hæc humili sub pede colla tenet.
Respice uindicibus pacatum uiribus orbem:
Qua latam Nereus cærulus ambit humum.
Se tibi pax terræ, tibi se tota æquora debent:
Implesti meritis solis utranque domum.
Quod te laturum est, cœlum prius ipse tulisti:
Hercule supposito sidera fulsit Atlas.

HVB. DEcolor) Turpis. (Inficianda. i. neganda. nam inficiari negare significat, unde inficiæ tantum pluralis numeri, quo nomine utimur cum eo, ut eo inficias. i. nego, & tu is inficias &c. (Iuno) Quæ semper conata est te opprimere. (Series) Ordo & numerus. nam plurimos labore passus est. (Huic. s. tibi. (Imposuisse iugum) id est domuisse te. tractum à bobus. est autem ordo. fama decolor &c. uenit Iolen imposuisse iugum huic, quem Iuno, & immensa series lab. nunquam fregerit. (Hoc uelit,) quasi dicat facis, quod placet inimicis tuis, quia cum cupiant tuum dedecus gaudens, quod à muliere sis subiugatus. (Eurystheus) Rex, qui tibi laboret imperat. (Germana Tonantis) Iuno soror Iouis, qui Tonãs dicitur, quia & tonitrua ciet, & fulmina mittit. (Sit). i. erit. (Nouerca) Ipsa Iuno, quæ est nouerca tua. nam Hercules filius fuit Iouis ex Alcmena. (Labe) Macula, turpitudine, aliàs ponitur pro ruina à labendo, ut apud Vir. lib. 2. Aen. Hinc mihi prima mali labes. (At non) Increpat ipsum, quod non respondeat spei, quæ de eo fuit habenda, quia non una nocte generati potuit. s. coniunctis tribus noctibus simul, ut fabulæ tradunt, ex quo debuit esse uitæ magis admirandæ. (Non uenis) Non exhibes te, non appares. (Ille) Talis. (Cui) Quali. (Una) sola quia geminata est nox. (Non fuit tantus) Non suffecit. (Vt conciperere) . i. ut generareris. (Tantus) Tam magnus, tam fortis. (Illa). s. Iuno. (Sustulit) Exaltauit. (Premendo) Dũ premit. (Hæc). s. Venus. (Respice) Considera. (Pacatum) Pacificatũ. (Vindicibus) Defensatricibus, uel ultricibus, nam Hercules ad tollenda monstra, quæ in qualibet parte orbis terrarum nocebant hominibus, properabat. Inde Lucan. Terras monstris, æquorque leuantem Magnanimum Alciden Lybicas exciuit in oras. Et Virgil. lib. 8. Nam maximus ultor Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus Alcides aderat. (Qua latã). i. per totum orbem terrarum. (Nereus). i. Oceanus, potuit. n. deum pro mari. Oceanus aũt circuit ipsam terram. Ouid. 1. Met. Tum freta diffudit, rapidisque tumescere uentis Iussit, & ambitæ circundare littora terræ. (Pax terræ). i. terra pacata à te (Debet se tibi). i. tibi est obligata, & pax est propter te. cauendum est autem, ne legatur: pars terræ, quia contrarium esset, quod dixit superius, qua latam Nereus &c. (Vtranque domum solis). i. Orientem, & Occidentem. (Meritis) Beneficiis tuis. (Tulisti) Humeris sustinuisti. (Quod est laturum te) Quia tuis uirtutibus es ascensurus cœlum. (Herculæ) Ferũt. n. fabulæ Herculem pro Atlante cœlum sustinuisse, quod ideo fictum est quia ei successit in Astrologia (Fulsit) sustentauit.

ASC. IOLEN) Nõ Iolem, ut uersus indicat. q. a ab e, fit en non em, in accusatiuo. (Hoc uelit

Eury-

Eurystheus)Imitatio est illius Aen.2.Hoc Itachus uelit,& magno mercentur Atridæ.(At non ille)Ordo est.(At).i.sed.(Tu non uenis ille).i.talis, & tantus,sicut Aen.2. Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo Hectore &c.(Cui,si creditur)Sic Virg. si credere dignum est.(Vna nox non fuit tanti).i.non uisa est tanti esse momēti ut sufficeret,ut tu.(Cōciperere:tantus).i.qui esses tam magnus.(Sustulit).i.sursum tulit,& erexit. Nam nisi Iuno nouerca Herculem exercuisset,nunquā tantus fuisset habitus.(Respice uindicibus)Significat turpe esse,ut,qui &c.Vicerit mundi monstra,à muliere uictus succumbat,uires autem uindices uocat,quibus mundum à seruitute monstrorum in libertatem uindicauerat, quasi uindicta.i.uirga prætoria.unde patet,quia uindex,iudex,& similia cōmunis sunt generis.(Vtrāq; domū solis)Et orientalē,& occidentalē.nā sol utrobiq; habitare uī uulgo.

Quid,nisi notitia est misero quæsita pudori:
Si cumulas stupri facta priora nota?
Te ne ferūt geminos pressisse tenaciter angues?
Cum tener in cunis iam Ioue dignus eras.
Cœpisti melius,quàm desinis:ultima primis
Cedunt:dissimiles,hic uir,& ille puer.
Quę non mille ferę,quę non Stheneleius hostis,
Non potuit Iuno uincere:uincit Amor.
At bene nupta feror:quia nominor Herculis u-
Sitq; socer rapidis.qui tonat altus eqs. (xor:
Quàm male inęquales ueniunt ad atra iuuenci:
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor est,sed onus, species læsura ferētes:
Si qua uoles apte nubere:nube pari.
Vir mihi semp abest,& coniuge notior hospes:
Monstraque,terribiles persequiturque feras.
Ipsa domo uidua uotis operata pudicis

HVB. QVid nisi)Sensus est quid tibi comparasti per hæc tua clara facta, nisi ut nunc magis cognoscatur dedecus tuum?(Quid).s.est quæsitum.(Nisi est quæsita notitia) Id est cognitio. (Pudori) Dedecori tuo, nam quo aliquis clarior est, si quid turpe facit,eo magis cognoscitur eius turpitudo. Iuuenal. Omne animi uitium tanto conspectius in se crimen habet quāto maior, qui peccat, habetur. (Si cumulas)Auges.(Nota)Macula,uitio.(Stupri)Adulterii,& libidinis, id est si factis tuis prioribus claris,& magnis,addis nūc turpitudinem libidinis. (Te ne ferunt) Te habet emphasim,q.d. qui nunc es ita turpis, & infamis.(Tenaciter)Fortiter: nam, ut fabulis traditur,Alem.Hercule,& Iphiclum peperit,sed Herculem ex Ioue,Iphiclum ex Amphitrione marito genitum. Sed cum Iuno duos serpentes immisisset Herculi,Iphiclus de cunis terrore lapsus, suo uagitu excitauit parentes, qui cū surrexissent,uiderunt Hercu.ambabus manibus angentem angues nouercalibus odiis immissos.Inde uir,ut prima nouercæ Monstra manu geminosque præmens eliserit angues. (Dignus Ioue)Qui posses uideri genitus à Ioue, non autem à mortali. (Quam desinis.i. quam finis.(Cedunt)Sunt minora. (Hic uir) Hæc tua ætas uirilis. (Et ille puer).i.tu ille puer,qui hęc fecisti.i.illa tua ętas puerilis (Dissimiles).s.sunt. (Stheneleius hostis).i.Euristheus Sthenelei filius.(Hostis) Tuus. (Amor uincit) Quod est tibi turpissimū.(At bene)Obiectio.(Herculis)Quasi magni uiri,& filii Iouis(Quam male) Respōdet obiectionis dicens non esse conueniens matrimonium,ubi uir sit maior uxore: est autē sentētia ad personā loquentē accōmodata:nā Mart.cōtra sentit oportere uxorem inferiorem esse uiro. nferior matrona suo sit Prisce marito.Non aliter fiunt fœmina uirque pares.(Quam male)Per similitudinem probat incōuenientiā amoris sui.(Inequales) Aut ętate,aut magnitudine,& robore corporis.(Veniunt)Conueniunt.(Nupta)Vxor.(Minor) Inferior cōditione generis,& fortunę.(Non honos est)Sententie est color rhetoricus. (Species)Dignitas.(Ferentem)Habentem ipsam speciem. (Sed onus) Sicut mihi est onus,quod limonus tanti uiri,cum tamen te non fruar. (Non honor est, sed onus) An nominatio est color rhetoricus. (Si quam uoles) Sententia generalis. (Pari) Aequali tibi, & ętate & conditione

tione fortunę.(Hospes)Peregrinus.(Est notior coniuge)Quia uideo sępius hospites, quã maritum meum.(Monstra)Vt Lernæam Hydram,& Cerberum,& Cacum,de quo Virg. Huic monstro Vulcanus erat pater.Monstrum enim dicitur quidquid est præter naturam. (Feras terribiles)Vt aprum Erymantheum,& Leonem Nemeæum. (Operata)Intenta,sacrificans,nam operari proprie est sacrificia perficere.Virg.lib.3.Aen.Aruisque nouis operata iuuentus.Idem 1.Georg.In primis uenerare Deos,atq; annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis.Hora.Prodeat iustis operata sacra.Iuuen.Et matutinis operatur festa lucernis.i.operando,hoc est sacrificando colit, indocti ponunt pro agere quiduis generaliter,in quo significato nunquam inueni exemplum idoneum.

ASC. QVID nisi notitia est)Vnde Iuue.Omne animi uitium tanto conspectius in se Crimen habet,quanto maior,qui peccat,habetur. (Quam male inæquales)Comparatiue,& sine figura,& fit licite in tribus gradibus,ut,quàm bonus,tam prudens.i. quantum bonus, tantum prudens.Quam magis illa tremens,tanto magis effera flammis, quàm maxime potes,tam maxime debes Deo complacere.i.ut maxime,ita &c.(Si qua uoles apte &c.) Insigne consilium (Operata)Operari,& facere cum per se ponuntur, per excellentiam rebus sacris attribuuntur,& significant,sacrificare,ut, Cum,faciam uitula pro frugibus, ipse uenito,& operata iuuentus,in Georgicis.

Torqueor:infesto ne uir ab hoste cadat.
Inter serpentes,aprosque, auidosque leones
Iactor:& hęsuros cerno per ossa canes.
Me pecudum fibræ,simulacraque inania somni,
Omniaque arcana nocte petita mouent.
Aucupor infelix incertę murmura famæ:
Speque timor dubia.spesque timore cadit.
Mater abest: quæriturque Deo placuisse potẽti:
Nec pater Amphitryõ,nec puer Hyllus adest.
Arbyter Eurystheus iræ Iunonis iniquæ
Sentitur nobis,iraque longa * deæ.
Hæc * mihi ferre parũ est: peregrinos addis amoris
Et mater de te quælibet esse potest.
Non ego Partheniis temeratã uallibus Augen:

HVB. TOrqueor) Crucior. (Cadat) Interficiatur.(Ab hoste) Aut homine,aut fera. (Iactor) Versor, scilicet cogitatione,quam a cogito hęc pericula, in quibus ille uersatur,& uideor esse in eisdem periculis,quod accidit amantibus. Virg.de Gallo ad Lycordia,quæ erat i Castris. Nunc insanus amor duri me Martis in armis, Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.(Hæsuros per ossa).i.aggressuros te,nam hęsurus hic ab hęreo uenit,non ab edo.(Me pecudum) Dicit se multis modis terreri propter pericula Herculis. (Fibre pecudũ) id est exta, quę inspicio, ut intelligam, quod sit de te futurum,hęc enim ars haruspicina dicebatur,inspiciebant autem pręcipue fibras iecinorum,siue iecorum,& pulmorum.Iuue.Calido pulmone columbæ Tractato Armenius, uel Commagenus haruspex Pectora pullorum rimantur & exta Catelli: Interdum & pueri.Luc.lib.1.Cernit tabe iecur madidum, uenasque minaces Hostili de parte uidet pulmonis haneli,Fibra latet.Virg.lib.4.Aen.Pecudumque reclusis Pectoribus inhians spirantia consulit exta.(Simulacra inania)Figure siue corpore.(Omnia)Auguria.(Petita)Capta. (Mouent)Terrent me. (Aucupor) Inquiro percunctando multos. (Murmura).i.uoces. (Famę incertæ).s.de te.(Speque timor)id est interdum spes uincit timorem, quem habeo de te,interdum timor uincit spem.(Mater abest)Dicit,quod in absentia Herculis non habet aliquem,qui eam consoletur (Mater).s.tua Alcmena. (Abest)scilicet hinc,erat enim Deianira in Trachyne ubi regnauit Ceix quando scripsit hanc epistolam.(Deo potenti,) Id est Ioui.(Pater).s.tuus.(Puer).i.filius noster.(Arbiter Eurystheus) .i. cum omnes alii desit, solus Eurystheus sentitur à me, quia quotidie nouos tibi imponit labores, quibus me torqueri necesse est. Arbiter dicitur, qui totius alicuius iudicii habet potentiam. inde arbiter dicitur, quæ habet auctoritatem alicuius rei, ergo arbiter, id est executor

*deę est
*me

tor voluntata enim Iuno.labores Herculi imperabat,vt ſupra diximus.Virg.Et rerum mille labores Reges ſub Euryſtheo.(Sentitur) Quaſi pernicioſus.nam ſentimus proprie, quæ nos lædunt.(Lenta).i.longa & diu durans.(Parum eſt)Non ſufficit.(Ferre hæc).i.pati hos dolores,& timores de periculis vitæ tuæ.(Peregrinos).i.peregrinarum mulierum.(Quælibet).i.quæuis mulier,nam iam nulla eſt quam non tentes.(De te).i.ex compreſſu, & coitu tuo.(Non ego)Commemorat quaſdam puellas,quas dicit fuiſſe compreſſas, & violatas ab Hercule,eſt autem occupatio,dicit enim ſe non eſſe dicturam,cum maxime dicat.(Augen) Sic legendum eſt,non augem,fuit autem auge Alei regis Arcadiæ filia ab Herc.compreſſa, ex quo grauida facta peperit filium,qui poſtea Telephus dictus eſt.ante vero , quã pareret, Aleus eius pater cognitio tumore ventris filiæ non credens eam grauidam ex Hercule tradidit eam cuidam nautæ mergendam,illa naui impoſita doloribus partus vrgentibus impetrauit,vt in terram exponeretur, tanquam ad rem neceſſariam,& filium apud Parthenium mõtẽ in quadam ſilua peperit,deinde miſericordia natura ſalutẽ præter ſpem patris conſecuta data eſt dono quibuſdam ex Caria in Aſiam proficiſcentibus? qui eam Teuthrãti Myſiæ regi dono dederunt . infans à paſtoribus Corythi regis apud Parthenium repertus eſt , cui cerua vbera præbebat,quem poſtea Corythus pro filio educauit, & Thelephi nomen ei impoſuit,quia cerua nutritus eſſet,nam ἔλαφος, grecæ ceruum, & ceruam ſignificat,hic poſtea quærens matrem accepto reſponſo in Myſiam venit, vbi inuẽta matre apud Teuthrantem cognitus cuius eſſet filius,in magno honore habitus eſt. Teuthras filijs maſculis carẽs ei Argiopem filiam deſpõſauit,& regni ſucceſſorem reliquit, qui poſtea tempore belli Troiani volens reſiſtere Græcis, ne tranſirent per Myſiam, ab Achille grauiter vulneratus eſt, quo vulnere cum nõ poſſet ſanari , accepto reſponſo ab Apolline ab eodem Achille iterum vulneratus ſanatus eſt.inde Oui.in 2.de remed.Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti. Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. Strabo lib.14. variat opinionem huius fabulæ. (Temeratam) Vitiatam. (Parthenis) Arcadicis.

ASC. NEC puer).i.filius. (Hyllus).ſ.nomine.erat enim filius Herculis ex Deianira. Hiſtoriæ ſatis apertæ ſunt ſupra.(Non ego Parthenijs, &c.) Commemorat Hercules adulteria. Parthenius mons eſt arcadiæ, in quo virgines venare ſolent , vnde ab eis nomen ſumpſit , nam παρθενική,virgo dicitur.(Augen) Autem vocat filiam alei,quòd partum ſuum dereliquit, vnde.(Temeratam,) Id eſt violatam dixit genere fœminino.

Nec referam partus Ormeni nympha tuos.
Nec tibi crimen erunt Teuthrãtia turba ſorores:
Quarum de populo nulla relicta tibi eſt.
Vna recens crimen defertur adultera nobis.
Vnde ego ſum Eydo facta nouerca Lamo,
Mæander,toties qui terris errat in iſdem:
Qui lapſas in ſe ſæpe retorquet aquas:
Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo,
Illo, cui cœlum ſarcina parua fuit .
Non pudit fortes auro cohibere lacertos:
Et ſolidis gemma appoſuiſſe toris .
Nempe ſub his animam peſtis Nemeæa lacertis
Edidit:vnde humerus tegmina lænus habet.
Auſus es hirſutos mitta redimire capillos:

HVB. ORmeni nympha) Aſtydamiam dicit filiam Ormeni regis . quam cum Hercules dari ſibi coniugem petiuiſſet, pater rennit ſciens eum habere Deianiram: Hercules indignatus regi bellum intulit, captaque vrbe, ac rege interfecto Aſtydamiam captam vitauit, genuitque ex ea Creſippum filium . Dyoniſius ſcribit .(Nec tibi crimen erunt, Id eſt nec etiam crimini à me tibi dabitur, quòd tot ſorores compreſſeris. (Teuthrantia turba) Miror, cui quidam Theſtitia turba, legendum putent , niſi librariorum . (quod magis credo) culpa ſit , nam non Theſtius, vel Theſtitius, ſed Theſpis Athenienſis, vt Dionyſius ſcribit , à quo Theſpienſis regio denominata eſt , id eſt filias ex pluribus fœminis genuit , quæ omnes Hercules adhuc

puer

puer,ſed robore præſtans compreſſit,& ex eis.i.genuis filios omnes mareis, qui Theſpiadæ dicti ſunt,quos per Iolaum in Colonias tranſmiſit,ſed cur dixerit Teuthrantia turba, non ſatis compertum habeo,cum Teuthras regnauerit in Myſia, niſi Hercules etiam in Myſia, ſiue Teuthrantia regione fortaſſe alias ſorores compreſſerit licet nihil apud quenquam legatur,quod meminerim,ſed omnia,aut non ſunt mandata literis,aut non extant quamobrem non auſim textum corrumpere.(Vna recens) Non de Iole intelligit, ſed de Omphale Lydorũ regina:cui Hercules ita ſeruiſſe dicitur,vt omnia faceret,quæ impetraſſet, vnde Teren.in Eunucho.Qui minus huic quam Hercules ſeruiuit Omphale. Ex hac genuit Hercules Lamum filium,vnde nunc dicit Deianira.(Vnde)Ex qua Omphale. (Sum facta nouerca Lamo)Quia cum ſim vxor tua,ille eſt factus priuignus meus.(Lydo)Ex Lydia,vt diximus.Lydi autem populi Aſiæ,qui aliquando Mœonij dicti ſunt,neq; vllo pacto intelligendum eſt de Iole,quia ex ea non ſuſcepit Lamum, neq; ex Lydia,aut Mœonia fuit, ſicut hâc fuiſſe oſtendit,cui Herculem ſeruiſſe dicit.(Mæander)Fluuius Lydiæ,aut(vt Ser.dicit)Cariæ,quæ eſt vicina Lydiæ.(Qui errat).i.labitur,& vagatur.(Toties)ſępius. quia ita fluxuoſus eſt vt in ſe videatur recurrere.(Retorquet) Reflectit.(Monilia)Ornaměta muliebria, quæ teſte Seru.etiam ſegmenta dicuntur,quæ tantummodo mulieribus conueniebant, inde Iuuen.Virum obiurgat,quod ſegmenta induat.Segmenta,& lõgos habitus, & flammea ſumit &c.(Illos).ſ.collo.(Parua ſarcina)Paruum onus,quia ſuſtinuiſſet etiam maius.(Nõ puduit)Pluribus verbis vituperat Herculem de hac mollitie.(Cohibere)Aſtringere.(Solidis)Fortibus.(Toris).i.toroſis.i.pulpoſis,& neruoſis membris.Perſius:Multumq; toroſa iuuentus.(Nempe)Oſtendit turpiſſimũ eſſe exornare molli,& laſciuo habitu brachia,quæ res magnas, & dignas laude geſſerint, quales ſunt,quas commemorat. (Peſtis Nemeæa).i. Leo Nemeæus,quem interfeciſti,in cuius facti memoriam geſtas pellem ipſius Leonis.(Lęuus humerus).i.ſiniſter. Nam humerum dextrum ferebat Hercules exertum, & detectum, vt eſſet expeditior.(Nemeæa) Vt ſcribit Str. Silua eſt inter Cleonas, & per Phliuntem, in qua Argiui ſacra faciebant,vbi Hercules Nemeæum Leonem occidit, quem interdum Poëtæ appellant Cleonæũ,à Cleone oppido Nemeææ ſiluæ propinquo.Luc.Ille Cleonæi proiecit terga Leonis.(Mitra)Teſte.Seru.nomen barbarum,eſt pileus incuruus,de quo pendebat baccarum tegmen,quo vtebantur Lydi,& Phrygii.Iuue.Ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.conueniebant autem mulieribus præcipue,aut viris mollioribus, & effœminatis.Virg Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu Mœonia mentum mitra crinemq́ue madentem Subnixus &c.(Redemire).i.ornare ideſt addere redimicula, quę ex mitra pendebant.vnde Virg.lib.10.Et tunicæ manicas,& habent redemicula mitræ.

ASCENSIVS.

ASC. ORMENI. Nympha)Vocatiuus eſt nominis patronymici.Nam declinatur hæc Ormenis, huius Ormenidos &c.ò Ormeni, & fit à nomine Ormenus Ormeni addendo literam.eſt autem Aſtydamia Ormeni filia.Vna recens crimen referetur adulteram nobis)Referetur.i.recẽſebitur nobis.i.à nobis,nec ſtat verſus, ſi legatur refertur, lege ergo referetur, vt ſit ſenſus.omiſſis alijs dicam de vna adultera,quæ crimen recens cõmiſit, ſed ἐμφατικῶς, dicit eam crimen nõ criminoſam,ſicut Comicus,ſceleſtum ſcelus,& ſenem ſenium vocat.

HVB. POpulus) ideſt Corona populea. (Mœonia zona) ideſt zona ipſius Omphales. (Dedecuiſſe)Turpe tibi fuiſſe, Hercules enim ita Omphale deditus fuit, vt omnia,quæ illa iuberet, faceret, & eum ſuo cultu inſtruxiſſe refert Ouidius 2.Faſt.Dumq́ue parant epulas, portandaque vina miniſtri, Cultibus Alciden-

Aptior Herculeæ populus alba comæ.
Nec te Mœonia laſciuę more puellæ·
Incingi zona dedecuiſſe pudet,
Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago:
Efferus humana,quid ape pauit equos.
Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto:
Huic victor victo nempe pependus eras.
Detrahat Antæus duro redemicula collo:

Ne

Ne pigeat molli ſuccubuiſſe viro.
* Inter Ionas calathum tenuiſſe puellas
Diceris: & dominæ pertimuiſſe minas.
Non * fugis Alcide victricem mille laborum
Raſilibus calathis impoſuiſſe manum:
Craſſaque robuſto deducis pollice fila:
Aequaque formoſæ penſa rependis heræ.
Ah quoties, digitis dum torques ſtamina duris:
Prævalidæ fuſos comminuere manus.
Crederis infelix ſcuticæ tremefactus habentis
Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas.
Eximiis pompis * præconia ſumma triumphi,
Factaque narrabas diſsimulanda tibi;
Scilicet immanes * eliſos faucibus hydros
* Infantem & caudis inuoluiſſe manum.
Vt Tegæus Aper cupreſifero Erymantho
Incubat: & vaſto pondere lædit humum.
Non tibi Treiciis affixa penatibus ora.
Non hominum pingues cadæ tacentur equæ:
Prodigiumque triplex armenti diues Iberi
Geryones: quamuis in tribus vnus erat.
Inque canes totidem trunco digeſtus ab vno
Cerberus, implicitis angue minante comis.
Quæque redundabat fœcundo vulnere ſerpens
Fertilis, & damnis ditior ipſa ſuis.
Quiq; inter læuumque latus, læuumq; lacertũ,
Prægraue compreſſa fauce pependit onus.
Et, male cõfiſum pedibus, formamque bimẽbri,
Pulſum Theſſalicis agmen equeſtre iugis.
Hæc tu ſidonio putes inſignitus amictu
Dicere? non cultu lingua retenta ſilet?

inſtruit illa ſuis: Dat tenues tunicas getulo murice tinctas, Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. Ventre minor zona eſt, tunicarum vincla relaxat, Vt poſſet magnas exeruiſſe manus. Fregerat armillas non illa brachia factas: Scindebant magni vincula parua pedes. (Non tibi) Commemorat eius ante acta fortia, quæ deberent ipſum detere- re à talib⁹ laſciuijs. (Succurrit) Venit in mentem. (Crudi) Violẽti, & inhumani. (Effetus) Valde ferus. (Pauit) Aluit. (Humana dape.) Hic Trax tyrannus ſæuiſſimus humanis hoſpitum carnibus equos, equasque ſuas alebat, & capita ſuis tectis affigebat, quem Hercules interfecit, & eodem ſupplicio affecit, quo ille hoſpites. (Si te vidiſſet Buſiris) Rex Aegypti ad prouocandum Nili inundationem hoſpites ſolebat immolare, hoc genus ſacrificij primũ expertus eſt in Thraſium à quo ſibi monſtratum fuerat. Ouidius de Arte aman. Dicitur Aegyptus earuiſſe iuuantibus arua imbribus, atque annos ſicca fuiſſe nouem. Cum Thraſius Buſirin adit, monſtratq; piari Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem. Illi Buſiris, fies Iouis hoſtia primus, Inquit, & Aegypto tu dabis hoſpes aquam. Cum aũt vellet immolare etiam Herculem, Hercules eum interfecit. (Iſto cultu) Iſto ornatu muliebri, & laſciuo. (Pudendus eras) id eſt fuiſſe ei pudor à te vinci.

* Inter Ionia- cas al. Mœonias inter
* Pudet
* Alias immania ſemina la udum.
* Eliſis
* Infantem nuda dilaceraſſe manu.

(Detrahat) Pro detrahere ideſt auferret. (Ioniacas puellas) ideſt Mœonias, nam Ionia regio Aſiæ eſt finitima Mẹandro. (Dominæ) Omphales. (Non fugis) Non caues. (Raſilibus) Politis quaſi Raſis. Virg. Et toruo raſile buxum. (Craſſa) ideſt magna, non autem legendũ eſt, groſſa. (Deducis) Nes. (Rependis) Ad penſum reddis tu quoque, ſicut ancillæ. (Comminuere) Fregere. (Habenis) Loris. (Præconia) Laudes. (Triumphi) Victoriæ tuæ, alij libri habent. Emixijs pompis immania ſemina laudum. (Diſſimulanda) Cælanda, tacenda (Scilicet) Dicit ea, quæ narrat Hercules. (Eliſos) Strangulatos, præfocatos. (Inuoluiſſe) Diuiſis ſyllabis legendum eſt ſicut alibi, Debuerant fuſos euoluiſſe meos. (Immaneis hydros) Maximos angues, ſupra diximus hanc fabulam. (Tegeus) Arcadicus. (Erimantho) Monte Arcadiæ, illic enim interfecit aprum vaſtantem regionem. (Incubat) Iacet. (Penatibus) Tectis. (Threicijs) id eſt Diomedis. (Ora) Capita. (Equæ pingues) Supra

Pra uiſa eſt fabula.(Prodigium triplex)Geryones,ut fabulæ tradũt,rex regnauit in Gadib. Hiſpanæ, quẽ locum Etythram appellant,quem tricorporem fuiſſe fabulantur, ditiſſimũq; pecoris,quod Hercules eo ſuperato,in Italiã aduexiſſe dicitur Diodorus dicitur Chryſauri filios tribus magni exercitibus fidentes ab Hercule ſuperatos,& greges bouũ deuicta hiberia ſecum abductos. (Prodigium) Monſtrum. (Triplex) Tricorpor. (Hiberi) Hiſpani. (Giryones)Primæ eſt declinationis,declinatur enim ſicut Anchiſes.(Vnus erat in tribus) Quia unus erat,licet tria corpora haberet ſecũdũ fabulas.(Cerbetus)Monſtrũ eſt tria capita habens,dicitur autem ueſtibulũ tartari ſeruare, hunc Cerberum triplici cathena uinctũ Hercules ad ſuperos iuſſu Eutyſthei traxiſſe dicitur, cum prius athenis myſterijs Eleuſinæ Ceretis initiatus fuiſſet.(In totidem canes).i.in tres, ut Geryones.i. totidẽ capita canina. (Ab uno trunco).i.ab uno corpore.(Digeſtus)Diuiſus.(Quęque redundabat)Serpentem dicit Lernæam ex cuius corpore,ut Diodorus ſcribit,centum prodibant ſerpentẽ capita,& ceruices,quarum ſingulis cęſis duæ renaſcebantur,ob eamq; rem minime uinci poſſe uidebatur, cum pars amputata ualidior efficeretur, hanc difficultatem Hercules arte ſuperans, Iolaum monuit,ut inciſam ceruicẽ ſubito face lignea inureret,ne ſanguis efflueret,hoc pacto ſuperate bellua ſagittas ſuas eo ſanguine tinxit, quo illarum uulnus mortiferum redderetur.(Redundabat)Abundabat,& ualidior efficiebatur. (Diues à ſuis dãnis)Quia quanto magis amputabatur,tãto plura capita habebat,ut ſupra dictum eſt. (Quodq; inter)Anthæum intelligit filium terræ corporis robore,ac paleſtra præclarum in Lybia, qui multos externos ſecum certamine congreſſos occiderat, hunc Hercules & uiribus, & arte ſuperatũ interfecit,nam cum uires à terra matre aſſumeret ſimulãs ſe cadere,Hercules eum ita ſuſtulit,ut terram tangere non ſineret,ex quò ille matris auxilio priuatus,inter lacertos Herculis eliſus expirauit.(Compreſſa) Aſtricta.(Et male confixum)Centauri ex Ixione, & Nube genti Theſſaliam inconlentes, odore & uetuſtate uini quod Pholus Centaurus à Dyo.ſibi datum reſeruauerat in honorem Herculis, cum eum hoſpitio ſuſcepiſſet, ebrij facti domũ Pholi magno impetu ingreſſi diripere conati ſunt,quos licet fortiſſimos,& matris Nubis imbrem effundentis auxilio uſos,Hercules tamen partim occidit,partim fugauit.(Male confiſum pedibus)Quia uelocitate ſua freti,effugere non potuerunt.(Formaq; bimembri).i humana,& equina,in qua maius inerat robur. (Sidonio).i.purpureo, qui muliebribus conuenit.(Non ſilet)Non debet ſilere,præ pudore?(Cultu)Qui non decet.

ASCENSIVS.

ASC. CRASSAQVE) Robuſtiora.Iuuen.Sat.2.Vos lanam trahitis,colloq; peracta refertis Vellera,uos tenui prægnãtem ſtamine fuſum:Penelope melius,leuius torquetis Arachne. (Diceris infelix &c.)Enumerat Herculis egregia facinora, cum deteſtatione præſentis dedecoris,quod patitur in ſeruiendo adulteræ. (Infantem caudis inuoluiſſe manum)Diæreſis eſt in dictione,inuoluiſſe.nam pentaſyllabum fecit.(Vt Tegeæus aper)Sic legẽdum eſt, nam Tegea primam,& ſecundam corripit,ut 5.Aen.Tegeæ de ſanguine gentis, ubi alij legunt Tegeæ ſanguine gentis,ſed utroq; modo duas priores corripit, nec legẽdum eſt,in cupreſſi fero. uerum licẽtioſus eſt uerſiculus,quia uocalis ante uocalem,neque abſumitur,neque corripitur,ſicut nec ibi,in Actæo Aracintho.(Non tibi Threicijs)Non Thracijs, nam Virg.Threicijs utitur non Thracijs.(Geryones)Legitur Geryones in nominatiuo etiã interdum primæ declinationis,potius quam Geryon.(Quæque redundabat)Serpens cõmunis eſt generis.(Lauumq; latus)Sic legendum eſt,nam ſi dempſeris, quæ uerſum deprauaueris. (Non cultu lingua retenta ſilet) Figurata interrogatio, uim increpationis habens, q.d.debeat maxime refrænari,& refrænari a cultu,cui talia facinora non congruunt.

Se quoq; nympha tuis onerauit Iardanis armis:
Et tulit è capto nota trophæa viro.
I nunc:tolle animos:& fortia facta recenſe,

HVB. NYmpha Iardanis) ideſt, Omphale. Iardanis) ideſt Phrygia, nam Mæones, & Lydi à dextra ſunt Phrygiæ ma

Quod

Quod tu non esses iure: uir illa fuit.
Qua tanto minor es quanto te maxime rerum,
Quàm quos uicisti, uincere maius erat.
Illi procedit rerum mensura tuarum:
Cede bonis: heres laudis amica tuæ est.
O pudor, hirsuti costis exuta Leonis
Aspera texerunt uellera molle latus.
Falleris; & nescis: non sunt spolia ista Leonis,
Sed tua: tuque feræ uicto es: illa tui.
Fœmina tela tulit Lernæis atra uenenis,
Ferre grauem lana uix satis apta colum:
Instruxitque manum claua domitrice ferarum:
Vidit & in speculo coniugis arma sui.
Hæc * tamen audieram: licuit non credere famę:
En uenit ad sensus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex:
Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.
Non sinis auerti: mediam captiua per urbem
Inuitis oculis aspicienda uenit.

ioris. ut scribit Stra. nec de Iole possumus intelligere. (Ornauit) Instruxit, armauit. (Nota) Clara. (E capta uiro) Ex te, quem cepit, & triumphauit. (I nunc) Increpatio est per irrisionem. (Recense) Narra. (Qđ) scilicet esse uir. (Tu non esses). i. esse deberes, quia melius esse fœmina, quam uir. (Qua tanto) Dicit quod quanto difficilius fuit Herculi uincere seipsum, quam eos, quos uicit tanto est Omphale eo maior, quia uicit eum. (Procedit) id est euenit. (Heres tuæ laudis) Quia tu ex ea decidis, & ipsa tibi succedit. (O pudor) Amplificat hoc dedecus Herculis, quod passus sit, amicam tegmine suo, & armis instruit. (Vellera) Pellis. (Exuta costis) Diximus supra ex pelle Leonis Nemeæis Herculem fecisse sibi tegmen corporis. (Texerunt molle latus). i. fœmineum. (Spolia) Dicuntur, quæ hosti eripiuntur in uistoria dicit, illa pellis, qua illa induta est, non significat, quod tu uiceris Leonem sed ꝙ illa te uicerit, & ex te spolia abstulerit. (Illa tui). s. uictrix. (Atra) Cincta. (Lernæis uenenis) Diximus supra in fabula Hydræ Lernææ. (Grauem) Plenam. (Claua) Hercules enim claua) Hercules enim claua ad domandas feras usus dicitur, quam Vulcanus simul cum Thorace ob meritum uirtutis ei dedisse dicitur. (In speculo) Quo mulieres præcipue utuntur. hęc autem sumpsisse Omphalen, scribit Ouid. lib. 2. Fast. Illa capit clauamq; grauem, spoliumque Leonis, Conditaque in pharetra tela minora sua. (Tantum) Solummodo. (Audieram) Non autem uideram. (Licuit) Potui. (Famę) Quæ de rebus supradictis ferebat. (En) Demonstrantis est. (Ad sensus) Ad uisum. (Ab aure). i. ab auditu. (Aduena) Peregrina, & nunc Iolen intelligit, nam (ut supra uidimus) enumerauit mulieres, quas Hercules amauit, usque ad Iolen, quæ fuit ultima. (Dissimulare) Occultare, & tacere. (Auerti) Amori à me. (Captiua) Vt supra diximus in argum. episto. (Oculis) Meis.

* tātum

ASCENSIVS.

I NVNC) Figura, concessio uim prohibendi continens. (Qua tanto &c.) Sensus & ordo est. (Quia). s. Omphale tu es tanto minor, quanto maius erat uincere te, ò maxime rerum, quam eos, quos uicisti. Notanda est latinitas, quia cum genitiuus transcendens, aut collectiuum est, non seruatur necessario incongruitas generis. Horat. 1. Serm. Quid agis dulcissime rerum? Sic optimus plebis &c. & ò Danaum fortissime gentis &c. (Illi procedit). i. ad eam deriuatur, unde ipsa succedit, & res precedit. (Cede bonis) Non quia soluendo non sis, sed quia illa sibi ea bona iure uendicat. & ita tua non sunt. (O pudor) Ordo est. O pudor. (Aspera uellera,) Id est uillosa tegmina. (Exuta,) Id est detracta. (Costis Leonis hirsuti,) Id est uillosi, & iubati. (Texerunt molle latus.) Scilicet lubricæ puellæ. (Falleris) Arguta argumentatio ad consimilia decenter applicabilis. (En ueni ad sensus mollis ab aure dolor.) Ordo est. (Dolor mollis). i. leuis, & tolerabilis. (Venit ad sensus,) Id est ad præcordia. (Ab aure,) Id est per auditum, quia Cicerone, immo experiētia teste, minus

ASC.

afficiunt

afficiunt audita,quam uiſa,minusq́ue,certa ſunt. Vnde Plautus plus,inquit,ualet occulatus teſtis unus quam auriti decem.

Nec uenit incultis captarum more capillis
Fortunam uultus faſſa tegendo ſuos.
Ingreditur late multo ſpectabilis auro:
Qualiter Phrygia tu quoque cultus eras:
Dat uultum populo ſublimis,ut Hercule uicto:
Oechaliam uiuo ſtare parente putes.
Forſitan expulſa Aetolide Deianeira
Nomine depoſito pellicis,uxor erit.
Eurytidos Ioles,atque inſani Alcidæ
Turpia famoſus corpora iunget Hymen.
Mens fugit admonitu:frigusq́; perambulat artus:
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cũ multis, ſed me ſine crimine amaſti:
Ne pigeat,pugnæ bis ibi cauſa fui.

HVB. FAſſa).i.confeſſa, & teſtificata.(Fortunam ſuam).i. aduerſam. (Te gente)uultu)Sicut illæ,quæ ſunt in tam miſera fortuna facere ſolent.(Dat) Oſtendit.(Sublimis)Pro ſublimiter.i. alte nomen pro aduerbio. (Victo) A ſe, quem in amore ſubegit.(Putes) Pro putet aliquis, ſecunda perſona pro tertia, ſicut apud Virg. Migrantes cernas. (Oechaliam) Patriam ſuã. (Stare(Eſſe in ſtatu ſuo. (Forſitan) Addit,& aliud, quod ſi,futurum turpius ipſi Herculi, quia fortaſſe expulſa ipſa Deianira accipiet Iolen uxorem. Ordo eſt. (Iole forſitan erit uxor depoſito nomine pellicis).i. Iole, quæ erat pellex,erit uxor tua,depoſito nomine pellicis. (Expulſa Deianira).ſ.me. (Aetolide) .i.de Aetolia,nam Deianira ex Aetolia.(Eurytidos Ioles) Ordo eſt. Hymen famoſus iunget turpia corpora Ioles Eurytidos,atque Alcidæ inſani.(Hymen famoſus).i.matrimoniũ infame,quod erit,ſi me legitima uxora expulſa,concubinam duxeris, non famoſus ſemper id malam partem accipitur.cauendum,ne legatur formoſus, ſed famoſus. Hymen autem cum ſit Deus nuptiarum,ſępe pro ipſis nuptiis ponitur.(Iunget corpora turpia).i. turpiter iunget.(Inſani).i.magni.Habet antem hic uerſus ſpondeum in quinto loco, neque uocalis ſequente uocali abiicitur. (Mens fugit) Magis ex conſuetudine loquendi hoc dicit, quàm quòd mens poſſit fugere,uidetur enim ex aliquo timore animus,& mens nobis fugere.ergo.(Fugit).i.horret.(Admonitur).i.recordatione huius facti,ne me relicta aliam accipias.(Frigusq́ue perambulat)Virg.Gelidusq́ue per ima cucurrit Oſſa tremor. (Languida)Pigra ad ſcribandum.(Me quoque)Nunc Iolem. (Sine crimine) Quia amaſti me,ut coniugem,non adulteram,aut concubinam.(Cauſa pugnæ)Quia bis pro me pugnaſti:Semel aduerſus Acheloum,& iterum aduerſus Neſtum, Achelous fluuius ex Pindo Theſſaliæ monte ortus Aetoliam ab Acarnania diuidit. Vnde interdum Aetoliæ, ſiue Calydonis,interdum Acarnanum fluuius à poëtis dicitur,ut eſt uidere apud Ouid.lib.8.& 9.Meta.ubi narrat,qnod nunc hic dicetur,quod mutatus in uarias formas pugnanit cum Hercule propter Deianiram.Primum enim in propria forma luctando ſnperatus,uertit ſe in ſerpentem,& poſtremo in Taurum,cui Hercules cornu auulſit,quod Naiades nymphæ diuerſis floribus,& pomis refertum copiæ dicauerunt,ille prę́ pudore omnibus modis uictus,& cornu mutilatus intra ſuum flumen ſe occultauit.

ASC. DAT uultum ſublimis).i.in ſublime.i.aduerbialiter ponitur.(Forſitã)Ordo eſt.(Forſitan ipſa Iole erit uxor).ſ.tua(Depoſito nomine pellicis).i.nec dicetur amplins pellex,& hoc me ſup.(Deianira Aetolide).i.de nobili Aetolũ genere,aut Aetoli regis filia. (Expulſa).ſ.ò legitimo toro.declinatur Aetolis,huius Aetolidis,uel dos, unde ablatiuus Aetolide,neque eſt hęc ſynalœpha,expulſa Aetolide,utque correctio uocalis antecedentis,quã penthememeris forſan excuſet.(Eurytidosq́ue).i.Euryti filia, à nominatiuo hęc Eurytis, patronymicum enim eſt à patre,ſicut Aetolis à patria .Quia uero os corripitur in genitiuo, legendum eſt, Eurytidosq́ue Ioles. Nam Iole triſſyllabum eſt,& à uocali inchoat. (Turpia) Ordo eſt.(Hymen,)Id eſt Deus nuptiarum,aut torus aut paranymphus.(Formoſus,)

Id eſt

Id est decens,& est ironia. (Iunget corpora turpia,) Id est ad turpe facinus, quia ad illicitos concubitus,sicut,atque mala uites incidere falce nouellas. (Corpora)inquam(Ioles Eurytidos,)Id est filiæ Euryti deuicti.(Et Alcidę,)Id est Herculis insani. grauius est uersus,quia spondaicus,& uocalibus non absumptis impeditus,qui ironiam significat,aut põdus iniurię & dedecori &c.satis explicentur.

Cornua fle[illegible] legit rapidis Achelous in undis?
  Truncaq[illegible] limosa tempora mersit aqua.
Semiuir occu[illegible]uit ui * lerniferoque ueneno
  Nessus:& infecit sanguis equinus aquas.
Sed quid ego hęc refero? scribenti nuncia uenit
  Fama,uirum tunicæ labe perire meæ.
Hei mihi quid feci? quò me furor egit amãtem?
  Impia quid dubitas Deianira mori?
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta?
  Tu sceleris tanti causa superstes eris?
Et quid adhuc habeo facti, cur Herculis uxor
  Credar?coniugii mors mea pignus erit.
Tu quoque cognosces in me Meleagre sororẽ:
  Impia quid dubitas?Deianira mori?
Heu deuota domus:solio sedet* Agrius alto:
  Oenea desertum*nuda senecta premit.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris?

HVB.

Legit)Collegit quasi fracta. (Tempora)Caput, nam tẽpus partem capitis significat. (Trunca) Mutilata. (Limosa) Plena limo.(Semiuir) Centaurus,qui ex posteriore parte erat equus,ex priore erat uir.(Leniferoq; ueneno) Nam (ut supra diximus)Interfecta Hydræ Lernæa eius sanguine sagittas suas tinxit, ut mortiferum haberent ictum. (Infecit) Tinxit. (Sed quid ego)Fingit poëta inter scribendum nuncium allatum fuisse Deianiræ de calamitate Herculis.(Quid).i. ad quid?q.d. frustra, quia non poteris iam esse meus,quia audio te iam moriturum. (Labe) Veneno. (Hei mihi) conqueritur, quod fuit causa huius tanti mali Herculi, de quo tamen excusat, quod amore compulsa sit.(Quo).i.ad qd?

* qbusdã letifero placet.

* Acrior

* lõga

(Impia)Instigat seipsam ad mortem. (In media Oeta) Nam,ut supra diximus, in Oeta monte Thessaliæ constructa fuit pyra,in qua Hercules combustus est, uude Oeteus Hercules dicitur à Seneca.(Causa tanti sceleris).i. mortis mariti sui. (Eris superstes).i. uiues post eum?q.d.absit.(Et quid adhuc) Alia causa,quare debeat mori. dicit enim, quòd cum nullum habeat certum signum,quare sit uxor Herculis,si propter eum mortua fuerit, credetur esse eius uxor.(Et quid habeo)q.d.nihil.(Adhuc(Hucusque. Pignus)Probatio,confirmatio.(Tu quoq;)Dicit se etiam debere hoc facere,ut uideatur esse soror Meleagri, quia sicut ille propter amorem Atalantæ mortuus est, ita ipsa propter amorem Herculis uult mori.(In me).i.in morte mea.(Sororem)Quia cognosces, quod te imitata sum. (Impia) Versus intercalaris dicitur,quia sæpius interponitur,sicut apud Vir.Incipe Mœnalios mecum mea tibia uersus,& idem,Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin. (Heu deuota domus)Moritura Deianira deflet infelicitatẽ suæ domus,ut ostendat se non debere dubitare,quin moriatur.(Deuota)Execrationibus infelix,nam,ut supra diximus,sup illum locum. Deuouit nati spemque caputque parens: Althæa uitam, & fortunas Meleagri filii execrata est.(Acrior).i.acerbior,& infelicior.(Alto folio).i.quãto maior fuit, tãto est infelicior.(Desertum)A filijs derelictũ.(Nuda)Orbata.(Tydeus germanus)Frater meus. (Oris)Regionibus.(Exulat)Abest à patria,nam cum Menalippum frater inaduertẽter occidisset,à patria sponte abjit,& uenit Argos ad Adrastum regem,qui eam filiam suã Argiã uxorem tradidit,& Deiphilen Polynici,cum ambo casu quodam in eius regiã uenissent, & uidisset eos esse,quos oraculi respõsum significauerat,acceperat enim ex oraculo,ut eas daret Leoni,& apro:Tydeus autem aprum ferebat insigne: Polynices uero leonem,itaque secundum rñsum oraculi eos sibi generos delegit,narrat igitur nunc Deianira Tydei exiliũ.

ASC. SED quid ego refero?)Scribendi nuncia uenit. (Fama) Bene ſcribenti,nam ſi antequã ſcripſiſſet,decreuiſſet ꝑꝑ id facinus ſeipſam interimere. fruſtra de pollice cõquereturt.(Tunicæ).ſ.interioris,quam camiſiam uocant.(Hei mihi)Sic Corydon. Heheu quid uolui miſero mihi,perditus auſtrum Floribus,& liquidis immiſi fontibus apros. (Impia quid dubitas)Sic Dido.quin morere,ut merita es.& eſt uerſus inter calaris,ſicut,Ducite ab urbe domũ.(Heu deuota domus)Vt ſuperiores.uere oſtendit fatale, & familiæ debitũ,quod patitur malũ.Nã, ut dixi,deuotũ dicimus, quaſi uoto addictũ mori. (Oenea)Accuſatiuus eſt à nominatiuo hic Oeneus,ſicut ab Orpheus Orphea & in ſolo accuſatiuo corripitur penultima nominum in eus diphthongon exeuntium.(In oris ignotis) Quia ad Adraſtũ fugit.

HVB.

Alter fatali uiuus in igne fuit:
Exegit ferrum ſua per præcordia mater.
Impia quid dubitas Deianira mori?
Deprecor hoc unum per iura ſacerrima lecti,
Ne uidear thalamis inſidiata tuis.
Neſſus,ut eſt auidum percuſſus arũdine pectus:
Hic,dixit,uires ſanguis amoris habet.
Illita Neſſeo miſi tibi teſta ueneno;
Impia quid dubitas Deianira mori?
Iamq́; uale ſeniorq́ue patet , germanaq́; Gorge,
Et patria , & patriæ frater adempte meæ.
* Et tu lux oculis hodierna nouiſsima noſtris,
Virq́ue(ſed ò poſsis) & puer Hylle uale.

* Tu quoque

ALter).ſ.Meleager.) In igne fatali)Propter lignum ſiue torrem,quem parcæ in natiuitate Meleagri Althææ matri ſeruandum dederant, in quo uita Meleagri conſiſtebat, dicta eſt hæc fabula ſupra in epiſto. Briſeidis in eo loco, fratribus orba, Deuouit nati ſpemq́ue, caputq; parens. (Exigit) Tranſmiſit. (Ferrum) Enſem,quia ſe interfecit gladio.Diodorus tamen ſcribit eam laqueo uitam finiuiſſe. (Deprecor) Adiurat Herculem, ne credat eam hoc doloſe,aut inſidioſe feciſſe. (Sacerrima) Valde ſacra. (Tuus thalamis)Quia haberes alia mulierem.(Neſſus)Narrat quomodo fuerit decepta.(Vt).i. poſtquam.(Auidum)Amans.(Hic ſanguis).ſ.meus.(Texta).i. indumenta à texendo dicta ſubſtãtiuũ eſt. (Illita)Infecta,tincta.(Veneno Neſſeo).i.ſanguine Neſſi,qui erat mixtus ueneno *Lerneo*, ut ſupra dictum eſt.(Vale)Deſerentis eſt.(Gorge)Erat ſoror Deianire.(Et patria).ſ.Calydon.(Frater)Tydeu.(Adépte) Ablate.(Meæ patriæ)Qui es exul, nã de Meleagro iã mortuo ſtultũ eſt intelligere.(Puer.i.filius. (Hylle)Hyllus.n.filius fuit Herculis, & Deianire. (Nouiſſima)Vltima,quia,nunquam ſum uiſura aliam lucem.(Sed ut poſsis) .i. utinã poſſis.ſ.ualere.(Puer Hylle).i.filii Hylle, nam puer,& ſeruum ſignificat,& eum,qui eſt in ætate puerili,& filium,ut hic.Exitus rei fuit,quod prius quam Hercules mortuus eſſet,Deianira,ut in argumento dixi,audita calamitate Herculis,de qua dictũ eſt,laqueo uitam finiuit, ut ſcribit Diodo.Hyllus uero Iolem iuſſu patris Herculis poſt eius mortem uxorẽ duxit, & ex ea prolem ſuſcepit.Scribitur hæc fabula plenè ab Ouid.lib.9.Met.& ẽt deificatio Herculis,& multa,quæ ad hunc locum pertinent,quæ breuitatis gratia non uiſa ſunt narrãda.

ASC. A L T E R).ſ.Meleager,uel Meleagrus.Nam quæ græce exeunt in ros apud nos exeũt in er,& in rus,ut Menãder,Teucer,Alexãder,Tymber.Euãder,Meleager,uel rus.unde hic,Meleagre dictũ eſt in uocatiuo,non per Metatheſim,ſicut Alexãder uult,ſed à ntõ Meleagrus. (Deprecor).i.ꝑcor,ne fit.Nã ꝑcamnr nt fiat,qđ uolum⁹,deprecamur,ne fiat , qđ timemus.

IN X. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

NE & cartas fruſtra impleam, & auditori ſim faſtidio, non enarrabo iterum fabulam Minotauri, unde pedet argumentum huius epiſtolæ,quoniam ſatis dictum eſt in ſecunda epiſtola Phyllidis ad Demophoonta, ſuper eum locum. & Tauri, mixtaq; forma uiri, & item in argumento epiſtolæ Phædra ad Hippolytum.Itaque qui uelit pleno uidere illuc recurrat. Quod autem ad hunc locum attinet, hoc eſt in ſumma. Cum ob leges à Minoë deuictis Athenienſibus impoſitas, Theſeus in Cretam nauigaſſet,

Ariadno Minois filia eius specie, ac decore, capta consilium operamq; dedit Mino-tauri occidendi, & Labyrinthi egressum edocuit. Deinde cum Ariadne noctu clàm recedens in insulam appulit aliquando Diam, nunc vero Naxon vocitatam, vbi dicitur reliquisse Ariadnen, & sine ea in patriam nauigasse. Quare fingit Poëta eam derelictam scribere hanc epistolam ad Theseum & eum increpat e de duritia, & immanitate animi, & ingratitudine beneficiorum, quæ ei commemorat, & post cōmemoratas etiam infelicitates suas, rogat eum, vt nauem flectat, & redeat ad eam recipiendam.

ARIADNE THESEO.
EPISTOLA X.

* Illa relicta feris etiam nunc improbe Theseu.
Viuit. & hæc æqua mente tulisse velis.



ITIVS inueni, quam te genus omne ferarum.
Credita non vlli, quam tibi peius eram.
Quæ legis: ex illo Theseu tibi littore mitto.
Vnde ta[illegible]e me vela tulere ratem:
In quo me somnusq; meus male prodidit, & tu,
Pro facinus, somnis insidiate meis.
Tempus erat: vitrea quo primum terra pruina
Spargitur: & tectæ fronde queruntur aues.
Incertum vigilans * a somno languida, moui
Thesea prensuras * semisopita manus.
Nullus erat: referoq; manus: iterumq; retento:
Perque torum moueo brachia: nullus erat.
Excussere metus somnum: conterrita surgo:
Membraque sunt viduo præcipitata toro.
Protinus adductis sonuerunt pectora palmis.
Vtque erat è somno turbida, rapta coma est.
Luna fuit: specto, si quid, nisi littora; cernam:
Quod videant. oculi nil nisi littus, habent:
Nunc huc, nūc illuc, & vtroq;, sine ordine curro:
Alta puellares tardat arena pedes.



Itius).i. minus crudele, nā nulla fera mitis ē. (Credita) .i. cōmissa, tradita. (Vlli) Alicui, siue hoi, siue feræ. (Vn).i. ex quo littore. (Tulere) Pro abstulere. (Sōnus).i. sopor. Et tu).s. prodidisti. (Tēpus erat) Dicit fuisse autūnale tēpus. (Vitrea) Splēdida vt vitrū. (Spargitur) Impletur. (Pruinis) Iuuen. Iā letifero cedēte pruinis Autūno. (Incertū) Subaudi est, vel pro incerte posuit. (Lāguida) Cadēs, & debilis. (Pressuras) Tractaturas. (Semisopita).i. semidormiens. puto tn esse legēdū semisepulta, vt uersus stet, quod idem erit in sensu, qđ semisopita; ut Vir. in 6. Aen. tandē custode sepulto, ubi Seru. exponit .i. dormiēte, cum aūt sopor corripiat primā, ut apud Virgi. Alituū pecudumq; genus sopor altus habebat. Sopire, & sopitus primā producit. Ouid. lib. 7. Metham. Soluera[illegible] alta quies nullo cū murmure serpens Sopitis similis nullo cū murmure serpit. idē lib. supra scripto. Peruigilē superest herbis sopire draconē. Aduertendū est igitur semisopita male legicū semisepulta, ut diximus legendū sit, quod idē significat, quod semisopita, ut ex textu Virgiliano patet. (Nullus) Pro nō ponitur, quia de Theseo solo intelligit, uel nullus, nec Theseus, nec alius. (Refero) Iterum fero. (Retento) idest sæpius tento. (Excussere) Expulere, & uiolenter remouere. (Præcipitata) idest celeriter demissa. (Viduo) Derelicto à te marito meo. (Sonuerūt) Propter percussionem. (Adductis) Retractis. (Vt).i. sicut. (Erat turbida .i. turbata, & incompta, (A somno) idest propter somnum quia dormiendo turbantur capilli ab ordine, & cultu suo. (Rupta est) idest dilacerata. (Luna) idest splendor Lunæ. (Nisi).i. præter. (Vtroque) In utranque partem .s. huc & illuc. (Sine ordine) idest sine ratione (Tardat) Impedit. (Puellares).i. meos quæ sum puella, quia difficilis est cursus per arenam. Reddebat nomen)

HVB.

* Multi hęc duo carmina non habent.

* An sō no.

* Sic & primo amorū elegia 14. Purpureo cuit semisopita toro.

Scilicet per Echo.i.per resonationem.nam ἠχέω,græce resono significat.vnde Echo dicitur vox,quæ ex concauis,& desertis locis ex clamore redditur:quæ aliquando secundũ fabulas, nympha fuit in solam vocem respondentem à Iunone mutata,vt scribit Ouid.lib.2.Met.

ASC. MITIVS inueni) In quibusdam exemplaribus principium est ab his versiculis. Illa relicta fertis etiam nunc improbe Theseu viuit,& hæc æqua mente tulisse velis?Sed non opinor esse Ouidianum, potuissentque quisquis est,dicere, illa relicta ferris, q.d.quam feris dereliquisti improbe Theseu illa viuit, & hæc velis, potius dicere cum admiratione potes, sed ad auctorem accedamus. (Peius) .i.cum maiori malo. (Eram).i.essem apud poëtas ferè eram pro essem,aut fuissem reperitur.Virgi.Georg.2.Et si non alium late iactaret odorem, laurus erat.Horat.Serm.1.Huic parco decies centena dedisses,Nil erat in loculis.i.nil fuisset. Thesea presuras.Ordo est.(Ego semisopita moui manus pressuras).i. vt præmerens, & contingerent.(Thesea).i.Theseum,sed omnia facilia sunt.

Interea toto clamanti littore Theseu,
Reddebant nomen concaua saxa tuum.
Et quoties ego te,toties locus ipse vocabat:
* Illæ locus miseræ ferre volebat opem.
Mons fuit:apparent frutices in vertice rari:
Nunc scopulus raucis pendet adhesus aquis.
Ascendo:vires animus dabat:atque ita late
Aequora prospectu metior alta meo.
Inde ego (nam ṽtis quoq; sum crudelibus vsa)
Vidi præcipi carbasa tensa noto.
Aut vidi:aut certe * cum me vidisse putarem,
Frigidior glacies,semianimisque fui.
Nec languere diu patitur dolor,excitor illo:
Excitor,& summa Thesea voce voco.
Quò fugis?exclamo:scelerate reuertere Theseu;
Flecte ratem: numerum non habet illa suum.
Hoc ego, quod voci deerat, plãgore replebam:
Verbera cum verbis mixta fuere meis.
Si non audires, vt saltem cernere posses,
Iactatæ late signa dedere manus.
Candidaque imposui longe velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamque oculi ereptus eras: tunc denique fleui:
Torpuerant molles ante dolore genæ.
Quid potius facerent, q̃ me mea lumina flerent,
Postquam desiderant vela videre tua,
Aut ego diffusis erraui sola capillis,
Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.

* Ipse.

* Quia me vidisse putaui.

HVB. Clamanti) scilicet, mihi idest vocanti alta voce. (Toties) Locus ipse vocabat) Quia echo reddit eadem verba: Ouidius in fabula Narcisi & Echoos, & totidem,quot dixit verba, recepit. (Ferre opem) Quia qđ tu nolebas facere, ipse faciebat, vt mihi respõderet. (Mons fuit) Describit locum, ex quo dicit se prospexisse nauem Thesei, & eã vidisse. (Frutices) Arbusculæ. (Adesus) Corrosus, & cauatus. (Vires animus dabat)Quia occurrebat posse obijci. quomodo poteras ascendere? dicit,animus dabat vires: quia nemo est tam imbecillis, & timidus: quem animus, & mira cupiditas aliquid faciendi non faciat & fortem, & audacem. (Metior) Contemptor. (Meo prospectu) Meis oculis, prospicere autem est procul idest longe aspicere. (Inde) Ex eo monte. (Nam ventis &c.) Parenthesis. (Quoque) Etiam, sicut te, fuerunt enim crudeles. Quia te cito auferebant. (Præcipiti) Festino, aut certe cum putarem me vidisse, quia sæpe ex affectu animi putamus nos videre ea quæ non videmus. (Frigidior glacie) Hyperbole est,idest superlatio, idest oratio supra verum. (Semianimis) idest semimortua. (Languere)idest ita esse stupidam. (Illo,) scilicet dolore. (Excitor) Conduplicatio est. (Summa) Maxima. (Reuertere) Redi, imperatiui est modi. (Numerum suum) id est omnes, qui in ea esse dicitur. (Hoc ego) id est dicebam.

(Plangore)

(Plangore)Percuſſione.(Verbera cum verbis)Quia,& clamabam,& feriebam pectus meũ. (Si non audieres) Dicit etiam feciſſe ſigna motu manuum, vt ſaltem videretur à Theſeo. (Iactatæ)Motæ.Iuue. A facie iactare manus.(Velamina candida)Lineum pannum. (Longæ virgæ).i.perticæ.(Scilicet)Certe, q.d.hac ſola cauſa. (Admonitura) Redditura in memoriam.(Oblitos)Te,& ſocios. (Ereptus oculis).i.non amplius videbaris à me. (Tunc deniq; fleui)Quia anteà clamaueram,& me percuſſeram tantum,nec potueram prę dolore lacrymare. (Torpuerant) Factæ erant ſtupidę. (Genæ) Oculi . (Dolore) Propter dolorem. (Quid facerent) q.d.nihil. (Niſi flerent me.i.miſeriam meam aliqui legunt te.i.diſceſſum tuum,ſed melius me.(Deſierant)Ceſſauerant.(Aut ergo)Dicit quid egerit poſteaquã non amplius vidit nauem Theſei(Errraui)Huc illuc iui.(Diffuſis)Sparſis.(Qualis)Facit cõparationem,dicit enim ſe ſic præcipitè cucurriſſe,ſicut currunt ſacerdotes Bacchi,cum dei ſui numine ſtimulantur.(Baccha) Mulier Baccho ſacrificans. (Concita)Commota. (A Deo Ogygio).i.Baccho Thebano.Ogygus rex fuit Thebanorum. Bacchus autem ex Semeſe filia Cadmi,qui Thebas condidit,natus,vt ſcribit Ouid.in Met. Bacchæ autem ſolent præcipites huc,illuc currete.Phædra ſupra.(Nunc feror,vt Bacchus furijs Eleleides actæ.

MONS erat)Docet, quam diligentiam fecerit in illo perquirendo,vt ſe inique deſertam prodet.(Pendet adeſus aquis)Non legatur adhæſus, quia venit ab edendo ideſt conſumor.(Vires animus dabar)Memorabile uerbum.(Verbis)Quia percuſſi pectus. (Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent) ideſt oculi mei quid potius deberent facerent, quam flere infortunia mea ? ASC.

Aut mare proſpiciens,in ſaxo frigida ſedi,
  Quamque lapis ſedes, tam lapis ipſa fui .
Sæpe torum repeto,qui nos acceperat ambos ,
  Sed non acceptos exhibiturus erat .
Et tua,quæ poſſum,pro te ueſtigia tango .
  Strataque,quæ membris interpuere tuis.
Incumbo: Lacrymiſque toro manante profuſis,
  Preſsimus,exclamo,te duo: redde duos .
Venimus huc ambo : cur non diſcedimus ambo?
  Perfide pars noſtri lectule maior ubi eſt ?
Quid faciam?quo ſola ferar;uacat inſula cultu:
  Non hominum uideo, non ego facta boum:
Omne latus terrę cingit mare:nauita nuſquã eſt:
  Nulla per ambiguas puppis itura uias.
Finge dari comitesque mihi,uentosq;,ratemq;:
  Quid ſequar?acceſſus terra paterna negat .
Vt rate felici pacata per æquora labar;
  Temperet * ut uentos Aeolus:exulero .
Non ego te Crete centum digeſta per urbes
  Aſpiciam,puero cognita terra Ioui .
Nam pater,& tellus iuſto regnata parente,
  Prodita ſunt facto nomina cara meo :
Cum tibi,ne * uictor tecto morerere recur :
  Quæ regerent paſſus,pro duce fila dedi .

IN ſaxo) In mõte ſaxeo.(Tam lapis ſui) ideſt ita fui frigida , & ſtupida,ut eſt lapis,ſicut lapis fuit ſedes mea. (Repero totum) Reuertor ad lectũ.(Exhibiturus) Redditurus , (Pro te) Loco tui. (Strata) Culcitiam lecti, à ſternendo dictam . Ouidius in 1 . de Amoribus . (Eſſe quid hoc dicã, quod tam mihi dura uidentur ſtrata? (Interpuere) Incaluere, quia illic cubuiſti . (Incumbo) ſcilicet ſtratis ideſt impono os meũ ſuper lectum.(Profuſis)Largiter effuſis. Manante) Fluente, & madido.(Duo)Ego,& Theſeus. Maior pars noſtri) Theſeus, quia maritus maior eſt uxore . (Lectule) Contumeliæ, & indignationis cauſa diminutio uſa eſt.(Quo ferar) ideſt quo ire debeo ? Vacat caret. (Cultu) Vel cultura terræ,uel certa habitione.(Facta hominum)Vt ſunt ędificia . (Facta boum) Vtpote terras cultas. (Cingit) Circundat.(Omne latus) ideſt omnem partem . (Nauita) ideſt naura , eſt autem Epectaſis ideſt extenſio dictionis . (Ambiguas) Dubias, quales ſunt uiæ maris.(Finge) HVB.

*Et

*vectus

* Cum mihi dicebas, per ego ipsa pericula iuro,
Te fore, dum nostrum viuet vterque meam.
Viuimus, & non sum Theseu tua: si modo viuit
Fœmina periuri fraude sepulta viri.
Me quoq;, qua fratrẽ, mactasses improbe claua:
Esset, quam dederas, morte soluta fides.
Nũc ego non tantũ, quæ sum passura, recordor:
Sed quæcunque potest vlla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
Morsq; minus pęnę, quã mora mortis, habet.
Iam iam venturos aut hæc, aut suspicor illac,
Qui lanient auidos viscera dente, lupos.
Forsitan & fuluos tellus alit ista leones:
Quis scit, an hæc sæuas insula Tigres habet?
Et freta dicuntur magnas expellere Phocas:
Quis vetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua cathena:
Neue traham serua grandia pensa manu:
Cui pater est Minos: cui mater filia Phœbi:
Quodque magis memini, quæ tibi pacta fui.
Si mare, si terras, porrectaque littora vidi:
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ,
Cœlum restabat: timeo simulacra deorum.

*Tu

ge).i.pone.i.ponatur, quod ego inuenire comites, & naues, quo tame ire deberem? (Quid) idest quem locũ. (Accessus).i.aditus. (Vt).i.quamuis. (Labar).i.nauigem & celeriter eam. Virg. in 4. Aen. Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est. (Temperet ventos).i. licet det mihi ventos secundos. (Exul ero).i. non habeo tamen, quo ea. (Non ego) Dicit non licere sibi adire Cretam, in qua regnabat pater suus, quia eum prodiderat, & vt supra diximus, clã eo discesserat. (Digesta) Diuisa. (Per centũ vrbes.) Habebat.n. olim Creta centum vrbes (Cognita Ioui puero) Quia Iupiter illic nutritus est, diximus supra in epist. Phædræ. Est mihi dotalis tellus Iouis insula Cretæ. (Regnata) Participium sine verbi origine. (Nomina cara).s. pater, & patria. (Prodita) Decepta, offensa. (Cũ tibi) Dicit se prodisse patrem, & patriam vt prodesset Theseo. (Cum) Subaudi tunc.s. sunt prodita. (Cũ dedi fila) Quæ regerent passus (Producere).i. loco alicuius, qui te duceret. (Ne tu victor).s. a Minotauro. (Morerere) Perires. (Tecto recuruo) Periphrasis Labyrinthi, sit supra Phædra. Curua mea fugit tecta sororis ope. (Iuro) Verba quibus vtebatur Theseus ad Ariadnem. (Fore).i. futura. (Dum).i. donec. (Si modo viuit) Ad seipsam conuertit sermonem Ariadne, corrigens quod dixerat, viuimus vult.n. hoc dicere, viuimus ambo, si modo ò misera fœmina Ariadne potes tu dicere viuere quæ es sepulta fraude Thesei. (Sepulta).i. quasi mortua nõ quod esset sepulta. (Mactasses) Deest vtina. (Qua fratrem).s. mactasti, hoc est Minotaurũ. (Soluta) Liberata, quia fides, & obligatio cõiugij soluitur ipsa morte. (Quæ sum passura).i. quæ sunt mihi accasura. (Vlla relicta) Sicut ego. (Occurrũt) Offerunt se. (Mille figuræ) Mille formæ. (Morsq; minus).i. minus graue, & pœnosum est mori, q̃ expectare, & tardare ipsam morte. (Mora).i. dilatio. (Iamia) Mox subito. (Aut hæc, aut illac).i. ex oi parte insulæ. (Viscera) Mea. (Auido) Famelico. (Ista) Pro hæc. (Fuluos) A colore na vt A. Gell. scr. fuluus ex viridi, & rufo cõstat. datur aũt hoc epitheton fuluum, & auro, & leonibus. (Quis scit).i. quis põt scire, cũ nemo hic habitet. (Sæuas Tigres) .i. feras, & nimiũ crudeles, abundant aũt apud Hyrcanos, & Indos nimis tremẽdæ velocitatis, de cuius natura scr. Plin. lib. 8. (Expellere).i. eijcere in siccum. (Phocas).i. vitulos marinos. ita.n. dnr a nobis quæ licet inter aquatilia nominentur, tñ & pilo vestiuntur, & animal pariunt & in terra noctu dormiunt. Virgil. 4. Georg. Sternunt se somno diuerso in littore Phocæ. nullum aũt animal teste Plin. grauiore somno præmitur. inde Iuuen dixit. Eripiet somnum Druso, vitulisq; marinis. (Quis vetat,) q.d. nullus. potest enim venire aliquis, qui me gladio transfodiat. (Tantum) q.d. supradicta non multum curo. (Tantum) Solummodo scilicet timeo. (Ne religor).i. abducar ligata, tanquam captiua. (Ne traham) Ex colo deducam. (Pensa) Lanas ad pensum datas. (Manu serua).i. seruili. (Cui).i. ego, cui. (Minos)

Habet emphaſim,q.d.filius Iouis & Europæ,rex Cretæ.(Matĕr)Paſiphaë filia Phœbi.dictũ eſt ſupra in epiſt.Phædræ.(Quodq; magis).i.qđ plus eſt.(Quæ fui pacta tibi) Quæ fui ſponſa tua,pluris enim hoc facio,quam patris & matris genus.(Si mare) Dicit ſe undique uidere ſibi parata pericula.(Porrecta)Extēta,longa.(Multa).i.mala,pericula. (Cælum reſtabat) Vnde non eſſent mihi pericula.(Simulacra) Figuras,in qua dei dicũtur ſe mutare.

QVAMQVE lapis)Ordo eſt.(Ipſa).i.ego.(Fui tam)i..tm̃.(Lapis).i.dolore indurata,& amens,ac ſine ſenſu effecta.(Quam).i.quantum,ſedes fuit lapis.(Vacat inſula cultu) A S C.
Non eſt reſpiciendum ad hiſtoria,nam licet inſula non uacabat,uiſa eſt tñ uacare amanti, uel quia ſine amato erat,ſolent.n.amãtes ſe ſolos dicere,cum ſine amatis ſunt,uel quia prima luce nullos uiderat cultores.(Nõ hominum uideo,non ego facta boum) Quid in littore erat.(Omne latus)Docet ſe in iniquo loco deſertam, quia in inſula, unde ſine nauibus exire non detur,nec tñ ullæ occurrunt naues.(Finge dari)Sic Dido.(Quis me aũt)Fac uel Ie ſinet?&c.(Te Crete)Græce.nam latine Creta dr̃.(Centum urbibus digeſta) Aeneid.3. Centũ urbes habitãt magnas uberrima regna.(Cognita terra Ioui)Ibidē. Creta Iouis magni medio iacet inſula põto.(Nomina cara).ſ.pater,& patria.(Me quoq; maſt.).i.mactare debuiſſes,aut utinã mactaſſes.(Quoq;).i.etiam me. (Claua) ſup.ea.(Qua) ſup.mactaſti.(Fratrem).i.Minotaurũ,quia tunc.(Fides,q̃ dederas) ſancta promiſſio.(Eſſet ſoluta morte).ſ.mea.(Forſitan & fuluos) Bene dubitat,ut fœmina loci imperita,& non eſt error poëte,ſi leones,ac tigres non habet inſola illa.(Cui mater filia Phœbi).ſ. Paſiphaë Solis filia.

Deſtituor rapidis præda, cibuſque feris.
Siue colunt,habitantque uiri, diffidimus illis:
Externos didici leſa timere uiros.
Viueret Androgeos utinam:nec* fata luiſſes
Impia funeribus Cecropi terra tuis:
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite Theſeu
Ardua parte uirum dextera, parte bouem.
Nec tibi,quæ reditus mõſtrarent, fila dediſſem,
Fila per adductas ſæpe recepta manus.
Non equidem miror,ſi ſtat uictoria tecum:
Strataque Cretæam bellua ſtrauit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea cornu.
Vt te non tegeres:pectore tutus eras.
Illuc tu ſilices,illuc adamanta tuliſti:
Illic qui ſilices Theſea uincat habes.
Crudeles ſomni,* qui me tenuiſtis inertem.
At ſemel æterna nocte premenda fui.

HVB.

PRæda)Rapina.(Cibuſque) Eſca.i.deſtituor rapienda, aut deuoranda à feris. (Siue colunt)ſi ēt habitãt.(Diffidimus).i.non fidimus.(Externos).i.hoſpites. (Læſa timere uir) quia nunc timeo, ne omnes noceant mihi ſicut tu nocuiſti.(Viueret And.)Muliebre eſt, ut ſępius diximus,lõge repetere cauſas ſuorum malorum.ſic in 1.epiſt. Penel.O utinam tunc, cũ Lacedæmona claſſe petebat,&c.dicit igitur,quod poſſet optare.qđ And. frater ſuus nunquam fuiſſet interfectus inuidia Athenienſiũ, quia Ath.non coacti fuiſſent uicti a Minoë mittere 7. corpora filiorum,& 7.filiarum quot annis ad Minotaurum, ut ſupra dictũ,& ſic Theſeus nunq̃ ueniſſet in Cretã,& p̃ cõſequēs ipſa nũq̃ fuiſſet ab eo decepta. (Androgeos)Nominatiuꝰ eſt atticus,cuius ult.lon.eſt,q a eſt ω,fuit aũt filius Minois,& Paſiphaës, qui cũ eſſet fortiſſimus Athleta,ab Atheniēſib.per inuidiam interēptus eſt,ob quã cauſam Minos cõtra eos bella mouit,& uictis eas leges impoſuit,quas ſupra diximus.(O terra Cecropi).i.Atheniēſis.eſt aũt uocatiuus à forma patronymica Cecropis Cecropidos,fuit aũt Cecrops rex Atheniēſiũ,qui primus apud eos maris,& fœminæ legitimã coniunctionē inuenit quo finxerunt eum fuiſſe geminæ naturæ,ab eo Athenienſes Cecropidæ dñr. (Luiſſes)ſoluiſſes,purgaſſes.(Impia fata).i.crudelē mortē Androgei.(Funeribus tuis).i.mortibus tuorũ (Stipite)Trũco.(Ardua)Ex quãtitate ſyllabarũ diſtinguēdi ſunt caſus,ut nõ dicamus ardua parte,ſed dextera tua ardua.i.in altum ſublata ad inferendũ maiorem ictum.

* facta tuliſſes

* quid

(Nec mactasset uirũ parte).s.una.(Et bouẽ parte).s.altera,& ita ẽ periphrasis Minotauri. (Monstraret reditus).i.regressus ad locũ,per quẽ introieras in labyrinthũ.(Sæpe rec.)sæpe reuoluta.(Adductas)Flexas,& rettactas.(Non equidẽ)Obiicit ei nimiã duritiã.(Stat).i.est.(Strata)Interfecta.(Bellua)Minotaurus. (Strauit).i.texit, uel percussit, aliqui legũt tinxit.(Non poterant)Ecce causa,quare habuit uictoriã. (Præcordia) Dñr,quã sunt circa cor ponuntur tñ pro omnibus intestinis.(Ferrea)Dura.(Cornu).s.Minotauri.Aliqui uolunt intelligere de tauro Cretæo quẽ Theseus uicit,sed nõ in Creta, sed apud Marathonẽ eũ interfecit.(Figi)Vulnerari.(Vt).i.quãuis.(Tegeres)Defenderes,ut Virg. nec Apol.insula texit.(Pectore).i.duritia pectoris.(Tutus)Munitus.(Illuc in pectore tuo. (Scilices) Lapides durissimos.(Adamãta)Alibi dixim9 lapidẽ nimię duritiæ.(Habes Thes.q uincat).i.hẽs feritatẽ tibi ingeniã,q̃ est durior silicibus.(Crudeles) Cõqueritur de somno,à quo si tardata discedẽte Theseo,apostrophat ad somnos.(Inertẽ)sopitã, nõ sentiẽtẽ. (At semel) Dicit,qđ ille sõnus debuisset esse ęternus.ita qđ nunq̃ esset excitata, q̃a nũc nõ esset ĩ tãtis dolorib.(Semel)Vno tp̃e.(Aeterna nocte).i.morte.Vir.In ęternã clauduntũ lumina noctẽ.

ASC. SIVE colũt)Sic 1.Aen. Qui teneãt nã inculta uidet, hõies ne,feræ ne.(Viueret And. utinã)Is est,de quo 6.Aen.in forib.letum Androgeo, & credo hic legendũ esse Androgeos. (Nec facta).i.exitiũ tuorũ.(Cecropi terra)Patronymicũ cum pro patrio,hæc Cecropis,huius Cecropidis,in uocatiuo ò Cecropi,ut hic. (Ardua parte) Si ardua & dextra ablatiui sint casus,nõ staret metrũ,q̃a apud oẽs ablatiuus patrię in productã desinit dicamus ergo. (Virũ parte)Pro parte.(Ardua.s.).i.ſm ardua.(Et Bouẽ partẽ).i.Pro parte.s.(Dextera).i. secũdũ dextera.s.mẽbra,ut sit figurate actiuus neutri gñis pluralis numeri.(Strata).i.p̃strata.(Strauit).i.seipsa cooperuit flores ster nunẽ p̃ pauimẽta.(Cornu)Quia semitaur9 erat,

HVB. NImium parari) Qui tam cito Theseum abstulistis. (Flamina)auræ flatus.(Officiosa) Prompta. (In meas lacrymas).i.ad faciendum me flere. (Dextera).s.Thesei. (Fratrem) Minotaurum. (Et me) Quia fuit etiam causæ meæ mortis. (Fides).s.fuit crudelis.(Nomen inane).i. sine effectu, sic in 1. de arte. Nomen amicitiæ,nomen, inane,fides. Nam cum dicatur a fio ut uoluit Cic.non tamen fit, quod promisisti, & ita est nomẽ inane.(Data).s.a te.(Poscenti) Mihi postulari. (Vna) id est sola.)Tribus causis) scilicet somno,uentis,& fide.(Ergo)particula est non illatiua hoc loco, sed indignatiua, ingemiscit enim quod sit moritura in illa insula, ubi nullum sentiat officium suorum.(Nec uidebo lacrymas matris) id est non uidebo matrem meam, quæ me morientem defleat. (Qui condat) id est qui claudat. nam mortuis solebant propinquiores claudere oculos, ut supra in prima epist.Ille meos

Vos quoque crudeles uenti, nimiumque parati,
Flaminaque in lacrymas officiosa meas.
Dextera crudelis,quæ me,fratremque necauit:
Et data poscenti nomen inane fides.
In me iurarunt somnus,uentusque,fidesque:
Prodita sum causis una puella tribus.
Ergo ego nec matris lacrymas moritura uidebo:
Nec,mea qui digitis lumina condat,erit
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
Nec positos artus unget amica manus.
Ossa superstabunt uolucres inhumata marinæ.
Hæc sunt officiis digna sepulchra meis.
Ibis Cecropios portus:patriaque receptus,
Cum steteris turbæ celsus honore tuæ:
Et bene narraris letum taurique,uirique.
Sectaque per dubias saxea tecta uias:
Me quoque narrato solam tellure relictam:
Non ego sum titulis surripienda tuis.
Nec pater est Aegeus: nec tu Pittheidos Aethræ
Filius:auctores saxa,fretumque tui.
Dii facerent,ut me summa de puppe uideres:
Mouisset uultus mœsta figura tuos.
Nũc quoq;,nõ oculis,sed,qua potes,aspice mẽte,
oculos

oculos cõprimat,ille tuos.(Spiritus).i.anima.(Peregrinas)Ignotas.(Positos artus).i.mẽbra mortua.Virg.Sic ò,sic positum affati discedite corpus.(Iunget)Melius legitur,Vnget, nam cadauera prius lauabantur,deinde ungebantur.Ennius,Tarquini corpus bona fœmina lauit,& unxit.(Volucres marinæ)Quæ sunt uicinæ huic insulæ.(Ossa inhumata).i.stabũt super ossa mea carentia humatione,& sepultura, (Hæc sunt sepulchra digna meis officiis).i.hæc sunt officia talia,qualia merentur mea erga te beneficia,ironice dixit.(Ibis)Vt enim magis moueat,dicit,ut Theseus meminerit, cũ redierit Athenas, & narrabit res suas gestas,inter eas cõmemorare,queadmodum decepit Ariadnem,à quo tanta acceperat beneficia.(Cecropios)Athenienses dictum est supra.(Portus) Deest in prima urbe Athenarũ. (Celsus)Altus.(Turbæ)Populi.(Et bene narratis) Deest eum, & legandum est narratis. nõ aũt narrabis.(Letum)Mortem.(Tauriq; uiriq;).i.Minotauri.(Saxea tecta).i.labyrinthũ.(Tellure)Hac insula.(Non ego)Deridet ipsum,& ironice loquitur. (Surripienda)Remouenda.(Tuis titulis)Tuis laudibus.(Nec pater)Ex nimia ira dicit eum non esse humano sanguine genitum,sed saxis.(Pater).s.tibi.(Aethræ Pitheidos).i. filiæ Pithei, ut supra diximus.(Auctores tui).i.parentes,& ex quibus es genitus.sic Dido ad Aeneã apud Virg. lib.4.Aen.Non tibi diua parens,generis nec Dardanus auctor,Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus hyrcanæq; admorũt ubera Tigres.(Dii facerent) Nititur mouere eum ad cõmiseratione sui.(Videres)Pro uidisses.(Mœsta figura).i. aspectus meus tristis,& lacrymosus.(Mouisset) Ad misericordiã,& lacrymas deduxisset.(Non oculis) Quia ex remotione locorum non potes oculis corporis me uidere. (Sed mente)Sed cogitatione.

ERGO ego &c.)Dolet sibi defuturum officium funere,& exequiale,quod morituri ferè sibi defore quæruntur.(Ibis Cecropis) Inuidiose dicit Theseum, quasi triumphantem parta uictoria in patriam rediturum,cum ipsa, perquam uictoria parta est, insula deserta mori cogatur. ASC.

Hærentem scopulo: quem uaga pulsat aqua.
Aspice demissos lugentis more capillos:
Et tunicas lacrymis; sicut ab imbre; graues.
Corpus,ut impulsæ segetes Aquilonibus, horret:
Litteraque articulo pressa tremente labat.
Non te per meritum, quoniam male cessit,adoro.
Debita sit facto gratia nulla meo,
Sed nec pœna quidem.si non ego causa salutis:
Non tamen est,cur tu sis mihi causa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora lassas
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi,qui superant,ostendo mœsta capillos.
Per lacrymas oro:quas tua*facta mouent:
Flecte ratem Theseu:uersoque relabere uento:
Si prius occidero:tu tamen ossa feres.

* fata

HAerentem)id est finge uidere me stãtem in scopulo ab aqua pulsato.(Demissos) Per humeros sparsos. (More lugentis).i.more eius quæ mortem alicuius mœret. (Tu).s.meas. (Graues lacrymis).i. madefactas. (Sicut ab imbre).i.sicut ab aqua.(Corpus) Dicit se pro dolore,& timore tremere.(Sicut segetes) Tremunt per uentos. (Horret) Tremit. (Impulsæ) Motę. (Aquilonibus).i. uentis, posuit aũt Aquilones pro omnibus uentis, & hæc comparatio est ẽt in 1. lib. de Ar.amã. de ipsa Ariadne. Horruit, ut steriles,agitat quas uẽtus, aristæ:Vt leuis in madida canna palude tremit.(Littera pressa).i.signata,& scripta.(Articulo).i.digito.(Labat)Vacillat.i. nõ hẽt rectũ ordinẽ.(Non adoro).i.nõ oro,nec adiuro.(Per meritũ).i.ꝑ beneficiũ, quod tibi præstiti.(Qm̃ male cessit).i.male successit mihi,quia male locaui ipsum. (Nulla gratia) .i.nulla retributio.(Sit facto meo).i.beneficio,quod tibi feci. (Sed nec pœna).s. sit meo facto.i.si non uis reddere gratiã facto meo.non debes etiam reddere pœnam, & malũ. (Si nõ) .i.si non fui tibi causa salutis,sicut fortasse tu existimes.(Non tamen est,cur tu sis mihi causa necis).i.cur tu debeas esse causa meæ mortis.(Has)Δεικτικῶς.i.demõstratiue.(Plangen HVB.

do

do).i.percutiendo,tamen.n.percussi pectora mea,quod ipse manus sunt lassæ. (Tẽdo) Porrigo.(Qui superant).i.qui supersunt,& restant:Nam reliquos præ dolore laceraui & auulsi.(Tua facta).s.crudelia,quia me deseruisti solam. (Flecte) Ordo pendet ab eo solo: Non te per meritum,hucusque.(Flecte ratem) Verte nauem ad me recipiendam.(Relabere)Retronauiga.(Verso)Mutato (Si occidero prius).i.si mortua fuero anteq̃ redeas ad me abducendam ex his locis.(Tu feres ossa).i.efferes,& sepelies. Conclusit aut epistolam per commiserationem.Exitus rei fuit,quod Theseus nunquam reuersus est ad eam, sed illa inuẽta à Baccho in ea insula facta est uxor eius,& translata in cœlum cum Corona sua,& facta est signum,quod hodie quoque dicitur corona, ut supra alio loco diximus . eius autem transmutationem describit optime ipse Ouid.lib.1.de Arte am. & lib.8.Fast.& lib.8.Metam.

ASCENSIVS.

FLECTE ratem Theseu,)Summa uotorum epistolæ fini apta.(Versoq́ue relabere) .i.uelo conuerso uẽto retro ad me labere.(Si prius) Quàm tu uenies. (Occidero)Mortua eroi(Tu tamen ossa hinc tecum feres)Mouet à desperatione,ut plerunque fit.

IN XI. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

EX qua uxore Aeolus rex uentorum susceperit Canacem, & Machareum mihi incertum est: sed tamen & Seruio teste, & Ouid in hac epistola scribente patet eos Aeoli filios fuisse; qui cum turpiter se amarent, & consanguinitatis prætextu tegentes culpam concubuissen . Canace ex eo concubitu concepit, & peperit filium, quem cum clam e regia per nutricem emitteret, ut aleretur: infelix infans se suo uagitu prodidit auo, qui tanto offensus scelere, iussit infantem innocuum exponi canibus, gladium uero per satellitem misit: quo illa pro meritis uteretur, quo se interfecisse creditur. Machareus pœnæ, & iræ patris metu territus, ex patria aufugit, crediturq́ factus sacerdos Delphici Apollinis, qui postea uerbis oraculi Orestem in cædem Pyrrhi ob raptam Hermionem hortatus dicitur. Interea deprehenso scelere Canaces, priusquam moreretur, fingit poëta eam scripsisse hanc epistolam ad Machareum qua ei narrat casum suum, & iram patris, & postremo rogat, ut colligat ossa sua, & infantis, & una urna ea recondat.

CANACE MACHAREO.

EPISTOLA XI.

*Aeolis Aeolidæ,quam non habet ipsa, salutem
Mittit,& armata uerba notata manu.



I qua tamẽ cæcis errabunt scripta lituris:
Oblitus à dominæ cæde libellus erit.
Dextra tenet calamum : strictum tenet altera ferrum:
Et iacet in gremio carta * notata meo.

HVB.



I qua tamen)Sunt qui existimãt hic aliquid deesse, quia tamen nõ uideat conuenire principio, & in quibusdã lib.inueni hos duos uersus. Aeolis Aeolidæ . quam non habet ipsa,salutem Mittit,& armata uerba notata manu. In duobus tamen lib. meis uetustissimis hi uersus non leguntur, quod autẽ ante tamen uideatur aliquid esse præponendũ, plerũque magis fit in sensu,q̃ in uerbis,nã intelligitur, mittit tibi hac epistolã, tamen.(Si qua scripta).i.si aliquæ partes meæ epistolæ.(Errabunt).i.uacillabunt, & nõ habebunt rectum ordinem.(Lituris)signis literarum,à linendo, uel maculis. (Cæcis) Obscuris,quæ non bene possint legi. (Libellus) Epistola,uel carta. (Oblitus) Fœdatus. (A cæde)Propter cædem.(Dominæ).i.mei Canaces. (Dextra) Describit casum suum. (Ferrum) Ensem Metonymia.(Strictum) Nudum. (Iacet) sedet, posita est. (Soluta) Aperta,

* Alii hecduo carmina non legunt.

*Soluta

ASCENSIVS.

SI qua tamen) Est huic epistolæ pannosum nescio cuius assumptum principium tale, Aeolis Aeolidæ, quam non habet ipsa salutem Mittit & armata verba notata manu. Quod pannosum dixi, quia non cohæret sequentibus, detrahitq; artificio poetæ, qui cunctabundam inducit mulierem ex abrupto epistolam inchoasse correspondentem ad ea, quæ animo præmeditata fuerat, Videlicet iamiam me ipsam interfectura sum, sed ne penitus inhumata, & mea, & nati feris expositi maneat ossa, scribam in hoc statu ad fratrem, & significabo illi mentem meam. Si qua tamen cæcis &c. (Oblitus) Media, siue penultima breui. ab obliuor. Vnde Doctrinale datq; lino, lini, vel leui, deinde litum dat. ab obliuiscor autem oblitus mediam producit. (Lituris cæcis) .i. obscuris allegibilibus. (Libellus) .i. epistola. (Cæda) .i. anguine per cædem effuso. (Calamum) Calamus est genus arundinis, quo Itali scribunt, vti Galli pennis anserinis. (Carta) Est, quam Galli abnsiue papyrum vocant, eo quòd in papyro .i. pellicula papyri, quæ arundinis genus est, in Aegypto frequens olim scriptitatum est.

Hæc est Aeolidos fratri scribentis imago:
Sic videor duro posse placere patri.
Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset:
Auctorisque oculis exigeretur opus.
Vt ferus est, multoque suis truculentior Euris:
Spectaret siccis vulnera nostra genis.
Scilicet est aliquid cum sæuis viuere ventis:
Ingenio populi conuenit ille sui.
Ille Noto, Zephyroq; , & Scythonio Aquiloni
Imperat, & pennis Eure proterue tuis.
Imperat heu ventis: tumidæ non imperat iræ:
Possidet & vitiis regna minora suis.
Quid iuuat admotam per auorum nomina cœlo,
Inter cognatos posse referre Iouem?
Num minus infestum, funebria munera, ferrum.

HVB.

HAec est Imago) Hæc est forma, in qua tu potes considerare me esse. (Aeolides) Mei Canaces, quæ sum filia Aeoli. (Sic) Hac forma, scilicet ense parato ad necem meam. (Duro) Crudeli, adducit eum in odium commemorans eius sæuitiam. (Ipse) scilicet pater. (Spectator) Qui videret. (Opus) idest cędem meã. (Exigere) Perficeretur. (Oculis) .i. in cõspectu. (Auctoris) scilicet patris, qui est auctor & causa, vt me interficiam. (Truculentior) sæuior. (Suis) Qui sũt sub imperio suo. (Spectaret siccis) .i. videret cædem meam sine vlla effusione lacrymarum. (Scilicet) Arguit a cõsuetudine idest conuersatione, dicit quod, quia versatur, & viuit cum ventris, qui sunt sæui, ipse quoque est sæuus, & conuenit naturæ ventorum. (Conuenit) Facit. (Ingenio) Naturæ. (Sui populi) .i. vẽtorum. (Ille Noto) Enumerat quatuor ventos. (Noto) Notus sine aspiratione ventus Meridionales humidus, & pluuius, qui à nostris Auster dicitur. Zephyrus autem Occidentalis est, qui Latine Fauonius dicitur. (Aquiloni) .i. Boreæ, qui ab aquis discutiendis dicitur Aquilo Latine. (Scythonio) Threicio, flat enim ex Thracia. Scyton autem, vt in 2. epi. diximus mons est Thraciæ. Eurus est ventus Orientalis. de his omnibus ventis Cardinalibus Ouid. lib. 1. Metam. Eurus ad auroram Nabathæaque regna recessit, Persidaq; & radijs iuga subdita matutinis: Vesper, & occiduo quæ littora Sole tepescunt, Proxima sunt Zephyro: Scythiam, septemq; triones Horrifer inuasit Boreas, contraria tellus, Nubibus assiduis, pluuioque madescit ab Austro. (Pennis) Quia venti dicuntur habere alas, vnde ipse libr. 6. Metamor. de Borea abducente, Orithyam, dicit pauidam caligine tectus Orithyam amans fuluius complectitur alis. (Tumidæ) Quæ tumidum facit. (Minora suis vitiis) Quia potest reprimere ventos, qui sunt sub regno suo, vitia autem sua .i. iram, nõ potest coercere. (Quid iuuat admotam) sic legendum est, non autem ad mortem, est autem ordo & sensus. (Quid iuuat,) Id est quid prodest? (Me admotam nomina proauorum) Figuratæ, idest habentem nomina proauorum admota, sicut Virgil. Oculos suffusa nittentes. (Admota,) Id est appropinquata. (Posse

referre)

referre).i.enumerare.(Iouem inter cognatos).i.poſſe dicere, quod Iupiter ſit de gẽte mea. Aeolus autem non Hippotæ filius fuit, vt quidam male exiſtimant, ſed nepos. Natus eſt.n. ex Segeſta filia Hippotæ Troiani, & Ioue. Hæc eadem Segeſta à Criniſo fluuio Siciliæ compreſſa genuit Aceſtem, qui poſtea in Sicilia regnauit. (Non minus).i.nihilominus.ſ. licet ſim de gente Iouis. (Munera funebria).i.apta funeri.i.morti, eſt autẽ appoſitio figura propter duo ſubſtantia appoſita ſine copula, videlicet ferrum, & munera.

ASC. AEOLIDOS) Aeoli filiæ, hæc Aeoli, huius Aeolidos. (Opus exigeretur).i.cęde expreſſe ageretur, & exhiberetur. (Oculis).i.coram oculis. (Auctoris).ſ.patris. (Euri) Venti ſunt Orientales Zephyri Occidentales, Noui Meridionales, & Aquilones Septentrionales, quia vero Aquilo ſeu Boreas à Thracia flat, vocat eum Scythonium, ſicut Virg. grues, dicens, Scythoniasq; grues. (Scilicet eſt aliquid) Amara irriſio, nimirum, inquit, magnum eſt habere rationem cum ventis, qui illorum naturam induit pennis, quia finguntur venti pennis vti, dum præcipites feruntur. (Poſſidet & vitijs &c.) Bonum verbum. regno, inquit, ſuo dominatur, non vitijs. Maiora ergo ſunt vitia regno, quia dominamur inferioribus, & minoribus duntaxat (Quid iuuat &c.) Sic Iuuen. Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri? &c.

Fœminea teneo non mea tela manu?
O vtinam Machareu, quæ non * cõmiſit in vnũ,
Veniſſet leto ſerior hora meo.
Cur vnquam plus me fratres, quã frater amaſti?
Et tibi; non debet quod ſoror eſſe fui?
Ipſa quoque incalui: qualemq; audire ſolebam,
Neſcio quem, ſenſi corde tepente deum.
Fugerat ore color: macies * adduxerat artus:
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles: & nox erat annua nobis.
Et gemitum nullo læſa dolore dabam.
Nec, cur hoc facerẽ, poterã mihi reddere cauſã:
Nec noram, quid amans eſſet: ad illud eram.
Prima malum nutrix animo præſenſit anili:
Prima mihi nutrix, Aeoli, dixit, amas.
Erubui: gremioq; pudor deiecit ocellos:
Hæc ſatis in tacita ſigna * fatentis erant.

* cõiunxit.

*Obduxerat.

* Furentis.

HVB. FOeminea).i.imbelli. (Non mea tela).i. non mihi apta aut conuenientia. (O vtinam) Optat ſe fuiſſe mortuam, antequam coniuncta fuiſſet fratri, ordo. (O Machareu hora, quę commiſit).i.coniunxit. (In vnũ).i.ſimul. (Veniſſet ſerior).i.tardior. (Meo leto).i.mea morte.i. vtinam prius eſſem mortua, quàm me vnquam cognouiſſes: nã non veniſſem ad tantã calamitatem, vt coacta eſſem mihi, vt paterna mãdata adimplerem mortẽ conſciſſere ni tu pri⁹, ſi potes, opem feras. Et ex hoc Canace auget miſeriam ſuam conaturque Machareum ad miſericordiam mouere imprecãdo ſibi mortẽ, quæ ſæpiſſime cũ à teneris annis contingat, mortales quibuſcunque calamitatibus futuris eripere ſolet. Mors enim vt teſtatur Seneca, nullum habet incommodum, neq; vitam interimere videtur, & ſi ipſam quoquo modo eripiat. De qua plura legito apud Herod. & Cic. (Cur vnquã) Dolet de hoc amore illicito. (Quã frater) Quia amor fratris erga ſororem debet eſſe moderatus, nec debet eſſe ad concubitu. (Et cur ſui, quod ſoror nõ debet eſſe) Cur obſecuta ſum tibi in coitu quod ſoror facere nõ debet. (Ipſa quoq;) Dicit ſe etiã fuiſſe amore cõpulſam, ſicut & fratrẽ. (Incalui) Incenſa ſum amore. (Deũ) Cupidinẽ. (Tepente) Calẽte. (Neſcio quẽ deũ,) q.d. antea mihi incognitũ. (Fugerat) Deſcribit ſigna amantis. (Color) Rubor. (Fugerat ore).i.ex facie. nam amãs efficitur pallidus. Ouid. in 1. de Ar. Palleat oĩs amans color hic eſt aptus amanti. (Macies) Macilẽtia. (Adduxerat) Attenuerat. Ouid. in loco ſupradicto. Arguat & macies vultũ (Coacta) Cõpulſa, quia non habebãt appetitũ, qui ex ægritudine amoris ſolet diſcedere (Sõni) Dormitiones. (Nec faciles).i.difficiles. Oui. loco ſupradicto. Attenuãt iuuẽtũ vigilatę corpora noctes, Curaq; ĩmẽſo q fit amore, dolor. (Annua) Lõgiſſima.i.vnã nox videbat mihi

vnus

vnus annus.(Læſa nullo dolore)Quæ non ſentiebam dolorem aliquem. (Dabā gemitum) Emittebam ſuſpiria.Reddere cauſam,cur facerem)Quia neſciebam amorem eſſe,qui me faceret ſuſpirare.(Quid)Quę res.(At eram illud)ideſt illa res.ſ.amans.(Prima)Ante alios. (Animo anili)Quaſi cauto,& perito talium rerum.(Malum)Amorem meum.(Aeoli)Vocatiuus eſt patronymici fœminini.(Amas)Es correpta amore.(Erubui) Verecundiam vultus rubore oſtendi.(Deiecit)Demiſit,nam verecundia facit oculos deiectos. Ouid.de Caliſtone.Vix oculos attollit humo.(Hæc ſatis)ſcilicet licet tacerem,hęc erant ſatis.(Signa fatentis ideſt confitentis me amare.(In tacita)ideſt me nihil ei reſpondente.

NON mea).i.non decentia me.(O vtinam)Dixi monoſyllaba in vocalem deſinentia à vocali ſequente non abſumi. (Veniſſet ſerior).i.tardior.(Leto).i.morte hoc eſt vtinam non fuiſſemus iuncti,niſi poſt mortem.(Cur vnquam plus me frater, quàm frater).i.quàm fratrem decet.(Et)Cur ſupple.(Fui tibi,quod non debet eſſe ſoror).ſ.amica,& concubina. (Ipſa quoque incalui)Non tua ſolius culpa eſt,ſed & mea, nam.(Ipſa) ideſt ego. (Quoque).i.etiam.(Incalui).i.intrinſecus calui,&c.(Senſi neſcio quem deum)Cupidinem vide licet,quem tunc non norat,ſupple talem.(Qualem ſolebam audire)Supple alijs fuiſſe.(Fugerat ore).i.ab ore color &c.ſigna ſunt amoris. (Nullo læſa dolore)Neſciens cauſam, quia amor erat.(At illud eram).ſ.quod non eram.(Quid eſſet)Videlicet,amans neſciui quid eſſet amās,& eram amans.(Animo anili).i.ſagaci,& callido ex longa experientia, qualis eſt in anu,dixit.(Aeoli).i.Canace Aeoli filia,tu amas. ASC.

Iamque tumeſcebant vitiati pondera ventris:
 Aegraque furtiuum membra grauabat onus.
Quas mihi non herbas,quæ nō medicamina nutrix
 Attulit?audaci ſuppoſuitq; manu?
Vt penitus noſtris (hoc te cælauimus vnum)
 Viſceribus,creſcens excuteretur onus.
* At nimium viuax admotis reſtitit infans
 Artibus,& tectus tutus ab hoſte fuit.
Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi:
 Denaque luciferos luna * premebat equos:
Neſcia quæ faceret ſubitos mihi cauſa dolores,
 Et rudis ad partus,& noua miles eram.
Nec tenui vocem:quid ait,tuo crimina prodis?
 Oraque clamantis conſcia præſſit anus.
Quid faciam infelix?gemitus dolor edere cogit:
 Sed timor, & nutrix. & pudor ipſe vetant.

* Ah

*Vehebat.

HVB. Tumeſcebant) creſcebant. (Vitiati) Grauidi. (Onus furtiuum) ideſt puer, quem ferebam in vtero. (Furtiuum) Occultum, vel futuro id eſt ſtupro conceptum. (Membra) ſcilicet, mea. (Quas herba non attulit) q.d.omnes eſt enim legendū interrogatiue.(Suppoſuit)Per inferiores etiam partes immiſit. (Vt onus excuteretur noſtris Viſceribus.i. ijceretur è ventre, & vt facerem abhortiuū,ſunt enim quædam herbę,& quædam medicamina,quæ habent vim faciendi abhortiuum. (Hoc te cælauimus) Parenteſis eſt ideſt hoc ſolum tibi occultauimus, quod voluerim ante emittere partum,dicimus autem cœlo te hanc rem, & de hac re.(Nimium viuax).i. nimium genitus ad viuendum. (Reſtitit artib. admotis).i.vicit appoſitas artes. (Tectus) In ventre meo. (Tutus ab hoſte).i.ab illa anu,quæ illis medicaminibus quærebat eum interficere.(Soror Phœbi).i.Luna.(Erat orta nouies).i.iam erat nouus menſis. (Dena).i.decima.(Luciferos)Ferentes lucem,eſt autem hoc loco adiectiuum ideſt iam aderat decimus menſis,quo vt plurimum dicuntur mulieres parere.Virg.Matri longam decem tulerunt faſtidia menſes.(Neſcia)Ignara.(Quo cauſa faceret dolores) Quia neſciebam eos fieri ex fętu,qui iam erat maturus in uentre.(Rudis)Inexperta. (Miles)Translatiue dixit.(Noua) Quia nunquam ante pepereram.Solent utique nouæ parturientis intolerabili dolore affici,& prænimio dolore exclamare,ut paulo infra oſtendit,dum inquit.Nec tenui uocem,Et ex hoc oſtendit tanquam rudis ad furta, minime potuiſſe partum cælare, ni eius nutrix ſibi auxiliata fuiſſet,ipſiusque os adeo compreſſiſſet,ut etiam magno pudore, & timore prohita,

hita,ſilere adacta fuiſſes. Arguitq; hoc loco quantum doloris inter parturiendum paſſa fuerit,connectendo alias complures erumnas ſuas,quas ſeriatim exequitur: Cum ait. Mors erat ante oculos &c. Ordo eſt. (Ego neſcia quæ).i.qualis cauſa. (Faceret) Hoc eſt cauſaret. (Mihi tam ſubitos).i.repentinos dolores.(Et).i.quoniam eram rudis & noua miles ad partus.(Nec)Pro non(Tenui vocem)Hoc eſt me potui continere,quin clamarem.(Nec tenui vocem).i.non potui comprimere vocem, quin clamarem.(Quid ait)Ordo eſt.(Anus)Ait (Quid prodit?)Quid indicas?(Tua crimina)Tuum ſcelus.(Et ipſa conſcia).i.quę ſciebat crimen meum.(Preſſit)Clauſit.(Clamantis).ſ.mei.(Quid faciam?) Pro facerem?(Edere) Emittere.(Gemitus)Clamores.i. ex vna parte dolor partus cogebat me clamare, ex altera prohibebat timor patris,& nutrix,quæ increpabat me.(Ex pudor)Ex tanto ſcelere.

ASC. VITIATI).i.violati ventris.(Onus furtiuum).i.furtim conceptum,neſciente patre. (Quas mihi non herbas &c.)Hoc eſt nullas non attulit,,& oẽs attulit, ſed plus eſt in figurata interrogatione, quam in expreſſa etiam v[illegible]rſa affirmatione . ſignificat enim qui ſic quærit,velle inuenire exceptionem,& non po[illegible],Hæc eadem vt ſciret,quid non faciebat Amyntas?Et,Quẽ nõ incuſaui amens hominumq;,deorumq;. (Hoc te cælauimus vnum) Honeſta purgatio, ne Machareus, tam infandi conatus conſcius innuatur. (Ah infans nimium viuax)ideſt vitalis.(Reſtitit a[illegible].)ideſt medicaminibus admotis. (Et tectus) ſcilicet, in ventre meo. Fuit tutus ab hoſte) ſcilicet nutrice, aut arte noſtra . (Iam nouies)Significat quomodo aduentante maturo partu peperit . (Soror Phœbi) ideſt Luna. (Noua mil.) ſcilicet Lucinę.quæ Deo partus eſt.(Quid ait)ſcilicet nutrix anus .

Continuo gemitus,elapſaque verba reprendo:
  Et cogor lacrymas combibere ipſa meas.
Mors erat ante oculos:& opem Lucina negabat:
  Et graue,ſi morerer, mors quoq; crimẽ erat:
Cum ſuper imcumbens,ſciſſa tunicaq;, comaq;,
  Preſſa refouiſti pectora noſtra tuis .
Et mihi, viue ſoror, ò cariſsima, dixti.
  Viue: nec vnius corpore perde duos.
Spes bona det vires:fratri nam nupta futura es:
  Illius de quo mater * es, vxor eris.
Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba reuixi:
  Et poſitum eſt vteri crimen,onuſque mei .
Quid tibi grataris ? media ſedet Aeolus aula:
  Crimina ſunt oculis ſurripienda patris .
Frondibus infantem, ramiſq; albentis oliuæ .
  Et leuibus vittis ſedula cælat anus .
Fictaque ſacra facit:dicitque precantia verba:
  Dat populus ſacris,dat pater ipſe viam.
Iam prope limen erat: patrias vagitus ad aures
  Venit:& indicio proditur ille ſuo.

HVB. ELapſa)Iam ore emiſſa. (Reprẽdo).i.iterum prehendo. (Cõbibere(Exiccare, & ĩtra me tenere.Legendũ eſt,cõbibere,nõ aũt cohibere, quia rõ metri non patiẽ. (Ante oculos,) q. d.certa & parata. (Lucina) Dea partus, de qua diximus in epiſ.Hypſipyles ad Iaſonẽ.(Opẽ)Quia ſolet auxiliari parientib⁹. (Mors erat graue crimẽ)Quia non potuiſſẽ mori ſine ĩfamia, ĩ tali caſu, quo fuiſſet cognitũ ſcelus meũ. (Sup incũbens.ſ.tu. (Sciſſa tunica) .i. veſte.(Et coma).i.capillis ꝑꝑ dolorẽ quẽ de me capiebas.(Refouiſti) Recalefeciſti. (Noſtra pectora preſſa tuis) .i. impoſuiſti pectus tuũ ſuꝑ meũ. (Tuis).ſ.pectoribus. (Et mihi)Dicit verba, quibus Machare⁹ vſus eſt ad Canacẽ.(Dixti)Pro dixiſti,ſyncopa eſt.(Duos).ſ.te & filiũ. (Corpore vnius).i.corpore tuo. (Det vires) Faciat te nõ deficere.(Fratri nã)Ecce,quę ſpes ſit.(Fratri) .ſ.mihi põt etiã legi,fratris,vt dicamus.(Es futura nupta).i.vxor, & ita nupta,erit nomen, ſi vero legitur fratri,eſt participiũ.(Illius) Dupliciter põt hic textus ordinari.ſ.cũ præcedenti ſic,es futura nupta fratris illius,de quo &c. Vel melius,vt legatur fratri,& poſtea ordinetur ſic.(Tu eris &).i.etiam. (Vxor illius).ſ.mei. (De quo).i.ꝑꝑ quem.(Tu es mater) ideſt filiũ peperiſti.His verbis dictis intelligimus eum ſtatim diſceſſiſſe. (Mortua).ſ.vt videbar

* Et

debar

debar mihi.(Reuexi)Respiraui.(Ad tua uerba).i.ꝓpter uerba,quæ mihi dixisti.(Crimē, onusque.i.criminosum onus.(Positum)Pro depositū.i.peperi.(Quid tibi)Dicit se frustra peperisse,quia & sibi,& filio nuper nato sit moriendnm. (Grataris)Gratularis, & gaudes, quia dixi me peperisse.(Aeolus)Pater meus.(Surripiēda)Remouēda.(Oculos patris) Ne ab eo uideatur.i.auferendus est puer ita natus,ne pater eum uideat.(Frondibus)Dicit quo modo nutrix eum occultauit,simulās se facturam rem diuinam.(Frondibus) Foliis, ramis (Albentis oliuæ)Hæc enim arbor erat in tutela Palladis,& dicata paci, apta sacrifiijs,quæ anus uolebat simulare.(Velat)Tegit.(Vittis)Fascijs,tanquam rem sacrā.(Sedula) Studiosa.(Ficta)Simulata.(Verba precātia).i.dicit hymnos,& supplicationes.(Dat uiā).i.cedit, quia credebat eam facere uera sacra.(Erat prope limen).i.iuxta ianuam. ut egrederetur cū infante.(Vagitus)Proprie dicitur uox,& clamor infantum. Virg.lib.6.Hinc exaudiri uoces uagitus & ingens,Infantumque animæ flentes in limine primo. (Patrias).i. paternas. (Proditur)Detegitur,cognoscitur.(Suo indicio)Propria uoce.

ASCENSIVS.

GEMITVS) Accusatiuus est pluralis.nam ordo est,dolor cogit edere gemitus. (Reprendo)Per syncopam,ut uersus indicat,pro reprehendo,dictum. (Cōbibere) Metaphora ab arena,& cinere·(Lucina Dea partus,quę præest nenientib.in lucem,Diana.s.aut Iuno. (Pectora nostra tuis).s.pectoribus.(Dixti)Per syncopam.pro dixisti.nam non in solis prę teritis in ui fit.Dixit enim.Virg.in 1.Aen.Accestis scopulos,ꝓ accessistis, & in 6. Direxti tela manusque,pro direxisti.(Perde duos)Ve,& fœtum.(Mortua)Sup.eram. (Positū est) .i.expositum,ante pedes positum post partum.Cui dicto uidetur per phantasiam gratulari Machareus.unde addit.(Quid tibi grataris?media sedet Aeolus aula,) q.d. sæuus excubator.(Lauibus uittis).i.sertis,quę tempora in modum uittarum cingat.(Iam prope limen erat)Do:et agnitum esse partum à patre.Facinusq; rescitum,sed ut sæpe facit, πάντῳ, mouet.i.affectionem,seu compassionem à frustrata spe.sicut 5.Aenei. Iamque pro pinquabant metis finemque tenebant &c. ASC.

Eripit infantem,mentitaque sacra reuelat.
Aeolus:insana regia uoce sonat.
Vt mare sit tremulū,tenui cum stringitur aura:
Vt quatitur tepido fraxina uirga Noto:
Sic mea uibrari pallentia membra uideres:
Quassus ab imposito corpore lectus erat:
Irruit:& nostrum uulgat clamore pudorem:
Et uix à misero continet ore manus.
Ipsa uihil,præter lacrymas, pudibūda profudit:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Iamque dari paruū canibusq;, auibusq; nepotē
Iusserat:in solis destituique locis.
Vagitus dedit ille miser,sensisse putares:
Quaque suum peterat uoce rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
*Nam potes ex animo colligere ipse tuo:
Cum mea coram siluas inimicus in altas
Viscera montanis ferret edenda lupis.

HVB. REuerat) Detegit remotis frondibus. (Mentita) Ficta.(Regia) id est aula.(Sonat) Resonat. (Insana)Magna (Vt mare) Facit comparationem de suo tremore, cum audiret patrē ita clamantem. (Stringitur) Leuiter percutitur. (Tenui) Leui. (Fraxina)pro fraxinea. (Noto) id est uento.(Tepido) Quia uenit à meridie, ideo est tepidus. (Sic) Adaptatio similitudinis. (Videres) pro uideret aliquis. (Vibrari) Moueri, tremere. (Quassus ab) sensus est, lectus, super quo eram quatiebatur à meo corpore tremente.(Quassus)Concussus.(Irruit).i.cū impetu intrant cubiculum meum. Virg.Irruimus densis, & circunfundimur armis.(Vulgat)Manifestat. (Pudorem).i. dedecus & infamiā,ita enim significat hoc loco

* Tu

Exierat thalamo:tunc demum pectora planxi:
  Contingit inque meas unguibus ire genas.
Interea patrius uultu mœrente ſatelles
  Venit:& indignos edidit ore ſonos.
Aeolus nunc enſem mittit tibi: tradidit enſem:
  Et iubet ex merito ſcire quid iſte uelit.
Scimus:& utemur uiolento fortiter enſe:
  Pectoribus condam dona paterna meis.
His mea muneribus genitor connubia donas:
  Hac tua dote pater filia diues erit?
Tolle procul decepte faces Hymeneæ maritas:
  Et fuge turbato tecta nefanda pede.
Ferte faces me,quas fertis, Erinnyes atræ:
  Vt meus ex iſto luceat igne rogus.
Nubite felices parca meliore ſorores:
  Admiſsi memores ſed tamen eſte mei.
Quid puer admiſi tam paucis editus horis?
  Quo læſit facto uix bene natus auum?
Si potuit meruiſſe necem,meruiſſe putetur:
  Ah miſur admiſſo plectitur ille meo.

loco. (Vix continet manus ab ore miſero).i. uix continet ſe, quin unguibus dilaceret mihi uultum, & eruat oculos. (Ipſa) .i.ego.(Profudi) Emiſi. (Præter lacrymas) Quia non potui aliquid dicere, ſed ſolummodo fleui.(Pudibunda).i. plena pudoris, & uerecundiæ. (Torpuerat) Ita quod nõ poterat loqui. (Gelido) Frigido ab effectu.(Iamq; iuſſerat) Poſtquam Canace expoſuit dolorem, quẽ ex difficultate,& periculo pariẽdi accepit, deinde ex infante cognito, & deprehenſo à patre,nunc dicit multo maiorem dolorem, quo perculſam ſe dicit, cum audiuit patrẽm ſuum iuſſiſſe illum infantulum innocentem exponi dilacerandum canibus, & feris. (Paruum nepotem).ſ.ſuum,nam natus ex filio, uel filia dicitur nepos aui ſui.(Canibuſque auibuſque)Vtraque copulaque, apponenda eſt, ut uerſus ſtet,quando etiam ſenſus exigit. (Deſtitui) Derelinqui ſine aliquo cuſtode. (Solis)Deſertis,inhabitatis. (Dedit) Cum auus iuſſit. (Putes ſenſiſſe)Videbatur ſenſiſſe illud crudere iuſſum,ita in tempore uagiuit.(Voce,qua poterat).i.illo uagitu,quia uoce expreſſa,& uerbis formatis loqui nondum poterat per ętatem.(Quid animi).i.quem,uel qualem animum. (Non potes).i. potes ſcire, quem animũ habuerim,ſi feceris coniecturam de tuo ad meum.(Colligere) Coniicere,cognoſcere.(Inimicus(Satelles,uel famulus patris nociturus mihi.(Viſcera)Filium meum,ſunt enim filii uiſcera parentum.(Montanis)Qui incolunt montes.(Coram me,Id eſt me uidente.(Exierat).ſ.pater meus,nam ſuperius dixit.Irruit, & noſtrum uulgat clamore pudorem.(Tum demum)Tunc tandem.ſ.ego egreſſo.(Planxi)Percuſſi.Nam contigit ire in meas genas unguibus)id eſt tunc demum licuit mihi immittere ungues in genas meas dilacerandas.(Satelles)Miles,miniſter.(Patrius)Paternus.(Vultu mœrente).i.triſti.ex quo poteram cognoſcere eum afferre triſtia mandata.(Indignos)Crudeles.(Sonos)Voces,uerba.(Aeolus Verba ſatellitis ad Canacẽ. (Tradidit)Interpoſitio eſt,ſunt.n.uerba Canaces,dicit.n.dictis illis uerbis,tradidit enſem.(Et iubet)Adhuc ſunt uerba ſatellitis poſt traditũ enſem. (Quid uelit)Quare mittatur tibi.(Ex merito).ſ.tuo.i. ex eo, quod feciſti,uult intelligas, ad quid eũ tibi miſerit.(Scimus) Verba Canaces,dicit.n.ſcio, qd uelit hic enſis,& eo utar pro merito meo.(Fortiter)Intrepide,quia nõ dubitabo me interficere.(Cõdã)Immittã,& abdã.(Dona paterna)Enſem quẽ pater mihi miſit.(His mea)Apoſtrophã facit ad partem, Donas mea cõnubia his munerib.).i.hęc munera facis meis cõnubiis?dicimus.u.dono tibi hanc rem,ut Dido ad Aeneã,Quod tibi donaui perfide littus emi,& dono te hac re, ut hic, & Virg.in 5.Aen.Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat.Multa ſunt alia exẽpla.(Erit diues hac dote)Quia nulla re unquam egebit,quia hoc enſe ſe interficiet. (Tolle procul) Dicit ad cõnubia ſua non adhibẽdum eſſe Hymeneũ,quia ſunt interficia. (Faces maritas) .i.tedas connubiales.maritas adiectiuũ eſt.(Pede turbato).i.celeri,conſequens pro antecedenti,nam ex turbatione,& metu ſit aliquis celer.Vir.de Caco turbato. Pedibus timor addidit

didit

didit alas.(Tecta nefanda)In quibus nefandum facinus admiſſum eſt inter fratrē,& ſororem.(Ferte faces)Dicit non hymenæum adhibendum ſuo concubitu,ſed Erinyn ferentem faces infelices,ut ſupra Hypſipyle Iaſoni. At mihi nec Iuno,nec Hymē, ſed triſtis Erinnys prætulit infauſtas ſanguinolenta faces,dicit ergo. (O Erinnyes) .i.ò furiæ,ſic aūt legendū eſt,nā declinatur Erinnys,Erinnyos.(Atræ)Infernæ.(Faces, quas fertis)'.i.funebres,& nō nuptiales,ratio autem metri nullo pecto patitur,ut legatur Eumenides,ſed Erinnyas recte legitur.(Vt meus rogus).ſ.in quo ſum cremanda,cum ero mortua. (Luceat) Incendatur. (Ex iſto igne).ſ.quem uos furię affertis,eſt autem rogus proprie lignorum,cōgeries, & pyra ad comburenda cadauera,cum ardere cœperit. Virg. Ter circum accenſos ſubiectis ignibus atris Decurrere rogos. (Nubite) Intelligimus eam habuiſſe alias ſorores, licet de eis apud poëtas non fiat mentio.(Meliore parca).i.meliore ſorte, & fortuna,quàm ego. (Admiſſi).i.delicti mei.(Admiſit).i.peccauit.(Editus)In lucē datus,& emiſſus. (Vix bene natus).i.qui uix lucem.(Quo facto læſit audm).i. quid fecit, propter quod læſerit Aeolū auū ſuum,ut eum nunc iubeat mori?(Si potuit)Quia non potuit. (Ah) Dolentis. (Plectitur) Punitur.(Meo admiſſo).i.propter peccatum meum.

VAGITVS).i.ploratus infantis.(Inditio proditur ille ſuo) Sicut ſorex ſecundū Co- ASC.
micum,qui ſuo ſtrepitu ſe feli prodit,felem autem cantum dicit uulgus.(Ipſa).i.ego ſolū, inquit,lacrymare potui non proloqui. (Nepotem) Is enim proprie dicitur reſpectu aui. Erat autem auus eius & paternus,& maternos Aeolus.(Senſiſſe putares).i.quilibet putare poſſet,qui geſtum eius uideret.(Quid mihi)Sic Virg. Quis tibi tunc ſenſus cernenti talia Dido?(Viſcera).i.partum,quem uiſcera mea portauerunt,& ediderunt. (Edenda).i.deuoranda.Lupis montanis)In montibus uerſari ſolitis. (Satelles patrius) .i.à patre miſſus,apparitor,uulgo ſeruiens dicitur,olim latro,quaſi latero,quia lateri adhęreret. Ignari cliētē uocant,cum cliens à colendo dictus ad aduocatum referatur, eſt enim qui alterius in iudicio utitur præſidio,& ob id ei addictus eſt,nec publicus eſt miniſter, is uero qui ad publica negocia mittitur,& miniſter,& uiator dicitur.(Aeolus hunc enſem mittit tibi) Verba ſatellitis.(Tradidit enſem)Verbum Canaces,hoc eſt cum diceret,mittit tibi, ſimul tradidit enſem addens.(Et iubet ex merito ſcire,quid iſte uelit)Quia meruiſti occidi.mouet ergo, ut tute id facias.(His mea muneribus)Planum πάτος cum apoſtrophe,ſic Aen.2.Hoc erat alma parens,quòd me per tela,per hoſtes,Eripis?&c.(Hymenęus) Nuptiarum Deus creditur.(Parca meliore).i.meliore fato.(Quid puer &c.)Quia facinus ſuum omnino purgare non poteſt,adducit cauſam infantis,quem inſontem dicit inique, & impie trucidatum.(Si potuit meruiſſe,)Quaſi dicat certum eſt,quòd non.

Nate dolor matris,rapidarum præda ferarum,
 Hei mihi natali dilacerate tuo.
Nate parum fauſti miſerabile pignus amoris,
 Hæc tibi prima dies, hæc tibi ſumma fuit.
Non mihi te licuit lacrymis perfundere iuſtis:
 In tua nec tonſas ferre ſepulchra comas.
Non ſuper incubuit:non oſcula frigida carpſi:
 Diripiunt auidæ uiſcera noſtra feræ.
Ipſa quoq; infantis cū uulnere pſequar umbras:
 Nec mater fuero dicta,nec orba diu.
Tu tamen ò fruſtra miſeræ ſperate ſorori,
 Sparſa precor nati collige membra tui.
Et refer ad matrem:ſocioq; impone ſepulchro:
 Vrnaque nos habeat quamlibet arcta duos.

Epiſt.Ouid.

NAte) Vertit ſermonem ad filium,cuius miſerrimā ſortem dolet, quod eodē die natus & mortuus ſit.(Præda)Rapina, cibus.(Tuo natali) die,quo natus,dicitur aūt &hic natalis ſubſtantiue,& hoc natale in neutro gñe,&tunc facit ablatiuum natali,ut hic dicit aūt adiectiue, hic, & hęc natalis,& hoc natale,&ad dit dies, uel lux, uel tēpus,dicit ēt locus natalis, in quo aliquis natus eſt,ut Ouid. in Triſt. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Detinet.(Pignus) Confirmatio.nā filii dicuntur pignora cōiugii. (Parū fauſti) .i. parū felicis, & fortunati. (Hęc) Qua HVB.

pater meus iussit te exponi feris.(Summa) Vltima.(Nec mihi) Conqueritur, quod non potuerit præstare officium, quod solet in funere filii.(Iustis) Debitis ꝓp affectum naturæ, unde

Viue memor nostri: lacrymasq; in funere funde:
Ne ue reformida corpus amantis amans.
Tu(rogo) proiectæ nimium mandata sororis
*Perfer: mandatis parfruar ipsa patris.

* Quã & Planudes obseruauit, Mãdatũ ꝓsequar.

ipse Ouid. alibi: Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati Flere uetet? (Perfundere) Irrigare.(Nec tonsas).i.longas. (Non super incubui) Nam parentes ex affectu naturali solent incumbere cadaueribus filiorum, & sic eos mortuos osculari. Virg. lib. 11. de Euandro. Pheretro Pallante reposto Procubuit super, atque hæret lacrymansque, gemensque.(Diripiunt) Auferunt, dilacerant.(Ipsa quoque) Dicit se secuturam filium suum quia gladio à patre misso se interficiet, ut supra dixit.(Vmbras infantis).i.animam filii mei.(Cum uulnere) Quod mihi faciam.(Nec fuero dicta diu mater) Quin priuabor filio, sine quo nõ possum dici mater.(Nec dicat orba diu) Quæ licet. caream filio, & propter hoc sim orba, tamẽ cito moriar, & sic non dicar orba.(Tu tamen) Nunc rogat fratrem Machareum, ut colligat ossa matris, & filii, & reponat in eadem urna.(Frustra sperate) Quia cum sperarem te futurũ maritum meum, non potui, id cõsequi.(Sorori) Pro à sorore.(Sparsa) Dispersa & dilacerata.(Refer) Reporta.(Ad matrem) Ad me, ex qua paulo ante exierant.(Socioque) Coniũcto, & communi. (Quamlibet arcta).i.quamuis stricta, & melius, quàm quelibet urna.i. uas in quo reponebantur cineres cadauerum. Iuue. Et in urna perpetuum uer. (Funde lacrymasque in funere).i.prosequere mortẽ meã lacrymis.(Reformida) Verere, time.(Perfer) Effice.(Mandata) Hæc.s.quæ tibi commisi.(Proiectæ) Infelicis, & abiectæ. (Ipsa) Ego. (Perfruar mandatis patris).i.faciã, quod pater mihi mandauit, quia sup. dixit. Aeolus hũc ensem mittit tibi (tradidit ensem) Et iubet ex merito scire quid iste uelit.

A S C E N S I V S.

ASC. HEI mihi natali) πάτος à tempore, quia die natali solebant prisci indulgere ganio.i.dare operam uoluptati. Vnde Pers. Hunc Macrine diem numera meliore lapillo Qui tibi labentes apponit cãdidus annos. Et in Buc. Phyllida mitte mihi, meus est natalis Iola. Hinc Herodes dicitur die natali conuiuium celebrasse, quo petitum est caput Baptistę.(Hęc tibi prima dies) Idem πάτος. sic de rosis Maro. Quam longa una dies, ætas tam longa rosarum est.(Non superincubui) Id enim moris. Vnde Anna de Didone: Et extremus si quis super halitus errat: Ore legam. id autem faciebant applicando os ori, & superincumbendo.(Nec mater fuero dicta).s.uiua, quia sese occisura est. Sparsa precor nati) Hæc epistolæ principalis est intentio.(Ne ue reformida) Quia amor, quod & horror facere solet.

IN XII. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

AVrei uelleris fabulam plenissime diximus in epistola Hypsipyles, quæ incipit. Littora Thessaliæ itaque illuc recurratur. Quantum autem pertinet ad hunc locum, recitetur ex Diodo. Iasona Corinthii tradunt, cum annis decem cum Medea uixisset genuisse ex ea filios duos, quo tempore aiunt Medeam magno in honore non solum propter speciem qua eminebat, sed etiam propter prudentiam, ceterasq; uirtutes, quibus ornata erat, à uiro habitam fuisse, paulatim deinde ætatem decorem formæ auferente, Iason Glauces, quam Poëta appellat Creusam Creontis filiæ amore captu, uirginem uxorem à patre petiuit, annuente Creonte, certumq; nuptiarum statuente diem: Iason Medeæ spontaneum diuortium persuadere conatus est. Ait enim se cupere illam uxorem ducere, non in eius contentum, sed ut filios suos in domum regiam ea cognatione introduceret. Medea hæc uerba ægreferente, deosq; iurisiurandi præstiti testes appellante Iason beneficii accepti immemor, & ingratus Creontis filia uxore accepta, Medeam abs se expulit, quid postea fecerit, dicemus in fine epistolæ. Irata igitur Medea hanc epistolam ad Iasona scripsit, in qua primum commemorat Iasoni sua erga eum beneficia, & promissa & iusiurandum Iasonis deinde adiurat ipsum Iasona, ut si minus sui causa, saltem causa filiorum communium uelit eam recipere, & loco solito coniugii eam habere, quod si non fecerit, minatur ei se sumpturam uindictam se tanta iniuria.


MEDEA

MEDEA IASONI.
EPISTOLA XII.

* Exul, inops, contempta nouo Medea marito
Dicit, * & an regni tempore nulla vacant.



T * tibi Colchorũ memini Regina vacaui.
Ars mea cum peterens, vt tibi ferret opem:
Tunc, quæ diſpenſant mortalia fata, ſorores
Debuerant fuſos euoliſſe meos.
Tunc potui Medea mori bene: quidquid ab illo
Produxi vitæ tempore: pœna fuit.
Hei mihi cur vnquam iuuenilibus acta lacertis
Phrixeam petiit Pelias arbor ouem?
Cur vnquam Colchi Magnetida vidimus Argo?
Turbaque Phaſiacam Graia bibiſtis aquam?
Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli?
Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ?
* At ſemel in noſtras quoniam noua puppis arenas
Venerat: audaces attuleraque viros)
Iſſet anhelatos non præmeditatus in ignes
Immemor Aeſonides, oraque adunca boum.
Semina iecisſet: totidem ſumpſiſſet & hoſtes:
Vt caderet cultu cultor ab ipſe ſuo.
Quantum perfidiæ tecum ſcelerate periſſet.
Dempta forẽt capiti quàm mala mulra meo.
Eſt aliqua ingrato meritũ exprobrare voluptas
Hac fruar: hæc de te gaudia ſola feram.



T).i. ſicut. (Regina).i. ego filia regis Aeetę, vt Virg. Magnũ reginę, ſed enim miſeratus amorem Dedalus &c. illic reginam intelligit Ariadnem filiam regis Menois. (Colchorũ) Colchi populi ſunt in Põto, qui bus imperauit Aeetæ, regio Colchis appellatur. (Vacui) præſtiti operam, inſeruiui tibi. (Ars mea).ſ. magica, & incantatoria. Nã Str. lib. 1. dicit Medeam veneficam fuiſſe, memoriæ proditum eſſe. (Sorores).i. tres Parcæ. (Diſpẽſant) Diſponunt, ſed qnia dicuntur nere fata hominum, ideo dixit diſpẽſam, vnde, & penſa dicta ſunt à pendendo. (Fila) Alluſit ad officium earum. Iuuen. de parcis, & ſtaminis albi lanificæ. (Euoluiſſe) Diuiſis ſyllabis, vt ſupra diximus, legendum eſt .i. euacuaſſe. (Fuſos ſuos).i. debuerant finiuſſe vitam meam. (Bene).i. honeſte. (Quidquid) Senſus eſt, omnis vita, quę fuit mihi poſt illud tẽpus, fuit pœna, quia ſemper vixi in magnis curis, & doloribus. (Hei mihi) Longe reperit cauſam ſuorum malorum, quod quidem eſt muliebre, vt in 1. epiſto. plene diximus ſuper eũ locum. O vtinam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat, & alijs multis epiſtolis conqueritur ergo, quod Iaſon cum Argonautis vnquam uenerit in Colchos, & quod eius amore capta fuerit. (Acta) Impulſa. (Iuuenalibus) Fortibus. nam iuuenes robuſtiores. (Pelias) Theſſalica à Pelio monte Theſſaliæ, ubi inciſæ arbores ex quibus Argonauis fabricata eſt. (Ouem Phrixeam) Quam Phrixus Marti conſecrauit, ut ſupra dictum eſt in epiſtola Hypſipyles. (Arbor) Nauis. (Magnetida) Theſſalicam, Magneſia enim regio eſt annexa Theſſaliæ, ut Plinius ſcribit: Magnetes eius populi dicuntur equitandi periti, de quibus Lucan. lib. 6. Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita frenis. (Colchi) ſcilicet nos. (Argo) Nomen eſt nanis Iaſonis, ut alibi diximus. (Turba Graia) ideſt uos Argonautæ qui eſtis Graij. (Aquam Phaſiacam) Nam Phaſis fluuius eſt Colchorum. (Plus æquo) ideſt plus iuſto, ut propter pulchritudinem tuam proderem patrem. (Decor) Pulchritudo tua. (Gratia ficta) ideſt facũdia ſimulata. (At ſemel) Vt magis augeat beneficium ſuum erga Iaſonem, dicit, quod debuiſſet pati eum ire in magna, & aperta pericula. (Noua puppis) Nam quidam uolunt eam fuiſſe primam nauem. (Audaces) Temerarios, qui non

HVB.

* Aliqs hęc duo carmina adulterina dicunt.
* An à regnis.
* At

conſiderauerant magnitudinem periculi.(Iſſet.i.ire debuiſſet.(Aeſonides)Iaſon.(Nō præ meditatus) Inconſideratus. (Anhelatos) Efflatos, & experitos è naribus Taurorum,& in. (Ora)In facies.(Adunca)Curua. (Iecisſet)Iacere debuiſſet, & ſpargere. (Semina)Dentes ſerpentis.(Totidem)Quod erant ſemina,hoc eſt dētes.(Caderet)Periret.(A ſuo cultu).i. à ſemine,quod ipſe ſeminaſſet,& coluiſſet tāquam agricola. (Quantum)q.d.multum,quia non decepiſſes poſtea me.(Dempta)Amota.(Capiti)vitæ meæ,quæ non eſſet in diſcrimine,ſicut eſt.(Eſt aliqua)Sententia eſt,color rhetoricus.(Exprobrare) Obijcere, quaſi cum probro.i.contumelia opponere,& referre.(Hac).ſ.voluptate exprobrandi beneficium.

ASC. VT tibi colchorum) Ex abrupto & ad præcogitata reſpiciente incipit exordio quocirca non dicam verſiculos eos,qui ex quibuſdam lib.præponuntur,eſſe Ouidianos. hi autem ſunt. Exul, inops, contempta nouo Medea marito Dicit, an à regni tempore nulla vacant? (At tibi &c.)Ordo priorum eſt.Medea exul,inops, & contempta dicit nouo marito.ſ.Iaſoni. Non dicit quid, & id artificioſe ſubticet, quia non congruit ſalutem dicere repudianti, nec male diceret cuius ſibi gratiam reconciliare motitur. Artificioſam quoque apoſipeſin facit,quaſi ea obruente obiectione,quid dicis Medea iam contempta viro in regnum ſuſcepto?cui illa.(An à regni tempore).i.poſtquam in regno fui,quod propter eũ deſerui.(Nulla vacant).ſ.tēpora,vt mihi aures præbeat?aut quid ſimile. Sed quia, vt dixi hoc principiũ Ouidianum non eſt,dicamus Medeam præcogitaſſe ſic. Fateor quidem Iaſon, noua nupta regno dotata eſt,quod ipſa afferre non poſſum.& ita minus vtilis nunc fuero.(At memini) .i.memoria repeto. (Quia ego regina).i.cum eſſem regina, hoc eſt filia regis Colchorum. (Ego vacaui).i.vacua omni alio negocio operam nauaui.(Tibi).ſ.vni,tunc.i. (Cum) ideſt quando.(Peteres,vt ars mea feret tibi opem).i.auxilium.(Tũc ſorores).i.Deæ fatales,quæ Pareæ dicuntur.(Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos)Euoluiſſe pentaſyllabum eſt.dicuntur autem filo, ſeu ſtamine cuiuslibet fata,ac dies cōmenſurare, vnde ſunt verſiculi. Clotho colũ portat,Lacheſis trahit,Atropos occat.(Tunc potui Medea mori bene)Quod Cherea Teréntianus dicit ſic.Nũc eſt tempus profecto interfeci.cum perpeti me poſſum, ne hoc gaudium contaminet vitam ægritudine aliqua. (Arbor Pelias).i.in Pelio monte Theſſaliæ natali, hoc eſt ex ea facta Argo nauis. Eſt ergo patronymicum à loco natiuo, hoc eſt à patria, nec abuſiue,quia,vt Porphyrius aſſerit,locus,& patria etiam genus, hoc eſt principium generationis dicuntur,& à ſe denominantur,declinatur ergo hæc Pelias, huius Peliados &c.Similiter Magnetis,huius Magnetidos,vnde profert accuſatiuũ Magnetida,quocirca vtrunque patronymicum locale eſt.dic ergo.(Argo Magnetida).i.in Magneſia fabricata.diximus autem in o,græce habere etiam o, in acuſatiuum, vnde leges Argo, non Argon, quia non deſcendit à nominatiuo Argos,ſed Argo, vt, & altera,quæ vehat Argo. (Turba Graia).i.vos Græci.(Aquam Phaſiacam)Phaſidis fluminis Colchorum.(Iſſet)Pro iuiſſet. & bene in tertia perſona loquitur,quaſi de alio,& redit ad eum in ſecunda dicens. (Quantum perfidiæ) O quantum,q.d.ad vtinam periſſes quia tũc multa mala fuiſſent dempta meo capiti.[Nā ordo eſt.(Quātum).i.o quantũ multa,q.d.plurima mala fuiſſent adempta &c. (Eſt aliqua ingrato)Licet nullum,inquit,ſim abs te expectatura ſolatium,nec querelæ meæ prec iũ,tamé non deſinam exprobrare meritum in te meum,cũ ipſa exprobratio voluptatem pariat animo meo, quod & Charinus Terentianus ſic dicit in And. Sed quid ago, adeo ne ad eum, vt cum eo hanc iniuriam expoſtulem?ingeram mala multa.Atque aliquis dicat,nihil promoueris.Multum moleſtus certe ei fuero,atque animo morem geſſero.

HVB. IVſſus) Repetit longe beneficia ſua, à primo aduentu Iaſonis in Colchos.(Iuſſus) A Pelia patruo tuo.(Inexpertam) Inſuetam nauigationem.(Aduertere) id eſt appellare.(Beata) Dicit, & latenter tangit hiſtoriam. Nam vt Str.ſcribit re-

Iuſſus in expertam Colchos aduertere puppim,
Intraſti patriæ regna beata meæ.
Hoc illic Medea fui,noua nupta quod hic eſt.
Quàm pater eſt illi, tàm mihi diues erat.
Hic Ephyren bimarem,Scytia tenus ille * niuoſa
Omne tenet: Ponti qua plaga læua iacet.

* Excipit hoſpitio iuuenes Aeeta pelaſgos:
Et præmitis pictos corpora Graia toros.
Tunc ego te vidi,tunc cœpi ſcire,quis eſſes:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
* Vt vidi,vt perii:nec notis ignibus arſi,
Ardet vt ad magnos pinea teda deos.
Et formoſus eras:& me mea fata trahebant:
Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.
Perfide ſenſiſti:quis enim bene celet amorem?
Eminet indicio prodita flamma ſuo.
Dixerat interea tibi rex:vt dura ferorum
Inſolito premeres vomere colla boum.
Martis erant tauri plus,quàm per cornua,ſæui:
Quorum terribilis ſpiritus ignis erat.
Aere pedes ſolidi, prætentaque naribus æra:
Nigra per afflatus hæc quoque facta ſuos.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere deuota lata per arua manu:
Qui peterent natis ſecum tua corpora telis:
Illa erat agricolæ meſſis * iniqua ſuo.
Lumina cuſtodis ſuccumbere neſcia ſomno
Vltimum eſt aliqua decipere arte labor,
Dixerat Aeetes: mœſti conſurgitis omnes:
Menſaque purpureos deſerit alta toros.
Quàm tibi nunc longe regnum dotale Creuſæ,
Et ſocer,& magni nata Creontis erat.
Triſtis abis:oculis abeuntem proſequor vdis:
Et dixit tenui murmure lingua,vale.

gionis eius opes ex auri & argenti, & ferri metallis iuſtam quandam in ea loca expeditionis occaſionem ſuballegant. (Illic) In Colchis. (Noua nupta) Creuſa, quam nunc accepiſti. (Pater).ſ. eius Creon. (Tam diues erat mihi).ſ. Aeeta pater meus. (Hic Ephyrē) Ephyre olim dicebatur, quæ poſtea Corinthus à Coryntho filio Oreſtis inſtaurata nomen accepit, ære clara, inde Vir. Ephyreiaque æra. Cauēdum autem ne legatur Zephyrē. (Bimarē) Dicit, quia eſt inter duo maria, inde Hor. Bimariſq; Corinthi mœnia. (Hic).ſ. Creon pater vxoris. (Ille).ſ. pater meus. (Tenus Scythia).ſ. vſq; ad Scythiā. (Omne Ponti).i. omnē partem Ponti. (Qua).ſ. patre. (Plaga) Regio. (Læua) Siniſtra. (Licet) Poſita eſt. (Pelaſgos).i. vos Argonautas græcos. (Præmitis pictos toros).i. diſcumbitis in totis ornatis pictis tapetibus. (Prima ruina) Primū nocumentum. Virg. lib. 4. Aen. Ille dies primus leti &c. (Vt vidi, vt perij).i. vno eodemque tempore te vidi, & amore tui capta ſum. Ignibus).i. amoribus. (Nec notis).i. maximis, non vſitatis. (Ardet) Comparatio.i. ſicut teda accēſa ad ſacrificia deorū crematur. (Et formoſus) Enumerat in Iaſone multa, quæ eam trahebant ad amorem. & in primis formoſitatem. (Et me mea fata,) Hoc dicit ex parte ſua, quod & mala fata ſua trahebant eam. (Abſtulerant) ideſt furati fuerant, multum enim valent nutus oculorum ad prouocandum amorem. (Senſiſti) Aduertiſti, cognouiſti ideſt quod ergo eram capta. (Quis enim,) q.d. nullus. (Eminet).i. apparet. (Suo indicio) Vt alibi: Quoque magis, tegitur tanto magis æſtuat ignis. nam flamma indicio ſe detegit, & ita amor, qui flammę comparatur. (Dixerat) Oſtenſura Medea, quàm magna multaque fuerint ſua erga Iaſonem beneficia, commemorat ſingula pericula quæ Iaſon fuerat ſubiturus, à quibus cum eum liberauerit arguit eum ingratiſſimum eſſe, ſi eam deſeruerit. (Rex) Aeeta pater meus. (Inſolito) Inſueto. erant enim idomiti Tauri. (Martis) Marti conſecrati, vt in epiſtola Hypſip. Iſſe ſacros Martis ſub iuga panda boues, (Plus quàm per cornua).i. qui etiam igne, quem naribus euomebant, erant ſæui, non ſolum per cornua, ſicut alij Tauri. (Spiritus).i. flatus. (Erat ignis terribilis) Nam pro flatu emittebant ignem terribilem. (Aere pedes) Diſtinguendū eſt, vt ſint duæ dictiones. (Pedes) ſcilicet erant, (Solidi) Duri, & fortes. Aere (Per es quo erant munitis. (Prætenta) Oppoſita. (Naribus) Ori. (Hæc).ſ. æra. (Facta nigra).i. fumoſa, & caliginoſa (Per ſuos afflatos) Quia flatus igneus ſolet facere nigra, quæ tangit. (Semina)

* Accepit hoſpitio iuuenes pr̄ Aeta pelaſgos.
* Et vidi & perij.
* Acerba.

Dentes ſerpentis. (Populus) .i.homines. (Deuota manu) .i. quæ ſe huic fato deuoueret, & dedicaret, ſicut dicimus Decios deuotos. (Qui) .i.homines nati ex dentibus ſerpentis. (Peterent) Ferirent, inuaderent. (Telis natis ſecum) Vt ſupra Hypſipyle. Et ſubito natos arma tuliſſe viros (Illa meſſis) Trãslatio eſt. (Iniqua) Grata, & iniuſta. (Suo agricolæ) Cui pp laborem deberet fructum, nõ damnum reddere. (Vltimus) Vel maximus, vel certe extremus. Nam non huius peruigilis Draconis dentes, ſed alios erat ſeminaturus. (Neſcia ſuccumbere ſomno) .i.quæ à ſomno non poterant vinci. (Aetes) Nominatiuus eſt græcus, nam Latine dicitur Aeeta. (Dixerat) Supradicta eſſe tibi facienda. (Oẽs) .ſ.vos Argonautæ. (Cõſurgitis) Ex toro, vbi diſcumbebatis, vt ſupra. Et præmitis pictos corpora Graia toros. (Menſa deſerit toros) Quia remota eſt, vt poſtquam exẽpta fames epulis mẽſæq; remotæ. (Quam tibi,) Hoc dicit tunc non cogitabas de vxore, quæ daret tibi magnam dotem, ſed de ſalute. (Dotale) Quod dicis eſſe datum tibi in dotem. (Quam) .i.quãtum. (Erat longe) .i.remotũ ab animo, & cognitione tua. (Socer) Creon. (Et nata Creontis) Creuſa, q̃ erat longe. (Triſtis mœſtus. (Proſequor oculis) Proſpicio. (Vidis) .i.lacrymantibus. (Lingua) .ſ.mea.

ASC. HOC illi Medea fui) .i.filia Regis. (Quàm diues) .i.quantũ diues pr̃. (Eſt illi) .ſ.Creuſæ nouæ nuptæ. (Hic) .ſ.Creon pater Creuſæ. (Tenet Ephyren) .i.Corinthum. (Bimarem) .i.ſitam inter duo maria Aegeum, & Ionium. (Ille) .ſ.pater meus. (Tenet omne) .ſ.omnem regionem. (Qua plaga Ponti iacet læua) .i.ſiniſtra: Tenus Scythia niuoſa. Scitotæ iuuenes, quòd Aeeta triſyllabum eſt. nec legatur Aeta pro Oeta. (Vt vidi & perij.) Virgilianũ Hemiſtichion in Buc. cuius ſenſus eſt. (Vt vidi) .i.ſtatim, poſtquã te vidi. (Vt) .i.qualiter, cum admiratione, q.d. boni qualiter perij. (Ad deos) .i.ante deos, in ſacrificijs deorum. (Et formoſus eras &c. Bene vtrunq; commemorat. Nam alterum non videtur ſatis fuiſſe, vt ſic periret. Non omnia enim formoſa continuo amamus. Quia tamen formoſus, erat amabilis, & quia fata trahebãt eam. (Nam fatale putat quòd per amorem in tanta mala inciderit) amabat miſere. (Quis enim bene cælat amorem?) q.d. nemo, & eſt prouerbiale. (Dixerat interea tibi rex,) q.d. pater meus, qui præſcripſit tibi, quo pacto vellus aureum acquirendum eſſet, quia non niſi domitis prius Tauris Mart. facti ignem naribus præ ferocitate efflantibus, qui pedes æreos habebant, his autem domitis erat ſolum ſulcandum. & in ſulcis ferendi dentes ſerpentini, ſerpentis (inquam) à Cadmo interfecti, è quibus naſcerentur ſtatim armati homines, quos etiam interimere oporteret, & illis interemptis peruigilem draconem necare, quæ omnia cum ſuis opibus nequirit Iaſon efficere, confugit ad Medeam, cuius ope & arte fretus. victor euaſit, ſed tamen, quam ille prius dederat fidem, nunc non ſeruat, vnde perfidiæ damnat, atq; incuſat. (Pluſquam per cornua) Nam ceteri Tauri cornibus tantum feroces ſunt, hi autem etiam naribus, & pedibus, nam ſpiritus .i.flatus eorum erat igneus. (Nam ære pedes ſolidi) ſup. erant, hoc eſt pedes erant ex ſolido ære, & habebãt anteriorem partem narium æream, aut ſaltem æratam, hoc eſt ære munitam, quod tamen ex flamma euomita nigrum erat. (Manu deuota) .i.morti addicta. (Per aura dura) Et difficilia ſulcatu. (Telis natis ſecum) .i.cum primum ipſi nati eſſent. (Suo agricolæ) .i.cultori qui dentes ſeminauerit. (Erat) Pro foret. (Dixerat Aeetes) Vtroq; igitur modo legit, & Aetes, & Aeeta. Nam prius dixit Aeeta pelaſgos. (Quam tibi &c.) Docet opes ſuas non minus vtiles fuiſſe Iaſoni, quàm nunc regnum Creuſæ, cum maius ſit beneficium vitam conſeruare, quàm regnum conferre, cum ſine vita inutile ſit regnum, & tamen ſpreta ea, à qua vitam conſeruatam habet duxit eam, à qua regnum obtineat. (Magni Creontis) .i.quem nunc tanti facis. (Et lingua dixit, tenui murmure) ſubaudi cum, vt ſit concomitante tenui murmure, quia non congrueret puellæ audacter, vale, dixiſſe homini peregrino. Nec leges, dixi, ſed dixit, quia lingua nominatiui eſt caſus, vt decet metrum.

Vt poſitum thalamo tetigit male ſaucia lectum:
Acta eſt per lacrymas nox mihi, quanta fuit.
Ante oculos taurique meos, ſegeteſq; nefandæ,
Ante meos oculos peruigil anguis erat.

HVB. MAre ſaucia) id eſt amore percuſſa. Virgil. 4. Aen. At regina graui iandudum ſaucia cura. (Male) In perniciem meã. (Vt) Poſtquam. (Acta) .i.præte-

Hinc

*Hic amor: hic timor ē: ipsū timor auget amorē,
Mane erat: & thalamo cara recepta soror,
Disiectamque comas, auersaq; in ora iacentem
Inuenit, & lacrymis omnia plena meis.
Orat opem Minyis: petit altera habebit:
Aesonio iuueni, quod rogat illa, damus.
Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum:
Vix illuc radiis solis adire licet.
Sunt in eo (fuerant certe) delubra Dianæ:
Aurea barbarica stat Dea facta manu.
Nescio an exciderint mecū loca: uenimus *ambo:
Orsus es insido sic prior ore loqui.
Ius tibi, & arbitrium nostræ fortuna salutis
Tradidit: inq; tua est uitaque morsque manu.

* Hic amor: hic

rita. (Quanta fuit) id est tanta, quanta fuit. i. tota. (Ante oculos). s. meos, quia te amabam tātum tibi timebam, ꝙ tota nocte uidebar uidere pericula tua. (Hinc) Ab una parte. (Timor). s. patris. (Ipsum timor). i. quanto magis timebam, tanto magis amabam. (Mane erat). i. factum erat mane. (Soror). s. mea Calciope. (Disiectam comas). i. me habentem comas incomptas & sparsas. (Iacentem in ora aduersa). i. cubantem in faciem, quod faciunt, qui non possunt dormire. Iuuen. Cubat in faciem mox deinde supinus. (Omnia plena lacrymis). i. inuenit totum lectum humectatum meis lacrymis. (Orat). s. soror mea. (Minyis) Argonautis, uobis Thessalicis. Nam ex Orchomeno, quod prius Minyeum uocabatur? colonos quosdam ad Iolchon deductus constat, ut Stra. scribit, unde Argonautæ Minyæ dicti sunt. Nam Iason ex Iolcho fuit. (Altera petit). s. soror mea. (Altera habebit) Sic. n. quidam lib. habent, & tunc intelligimus. (Altera habebat). s. ego Medea, si habebit, intelligimus Creusam. i. altera perit altera capiet fructum. (Aesonio iuueni). i. Iasoni. (Quod perit). s. opem. (Est nemus) Describit locum, in quo Iason locutus est cum Medea, & eam rogauit in auxilium suum. (Atrum) Obscurum. (Picea species arboris. Virg. (Procumbunt piceæ, interdum piceus adiectiuum est. Pix uero dicitur ipse liquor. qui ex ipsa arbore manat. (Frōdibus ilicitis). i. ilicibus frōdosis. (Vix illuc) Dicit ex densitate nix posse illum locum illustrari à sole. (Illuc) In illud nemus. (Delubra) Templa. (Certe fuerant (Quasi correctio, quia dixit sunt. Dicit nescio, an nunc sint, certe fuerant. (Dea). i. simulacrum deæ Dianæ. (Nescio, an exciderint) Cauendum est ne legatur, nescis, quia neque ratio metri, neque sensus patitur. sed nescio, & est sensus, nescio, an ita oblitus sis locorū, sicut mei. (Nescio, an loca exciderint). i. ex memoria lapsa sint. (Mecū) Sicut ego excidi tibi. (Orsus es). s. incepisti, ab ordior. (Insido ore) Insidis uerbis. (Ius tibi) Verba quibus Iason ad Medeam usus est, eam sibi concilians. (Ius) Potestatem, arbitrium auctoritatem. (Salutis) Vitæ. (Manu,) Id est potestate.

* illuc

ASCENSIVS.

NOX mihi quanta). i. tanta (Est acta mihi). i. à me. (Quanta fuit) Sic 4. Aen. Nūc hyemem inter se luxu, quam longe fouere. (Segetesque nefando). s. armentorum, ut Aen. 3. Telorum seges, ac iaculis increuit acutis. (Ipsum timor auget amorem) Quia amor oritur ex sollicitudine, & curis. (Cara soror). s. Calciope. (Inuenit disiectam comas). i. habētē. (Comas disiectas, & iacentem in ora aduersam) Morem. s. impatienter amantium, & amore languentem. (Orat opem Minyis). i. Thessalis. Nam Minyiæ Thessaliæ sunt populi Iasonis in ea profectione comites, ut attestatur Orpheus in Argonautis. Vnde Metam. 7. Iamque fretum Minyiæ Pegasea puppe secabant, hoc est Argo à Pagase urbe Megnasiæ. (Petit altera, & altera habebit) Meo iudicio, sensus est. (Ipsa petit altera. i. altera res, quia opem petit. (Et habebit altera). i. altera res, quia amissionem fratris, & sororis. s. Medeæ. (Est nemus & piceis (Piceæ arbores à pice, quæ ex eis distillat, dicuntur. (Ilicis) Sunt glandiferæ de genere quercuum. (Sunt in eo) Corrigit per parenthesim dicens fuerant certe, q. d. nescio, an ad huc sint, nec legendum est, & fuerant, nec sunt & in eo fuerant. (Si quem iuuat ipsa potestas) Immo multos posse iuuat, quamuis nocere nolunt. ASC.

Perdere posse sat est, si quem iuuat ista potestas:
Sed tibi seruatus gloria maior ero.
Per mala nostra pcor,quorũ potes esse leuamẽ:
Per genus,& numen cuncta uidentis aui:
Per triplices uultus, arcanaque sacra Dianæ,
Et si forte aliquos gens habet ista deos:
O uirgo miserere mei:miserere meorum:
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quod si forte uirum non dedignare pelasgum:
(Sed mihi tam faciles unde deosque meos?)
Spiritus ante meus tenues uanescat in auras:
Quàm thalamo,nisi tu, nupta sit ulla meo.
Conscia sit Iuno sacris præfecta maritis:
Et dea,marmorea cuius in æde sumus.
Hęc animum,& quota pars*etiã mouere puellæ
Simplicis: & dextræ dextera iuncta meæ.
Vidi etiã lacrymas:an & est pars fraudis in illis?

HVB. PErdere posse sat est) Sententia rhetorica. Sensus est, si quis delectatur potestate satis ei debet esse quod possit nocere, nõ autem debet nocere. (Si ipsa potestas.i.posse. (Iuuat) Delectat. (Quem) id est aliquẽ. (Est sat)sufficit.(Posse perdere) Posse interficere. Iuuena. Et qui nolunt occidere quenquam, posse uolunt.(Sed)subaudi, licet possis me perdere.(Seruatus).i.ego tu auxilio liberatus. (Ero maior gloria.) Quàm si passa fueris me mori. (Per mala) Adiurat Iason multis precibus,ut sui misereatur, & sibi opem præstet. (Leuamen) Auxilium.
* horũ (Per genus) scilicet tuũ. (Aui) .s.Phœbi,uel Solis:Nam Aeetes filius fuit Solis, q̃ uidet omnia. (Triplices uultus) Virgil. in 4. Tria uirginis ora Dianæ.Triplici aũt uultu depingebatur,quia ipsa est Luna in cœlo, Diana in terris, & siluis, Proserpina apud inferos.(Arcana) Mystica,quę noctu celabrabantur.(Et si forte).i.p istos Deos uestræ gentis.(Si forte) Aliquos habetis. (Meorum) Sociorum qui mecum sunt. (Effice me tuum)Fac me tibi deditum,& obligatum.(Meritis)Beneficiis tuis.(Quod si forte)Pollicetur etiam ei Iason se perpetuo habiturum eam legitimam uxorem.(Non dedignare)Non spernis,& fastidis.(Virum)Maritum.(Sed mihi)Sunt, qui corrumpant hunc uersum non intelligentes:est autem legendus sic.(Sed mihi tam faciles unde meosq; deos?) Cauendũ autem ne dicamus deosque meos: est autem sensus. (Sed unde deos tam faciles) Subaudi, sperem uel habeam? & uñ habeam deos.(Tam meos).i.tã obsequẽtes mihi? ita.n. solemus loqui,spero te mihi facilem,& meũ,& est uersus interpositus,quasi per parenthesim.(Spiritus).i.uita.(Ante uanescat).i.abibit.(In auras).i.ante moriar.(Quã ulla sit meo) Nisi tu (Conscia) Cõfirmat promissionem suam per iuramẽtum,adducens Iunonem testem.(Sit conscia).i.testis.s.huius meæ promissionis.(Præfecta).i.pæposita,quia ipsa præest nubentibus.sic supra Phyllis:Iunonemque toris quæ præsidet alma maritis. (Dea)Diana. (In æde)In templo,nam in singulari templum significat,in plurali domũ. (Hæc animũ) Dicit, ex minima parte promissionum,quas fecit Iason,se potuisse moueri,& impelli ad id, quod petebat.(Hæc).s.q̃ à re sunt dicta.(Et quota pars).i.minima pars.(Possunt mouisse).i.flexisse,lib.tamen uetusti hñt mouere,quod quidem accipiẽdum est præteriti tẽporis sic, hęc mouere.i.mouerunt animum puellæ simplicis,& quota pars possunt.s.mouere.nam si infinitiuus sit primam corripit.(Simplicis)Credulæ,ut supra.Simplicitas digna fauore fuit. (Iũcta).s.in pignus fidei.(Pars fraudis in illis).i.en & ipsæ sciunt fallere?sic Phyllis supra. Credidimus lacrymis,an & hæ simulare docẽtur?Hæ quoq; hñt artes,quaq; iubentur eũt.

ASC. PER triplices ultus) Aen.4. Tria uirginis ora Dianæ.Seru.dixit eandem esse quæ Luna in cœlo,Diana in siluis,& Proserpina apud inferos dicitur,unde tris uultus habere prædicatur propter tripilcem potestatem,quæ numinis ferè conceditur & significatur in Ioue per fulmen trisulcum,in Neptuno per tridentẽ,& in Plutone p Cerberum canẽ tricipitẽ. (Aui cuncta uidẽtis).s.solis,a noiatiuo au⁹.(Effice me tuũ).i.tibi obnoxiũ. (Sed mihi) Pulcherrima reticẽtia pudoris,& amoris plena,q.d.Si auderẽ me tibi offerre maritum,& uelis hñe uirũ Pelasgũ,non est in terris,quẽ tibi præferrẽ.(Sed unde)sup.inueniam.Horat.ser.2.

Vnde

Vnde mihi lapidem. Aut nanciſcar. (Deos tam faciles).i.qui,tam cito faciāt, quod optem. (Et tam meos).i.mihi tam fauorabiles,q.d.maius eſt id bonum,ꝗ ut optare audeā.Si tñ ita eſſet,Spiritus ante meus tenues uaneſcat in auras:Quā thalamo niſi tu,nupta ſit ulla meo. (Iuno ſacris præfecta maritis).i.pronuba.Virg.4.Aen.Iunoni ante oēs cui uincla iugalia curæ.(Et quota)q.d.etiā minima.(An & eſt pars fraudis in illis) Sic Phyllis. Credidimus lacrymis,an & hæ ſimulare docentur? Hæ quoque habent artes,quaque iubentur,eunt.

Sic cito ſum uerbis capta puella tuis.
Iungis & æripedes inaduſto corpore tauros:
Et ſolidam iuſſo uomere findis humum.
Arua uenenatis pro ſemine dentibus imples:
Naſcitur & gladios,ſcutaq; ue miles habens.
Ipſa ego,quæ dederā medicamina, pallida ſedi:
Cum uidi ſubitos arma tenere uiros:
Donec terrigeneæ (facinus miſerabile) fratres
In ſe conſtrictas conſeruere manus.
Peruigil ecce draco ſquamis crepitātibus horrēs
Sibilat:& torto pectore uerit humum.
Dotis opes vbi erāt?ubi erat tunica regia cōiux.
Quiq; maris gemini diſtinet Iſthmos aquas?
Illa ego,quę tibi ſum nunc deniq; barbara facta,
Nunc tibi ſum pauper, nunc tibi uiſa nocens:
Flammea ſubduxi medicato lumina ſomno:
Et tibi,quæ raperes,uellera tuta dedi.
Proditus eſt genitor:regnū, patriamq; reliqui:
Munus,in exilio * quod licet eſſe,tuli.
Virginitas facta eſt peregrini præda latronis:

HVB.

Capta) Decepta. (Sic ſum) Cum iuraſſes per Iunonē, & Dianam, & iunxiſſes dexteram dexteræ meæ, & addidiſſes lacrymas. (Iungis) Dicit quemadmodum implorato auxilio & impetrato,ipſe Iaſon incepit facere, quę ſupra memorauit ei fuiſſe facienda,cum dixit. (Dixerat interea tibi rex &c. (Inaduſto) Vel ualde uſto, uel non uſto,quia licet ſemper efflarent ignem,nunquam tamen eo igne utebantur. (Solidam) Duram. (Pro ſemine) Id eſt loco ſeminis. ita enim ſparſit Iaſon dentes ſerpentis, ſicut ſpargitur ſemel.(Cladios) id eſt enſes.(Ipſa ego) Habet emphaſim,uult autem intelligere. quanto magis tu, & reliqui debuiſtis timere? (Pallida) Timida, conſequens pro antecedenti. Luc. Ipſaque inexpertis quod primum fecerat herbis, Expauit Medea nefas. (Subito, id eſt ſubito natos. (Terrigenæ) id eſt geniti ex terra.(Facinus) id eſt factum.(Conſeruere) Commouere. (Conſtrictas).i. ſtrictis,hoc eſt nudis enſibus armatas.(Ecce) Magnum, & improuiſum aliquid ſignificat.(Crepitantibus) Reſonantibus.(Horrens) Aſper.ſunt enim ſerpentes ſquamiferi.Virg. Ter colloſquamea circum Terga dati.(Sibilat) Proprie dixit de ſerpente.Virg.Sibila lambebāt linguis uibrātibus ora.(Torro) Obliquo,ſinuoſo.(Dotis opes) Medea ita amplificat beneficium ſuū,ut doti id anteponat.(Vbi erant) q.d.non quærebas tunc dotem cum ſolū de ſalute tibi cogitandum putares.(Regia).i.regio ſanguine creata, ut nunc iactas eſſe iſtā tuam. (Iſthmos) Subaudi,ubi erat?id eſt Corinthus,quæ eſt in Iſthmo,dixi in epiſt.Herm.ſuper eum locū. Qua duo porrectus longe freta diſtinet Iſthmos, & in epiſt.Phedræ ſuper eum locum. Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmō.(Diſtinet) Diuidit.(Gemini) Vt ſupra, Hic Ephirembimarem.(Illa ego) Dicit ſe fuiſſe,quæ ei tot,& tanta pericula ademerit.(Nūc denique) Nam tunc non tibi uidear barbara,nec ſpernenda,cum a me opem expereres.(Nūc tibi ſum pauper) ſubaudi,ego illa.(Quæ nunc tibi).i.iudicio tuo.(Sū uiſa).i.putata.(Nocens) ſcelerata,uenefica.(Subduxi).i.remoui.(Flammea) Ignea habēt. n. ſerpentes oculos lucentes in modum ignis.Ouid.in 3.Met.de ſerpente,quem Cadmus interfecit. Igne micant oculi.(Medicato).i.medicamine quodam uicto. (Quæ raperes).i. quæ rapere poſſes. (Tuta).i.tu tutus,& ſine periculo ſalutis tuæ. (Proditus) Deceptus. (Munus quodlibet) Ita quidam leguntur:ut ſit. ego tuli eſſe quodlibet munus in exilio: placet tamen magis, ut legatur

* quodlibet

legatur,quod licet,& tunc erit ſenſus magis exprobans ingratitudinem Iaſonis ſic ego pro ſupradictis habui hanc remunerationem,quod licet mihi eſſe in exilio. (Tuli) .i.accepi. (Virginitas)Mea.(Præda)Rapina.(Latronis) Prædonis.ſ.cui Iaſonis, quia non ut maritus te geſſiſti,ſed ut prædo.

ASC. IVNGIS & æripedes &c.) Docet quæ beneficio ſuo peregerit. (Corpore inaduſto) .i.non aduſto,ſed illæſo ab igne,quem naribus efflabant.(Facinus miſerabile) Acclamatio, πάτ☉ habens,q.d.indignum eſſe illos periſſe,ut perfidus ſaluetur.(Dotis opes ubi erant?) q.d.niſi meis tunc operibus adiutus fuiſſes,nunquam ad regnum aſpiraſſes.(Somno me).i. per medicamentum inducto in ſerpentem.

Optima cum cara matre relicta ſoror.
At non te fugient ſine me germane reliqui:
Deficit hoc uno littera noſtro loco.
Qđ facere auſa mea eſt,nõ audet ſcribere dextra:
Sic ego,ſed tecum,dilaceranda fui.
Nec tamẽ extimui (quid enim poſt illa timerẽ?)
Credere me pelago fœmina, iamque nocens.
Numẽ ubi eſt?ubi Dii mei itas ſubeamus in alto,
Tu fraudis pœnas,credulitatis ego.
Compreſſos utinam Symplegades eliſiſſent:
Noſtraque adhærerent oſſibus oſſa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendos:

HVB. SOror) .ſ. mea Chalciope. (Cum matre) .ſ. Idya,ita enim teſte Heſiodo uocata eſt mater Medeæ,licet qdã dicãt filiam fuiſſe Aeetæ,& Hypſæx, & Dio. dicit fuiſſe filiam Aeetæ ex Hecate. (At non te) Fratrem Abſyrtum à ſe interfectum dolet, dicit ergo.(O germane) Abſyrte.(Ego fugient)De patria.(Nõ reliqui te ſine me) Nam Medea eum ſecum dixit, & cum pater eam inſequeretur,dilacerato fratre, & membris in uariis locis ſparſis (ut alibi diximus) patrẽ remorata eſt. (Littera) Epiſtola.(Vno)id eſt ſolo.(Deficit)Non habet animum. quia ex omnibus, quæ pro te feci, hoc unum eſt,quod nõ audeo ſcribere.(Sic) ſicut frater dilaceratus eſt à me.(Sed tecum) Quia etiam tu meruiſti.(Quid enim timerem poſt illa)Nam qui maiora auſus eſt, nõ timet minora.dicit igitur.(Ego fœmina,& iam nocẽs)Duo ponit,quę nauigationem timere *ſolent* fœmineus ſexus timidus eſſe,cõſueuit.(Fœmina,)q.d.naturaliter timida.(Iã nocens)Quę iam admiſeram ſcelus fraternæ cædis,ex mala.n.conſcientia ſolent magis timeri pericula. Iuuen.Hi ſunt,qui trepidant,& ad omnia fulgura pallent.(Non extimui credere)Non uerita ſum cõmittere me pelago.(Quid.n.) Parentheſis eſt. (Numen) .ſ. Dianę lęſæ.(Dii) .ſ.omnes.per quos tu peieraſti.(Vbi).ſ.ſunt qui nos puniant inter nauigãdũ, (Subeamus) .ſ.ambo,hoc eſt ego,& tu eſt autẽ prolepſis.(Tu).ſ.ſub eas.(Pœnas fraudis)Quia me decepiſti.(Et ego pœnas credulitatis).i.ego puniar.quia tibi nimium facile credidi, cauendum ut legatur crudelitatis, nam ratio metri nullo pacto exigit, de enim ſyllaba ſecunda eius dictionis longa naturaliter eſt quam nõ liceret breuiari.(Symplegades) Dicit quod uellet ſe fuiſſe comprehenſam,& eliſam inter ſymplegades, ſunt autem ſymplegades ſcopuli duo in Boſphoro Thracio,quos aliquando cõcurriſſe poëtæ finxerunt,fortaſſe ꝓ opinionem, quam metus nauigantium fecit,nam cum loca ita ſint anguſta:ut ſinus,non tranſitus procul uiſentibus uidebantur,ob metum arbitrati ſunt ſeiungi ſcopulus,qui antea iuncti uidebantur,crediderũtque cum euntibus inter ſe ſaxis quæ diſiũcta interdum uidebantur ſolida abſumi, intercipique nauigia dicuntur autem à συμπλίττω.i.cõcutio dicuntur etiã à græcis συνδρομάδες.i.concurrentes,inde & Iuuen.& concurrentia ſexa,Cyaneas.dicuntur & Cyaneæ.i.nigræ.nam κύανον,nigrum ſignificat inter hæc ſaxa Iaſon eũdo in Colcho, & redeundo cum magno diſcrimine tranſiſſe dicitur.Luc.lib.1.Vt Pagaſea ratis peteret cum Phaſidos undas,Cyaneas tellus emiſit in æquora cantes. Rapta puppe minor ſubducta eſt montibus argo:Vanaque percuſſit pontum Symplegas inanẽ: Et ſtatura redit. dicit igitur Medea utinam fuiſſemus compreſſi,& interfecti inter Symplegedas,cũ tranſiuimus per eas. (Eliſiſſent).i.compreſſiſſent.(Adhærerent tuis).i.utinam ambo ſimul fuiſſemus colliſi, &

confracti

confracti.ita vt ossa mea fuissent coniuncta ossibus tuis. (Scilla) In mari siculu, nautæ magis pelagi desidentis vorticibus territi vndas (vt Iust.scr.) latrare putauerunt, quas sorbētis æstus vorago colligit. Hinc fabulæ Scyllam, & Charibdim peperere, hinc latratus auditos, hinc monstri credita simulacra. Hanc aūt Scyllam Phorci & Cratæidos nymphæ filiam ferunt, quam cū amaret Glaucus deus marinus, cuius amore Circe tenebatur, qm̄ ipse eā sperneret illa irata fontē, quo Scylla se abluere solebat, venenis quibusdam infecit, in quem cū illa descendisset, pube tenus in feras, hoc est marinos canes mutata fertur, quæ transeūtibus nauibus periculosissima esse fertur, de qua nūc intelligit. Altera fuit filia Nisi Megarēsium regis, quæ Minoë patriam suam Megara obsidēte eius amore capta est, cumq; Nisus eius pater purpuream comā ita consecratam haberet, vt quod illā intactam teneret, patria potiretur, neq; ab vllo ei imperium auferri posset. Scylla vt hosti, quē amabat, placeret, comam patris clam obscidit, & patrem, patriamq; ei prodidit quæ postea cū ab eo præter spem sperneretur, dolore in auem conuersa est, pater quoq; Nisus deorū miseratione in auis formam & ipse mutatus dr̄. Hæ volucres ꝑpetuas inter se gerūt inimicitias, vt ondit. Virgil. in Georg. Aduertendum est tn̄, quod hæc Scylla Nisi interdū pro mōstro maris à poëtis ponitur, vt à Virg. in Buc. Quid loquar aut Scylla Nisi &c. item ab Ouid. in lib. 2. de Rem. Pręterita cautus Niseide nauita gaudet. Ait ergo. (Aut Scylla rapax vo.) Quæ naues in se rapit. (Canibus) ꝑp fabulam, vt diximus. sic Virg. in Buc. Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.

DEFICIT hoc vno,) q.d. id perscribere nequeo, qm̄o fratrem saltem discerpserim. sic 6. Aen. Ter patriæ cecidere manus &c. (Cred re me pelago) Id Iuuen. Sat. 6. Late docet fęminas videlicet, amatores, ac mœchos sequentes nihil vereri maris tempestatē. (Symplegades elisissent) spondaicus versus pōdus in sensu hn̄s. Nā in grauiori exitio optamus minus. ASC.

Debuit ingratis Scylla nocere viris.
Quæq; vomit totidē fluctus, totidēq; resorbet:
Nos quoq; Tinacriæ supposuisset aquæ.
Sospes ad Hæmonias, victorq; reuerteris vrbes?
Ponitur ad patrios aurea lana deos:
Quid referam Peliæ natas pietate nocentes?
Cęsaque virginea membra paterna manu?
Vt culpent alii, tibi me laudare necesse est:
Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Ausus es ò (iusto desunt sua verba dolori)
Ausus es Aesonia dicere cede domo.
Iussa, domo cesi natis comitata duobus,
Et, qui me sequitur semper, amore tui.
* At subito nostras vt Hymen cantatus ad aures

HVB. DEbuit) quia & ipsa aliqn̄ inter amātes fuit. Charybdis vt Ser. scri. mulier fuit voracissima, quæ quia Herculi boues rapuit, à Ioue fulminata est & in mare ꝑcipitata, vn̄ naturā præstinā seruat, nā sorbet vniuersa & secūdū Sal. ea circū littus Tauro minitanū egerit. de his duobꝰ periculis Virgil. in Aen. Dextrum Scylla latus lęuū implicata Charybdis Obsidet. (Supposuisset) Submersisset. (Nos quoq; (Sicut & alia omnia. (Tinacriæ). i. Sicilię nā, vt diximꝰ, Sicilia est, quæ Trinacria dicitur. (Sospes) Incolumis. (Et vi.) Cōpos voti, quia potius es aureo vellere. (Hæmonias) Thessalicas. (Ad deos patrios). i. Thessalicos, tanquā monumentū victoriæ. (Quid referam) Commemorat aliud suum erga Iasonem beneficium, quia in eius gratiam persuasit filiabus. (Peliæ) Vt patrem iugularent, pollicita se reducturam eū ad ætatem iuuenilē, quod cū illæ fecissent; Medea mortuum eum reliquit, quia faciebat ab eo non amari Iasonē. (Nocentes pietate) Quia non interfecerunt patrē, nisi propter pietatē, vt. s. ei prodessent. (Pietate) Nimio amore erga patrē (Cæsa) Incisa, lacerata (Virginea) Puellari. hanc fabulā scr. ple. Ouid. lib. 6. Met. (Vt) idest quāuis. (Alij culpent). i. dānent ea, quæ feci. (Tibi est necesse laudare me) Quia tuo amore cōpulsa ea feci. (Pro quo). i. causa cuius (Ausus es) Ostendit ingratitudinē Iasonis, q post tāta beneficia ipsam Medeā ab se eijcere ausus est. (O iusto parenthesis est, q.d. nō possum exprimere dolorē, quem cōcepi. (Ausus es) Cōduplicatio est. (Cede) Abi. (Aesonia) Patris mei

* Vt subito nostras hymen.

mei Aesonis.Nam vt ſupra diximus, in argum.Iaſon ſpontaneum diuortium Medeæ perſuadere conatus eſt.(Iuſſa).ſ.à te.(Ceſſi)Abij,diſceſſi.(Duobus natis)Quos ex te ſuſcepi.(Et amore tui)Subaudi comitata.)Qui).ſ.amor.(Semper ſequitur me).i. q nunquã me de relinquit.(At ſubito)Corrigendus eſt hic textus,vt ſenſus,& ratio metri cõſtet,nam ſic legendum eſt.At ſubito noſtras vt Hymen cantatus ad aures.(Venit &c.)Senſus eſt,at poſt quam audiui carmina veſtra nuptialia,vobis quidem ſocialia,ſed mihi funebria,pertimui. pendet enim ordo vſque ad hunc locum . eſt autem talis.(At)Pertimui.(Vt).i.poſtquam.(Hymen cantatus).i.cantibus celebratus.nam vt alibi diximus,inuocabatur in nuptijs,vt vulgus hymen hymenæe,vocant,hymeneæ frequentant.

ASC. DEBVIT ingratis Scylla nocere viris) Quia & Glaucus illi ingratus fuerat.(Quæque viris) Caryb.ſ.vtraq; autem eſt in mari Siculo.(Soſpes ad Hem.) Reuerſum in patriã Iaſonem videlicet.(Theſſaliam)Quam non recte tunc vocaſſet Theſſaliam,nondum enim ſic dicta erat,ſed poſtmodum à Theſſalo communi Iaſonis, ac Medeæ filio.Exprobrat Medea propter ingratitudinem eius, vocat ergo Hæmonias vrbes Theſſalicas, ab Hæmone enim rege dicta eſt Theſſalia,prius Hæmonia.(Aurea lana)Aureum vellus.(Quid referam Peliæ,)q.d.etiam ſuaſu meo compulſæ ſunt filiæ Peliæ patrem occidere, putãtes ſe pie cum eo acturas,hoc eſt ipſum ad iuuentam ætatem renouaturas. id autẽ ſuaſi Med.in vltionem quia Iaſonis fratres, & (vt quidam aſſerunt) patrem occidi fecerat Pelias.(Nocentes ergo pietate)Quia putabant ſe rem piam acturas.(Hymen can.).i.carmẽ nuptiale,quod epithalamium dicitur,accipimus enim nomina deorum pro rebus, quibus præſunt.

Venit: & accenſo lampades igne micant;
Tibiaque effudit ſocialia carmina,vobis,
At mihi, funeſta flebiliora tuba:
Pertimui: nec adhuc tãtum ſcelus eſſe putabam:
Sed tamen toto pectore frigus erat. (tãt.
Turba ruũt:& hymẽ clamãt,*hymenæe frequen-
Quò propior vox eſt: hoc mihi peius erat.
Diuerſi flebant ſerui:lacrymasque tegebant.
Quis vellet tanti nuncius eſſe mali?
Me quoq;,quidqd erat,potius neſcire iuuabat:
Sed tanquam ſcirem, mens mea triſtis erat.
Cum minor è pueris iuſſu, ſtudioque videndi
Conſtitit ad geminæ limina prima foris.
Hinc mihi,mater abi,pompã pater,inquit,Iaſon
Ducit: & adiunctos aureos vrget equos.
Protinus abſciſſa planxi mea pectora veſte:
Tuta nec à digitis ora fuere meis.
Ire animus mediæ ſuadebat in agmina turbæ:
* Sertaq; compoſitis demere rapta comis.
Vix me continui, quin ſic laniata capillos
Clamarem, meus eſt:iniiceremque manus.

HVB. LAmpades) Faces nuptiales.(Micant) ſplendẽt.(Tibiaque) Tibiæ adhibebantur nuptijs: Tubæ vero funeribus. Perſius, hinc tuba candelæ &c.(Tibiaque).ſ. poſtquam. Effudit) Emiſit.(Carmina ſocialia vobis).i.tibi, & vxori tuæ præbentia ſignum ſocietatis.i.matrimonij.(At mihi)ſcilicet effudit carmina.(Flebiliora) ideſt triſtiora.(Tuba funeſta).i.quæ funeribus adhiberi ſolet, vt ſupra diximus, nam erat etiam militaris tuba ad acuendos animos militum ad pugnam.(Tantum ſcelus.)(Vt legitime duceres illam.(Frigus)ideſt timor.(Turba ruunt)Syntheſis eſt in numero.(Ruunt)Properãt.(Hymenæe) ſic legẽdum eſt in vocatiuo,non autem Hymeneæ:quia nulla ratione poteſt talis accuſatiuus reperiri, faceret enim vel latine Hymenæum, vel græce Hymeneon, vt alibi diximus.(Quo) Quanto.(Hoc) ideſt tanto.(Peius erat) id eſt magis angebar.(Diuerſi).i.in diuerſis locis domus.(Tegebant)Nõ enim audebant clare flere.(Quis)q.d. nullus,quia malarum rerum inuiti nuncij eſſe debemus.(Iuuabat).i.placebat mihi ignorare.(Tanquam ideſt quaſi fuiſſem plene inſtructa, & ſcirem te vxorem ducere.(Minor).ſ.

*Hymenæa frequẽtãt. Hymenæa, ſcilicet feſta.

* Raptaq; cõpoſitis demere ſerta comis.

natu,& ætate.(E pueris)Ex duobus filius nostris.(Iussu)Mandato meo.(Studio).i.cupiditate,quia pueri cupidi sunt videre omnia noua.(Geminæ).i.duplices. Ouid.in Am.Me duplices occuluere fores.(Foris) Genitiuus est hoc loco singularis.(Constitit.s. vt videret, quid fieret.(Hinc)Ex limine domus.(Mater abi)Verba pueri ad Medeam.(Pompam.i.nuptialem triumphum & apparatum.(Aureus).i.vestibus aureis indutus.(Vrget).i.premit.(Equos adiu.).i. vehitur curru, & ducitur ab equis.(Protinus)Statim auditis illis verbis.(Planxi).i.percussi.(Abscissa) Lacerata (Nec fuere tuta) Quia dilacerata sunt.(Animus) Volūtas,impetus animi.(Suadebat).s.mihi.(Ire in agm.).i.ire in mediam multitudinem, quæ circum te,& sponsam tuam erat.(Et demere).i.auferre.(Rapta) Coronas quas habebat sponsa tua.(Compositis)Ornatis.(Laniata cap.).s.meos.(Sic).s.ita lacerata,& squallida.(Quin).i.vt non.(Meus est).s.maritus Iason.(Inijceremque ma.).i.eum mihi caperē, & mihi debitum ipsam vendicarem.diximus supra de iniectione manus in episto. Orestis, cum exposuimus, Inijce non timida in tua iura manus.

HYMEN clamant).i.repetunt hanc vocem Hymen,dicentes, Hymen,o Hymenæe,o Hymenæe,vt est apud Catul.& locutus est,sicut in Euāgelio,Vocatis me Magister,& Domine.(Hymenęa).s.festa,aut gaudia,aut carmine, aut alia ad legitimas nuptias pertinentia.est enim adiectiuum Hymenæus,a,um,sed ponitur hic substantiue verum Deus ipse etiam Hymenæus dicitur,nam græce Hymen dicitur mēbrana, seu pellicula virginalis claustri.(Putatur tamen) Hymenæus fuisse vir quidam Atheniensis, defensor virginum in bello,ita vt eius præsidio ad legitimas nuptias peruenerint,vnde eius nomē in nuptijs faustis, & legitimis frequentabant,quamuis non desint,quam Veneris,& Bacchi filiū putant.apud Romanos autem Talassio vocatur nuptiale carmen, quia Talassio clamitādo seruata est in captu Sabinarum egregiæ puellæ virginitas,vt docet Plin.lib.1.(Quo).i.quāto.(Propior).i.vicino vox est.(Hoc).i.tāto.(Peius).i.molestius erat mihi.(Qui vellit)q.d.nullus.(Aurens) Pulcher aut auro ornatus.(Laniata capillos).i.habens capillos laniatos, & discissos. ASC.

Læsa pater gaude:Colchi gaudete relicti:
Inferias vmbræ fratris habete mei:
Deseror,amissis,regno,patriaque,domoque,
Coniuge:qui nobis omnia soles erat.
Serpentes igitur potui,taurosque furenteis,
Vnum non potui perdomuisse virum.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes:
Non valeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus * artes,herbæque relinquunt.
Nil dea,nil Hecates sacra potentis agunt.
Non mihi grata dies: noctes vigilantur amaræ:
Nec tener in misero pectore somnus adest.
Quæ me non possum,potui sopire draconem:
Vtilior cuiuis,quàm mihi,cura mea est.
Quos ego seruaui, pellex amplectitur artus;
Et nostri fructus illa laboris habet.

*herbaque artesque.

LAese pater) Conuertit sermonem ad eos,quos videtur læsisse, dicens, nunc factam esse eorum uindictam.(Lęse).s.à me (Colchi) Populi regioni meæ. (O umbræ fratris) Quē ego crudeliter interfeci.(Habete inferias)idest estote placatæ,& habete uobis factas inferias ex malis meis existimabantur enim fieri inferiæ mortuis idest sacra quoties eorum inimici, uel hostes fuissent, uel morte, uel alio supplicio affecti. inde Virg. lib. 10. Totidem quos educat Vfens Viuentis rapit inferias. & Pyrrhus apud Ouidius.Placet Achilleos mactata Polyxena manes. sunt enim inferiæ sacra mortuorum. (Deseror) Ecce quomodo ei ferantur inferiæ.(Deseror) Vidua derelinquor.(Regno,patriaque,domoque amissis, &c.)Synthesis est.(Coniuge) scilicet amisso.(Qui solus erat omnia) Quam omnia amissa æquo animo ferebam, dummodo eum haberem, sic Briseis ad Achillem.Tot tamen amissis te compensauimus unum.Tu dominus, tu uir,tu mihi frater eras.(Serpentes igitur) Conqueritur, quod potuerit domare serpentes,& tauros,& non potuerit domare Iasona,& in amore suo retinere.(Vnum)idest HVB.

ſolum.ſ.te.(Quæque)Duę ſunt dictiones.i.& ego,quæ.(Pepuli).i.remoui.populi autem legendum eſt non reppuli.Nã poſt re geminatur conſonans in tribus præteritis,reppuli,repperi,rettuli,in reliquis ſeruat naturã præſentibus. (Medicatibus).i.medicaminibus,ab eo, quo eſt,hic medicatus quartæ declinationis.(Flammas).i.ignes amoris.(Cantus)In cantationes.(Herbęque)Vires herbarum(Arteſque).ſ.magicę.(Dea).ſ.Diana.(Sacra Hecates) .ſ.Proſerpinæ.Diodorus,tamen ſcribit,Hecatem filiam fuiſſe Perſæ, fratris Aectæ viri crudeliſſimi,quæ audacia,& immanitate patrem ſuperauit,quę cum ad venena mortiferæ ſummum ſtudium impendiſſet,prima aconitum inuenit,vim,naturamq; cuiusq; veneni in cibis,quos aduenis dabat,experta his rebus admodum edocta veneno patrem ſuſtulit,deinde regno aſſumpto templum Dianæ ſtatuit,cui nauigãtes hoſpites ſacrificabat, exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum,ex hac & Aeta patruo,vult Diod.natam Medeã, Circem,& Aegialeũ,ſed de matre Idya,de qua ſupra diximus,cettior eſt opinio.ergo Hecatem intelligamus Proſerpinam,quæ omnibus magicis præeſſe dicitur,quam, & ipſa Medea 7.Met.inuocaſſe dicitur his verbis.Tuq; triceps Hecate,quę ceptis cõſcia noſtris,Adiutrixq; venis. & ſupradicto loco.Statuitque aras è ceſpite bias,Dexteriore Hecates,at læua parte Iuuente,& item,Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras,ex quo oſtẽdit eam Medeæ pro numine cultam fuiſſe.(Sacra)Quæ facio,vt tuum animum flectat ita ipſe loco ſupradicto.Haud procul egeſta ſcrobibus tullere duabus Sacra facit &c.(Nil agunt).i.nil proſunt. (Non grata).i.non iucunda.(Amaræ)Acerbæ,plenæ Anxietatis.(Somnus).i.ſopor.(Miſeram).ſ.me.i.nec dormio.(Quæ).ſ.ego.(Non poſſum me).ſ.ſopire.i.dormire facere.(Draconem)Peruigilem.(Cura)Diligentia,ars eſt.(Pellex)Concubina.(Quos ergo ſeruaui).ſ. à morte.(Fructus)Vtilitatem.translatio eſt ſumpta,vel à terra,vel ab arboribus.

ASCENSIVS.

ASC. LAESE pater &c.)Docet ſe iuſtas dare pœnas patri,& Colchis,alijſq;,quas amore Iaſonis offenderat.(Habere inferias).i.ſacrificia,quæ inferis fiebant occiſione facta, quam inferi nimirum gaudent.(Coniuge,qui)Qua propter ipſum cetera dereliquerat.(Quæq; fero repuli)Vnum p, poſuit,vt dactyllus fit.nam vſus mulutorum reppulit,habet,nec ſtaret hic verſus,ſi reppulit ponatur. (Doctis medicatibus).i.per medicamentum doctorum, aut medicamentis docte adhibitis. (Sacra Hecates) Quæ magicis artibus præeſt. (Mea cura) Non accipitur hic pro ſolicitudine,ſed quaſi pro curatioue,& Medela, quam curamus morbos,nõ qua torquemus,& vrimus corda.(Cuiuis)ideſt cuilibet alteri. (Pellex græcum eſt, licet à pellendo quidam deductum putent.

HVB. FOrſitã)commmunis eſt ſuſpicio vxorum de maritis, quod de eis apud amicas maledicant, vt alibi diximns. (Iactare) Oſtentare,laudare.(Apta) Conuenientia, ſcilicet de vitijs vxoris tuæ, quæ vt eſt iniuſta, ita libenter audiet. (In faciem moreſque meos)ideſt maledicis de pulchitudine, & moribus meis. (Noua) Inaudita. (Figis) Commiſceris mentiris. (Rideat) Pro ridebit. (Rideat) Hæc concedentis eſt per indignationem.& ſubauditur, licet. (Subli

Forſitan &,ſtultæ dum te iactare maritæ
Quæris:& iniuſtis auribus apta loqui:
In faciem,moreſque meos noua crimina fingis.
Rideat:& vitiis læta ſit illa meis.
Rideat: & tyrio iacent ſublimis in oſtro:
Flebit:& ardores vincet aduſta meos.
Dũ ferrum,flãmæq; aderunt,ſuccuſq; veneni:
Hoſtis Medeæ nullus inultus erit.
Quòd ſi forte preces præcordia ferrea tangunt:
Nunc animis audi verba minora meis.
Nam tibi ſum ſnpplex: quod tu mihi ſæpe fuiſti:

Nec

Nec moror ante tuos procubuiſſe pedes.
Si tibi ſum uilis:communes reſpice natos:
Seuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium ſimiles tibi ſunt:& imagine tangor:
Et,quoties uideo,lumina noſtra madent.
Per ſuperos oro,per auitæ lumina flammæ,
Per meritum,& natos pignora noſtra * duos:
Redde torum:pro quo tot res inſana reliqui:
Adde fidem dictis:auxiliumque refer.
Non ego te imploro contra taurosq;,uirosque:
Vtque tua ſerpens uicta quieſcat ope:
Te peto:quem merui:quem nobis ipſe dediſti:
Cum quo ſum pariter facta parente parens:
Dos ubi ſit,quæris:campo numerauimus illo:
Qui tibi laturo uellus,arandus erat.
Aureus ille aries uillo ſpectabilis aureo,
Dos mea:quam dicam ſi tibi,redde,neges.
Dos mea,tu ſoſpes:dos eſt mea,graia iuuentus:
I nunc,Siſyphias improbe confer opes.
Quod uiuis:qđ habes nuptã, ſocerumq; potẽtẽ,
Hoc ipſum,ingratus qđ potes eſſe: meum eſt.
Quos equidẽ actutum,ſed quid prædicere pœnã
Attinet? ingentes parturit ira minas.
Quò feret ira,ſequar:facti fortaſſe pigebit:
Et piget infido conſuluiſſe uiro.
Viderit iſta Deus: qui nunc mea pectora uerſat:
Neſcio quid certe mens mea maius agit.

* tuos

mis) ſuperba. (Oſtro Tyrio) .i. purpura. quæ apud Tyron abũdat. (Flebit) ſubaudi tamen. (Aduſta) Cremata. (Vincet meos ardores) Quia magis ardebit,quàm ego nũc ardeo. (Dum ferrum) Enumerat ea, per quæ poſſit ſe ulciſci. (Succusque ueneni) id eſt ſuccus uenenoſarum herbarum. (Inultus) Impunitus. (Quod ſi forte) Precatur nunc Iaſona. (Meis animis) Quia ſum ſuperba, & alto animo, licet humilibus uerbis tibi ſupplicem,& ſignificat eam,qualem Horat.præcepit. Sit Medea ferox,inuictaque. (Quod) .ſ. eſſe ſupplicem. (Procubuiſſe) .i. iacere? ſicut ſupplicantes facere ſolent. (Si ſum uilis tibi) ſi me paruifacis. (Communes) Ex utroque noſtrum genitos. (Sæuiet) Faciet aliquid crudele. (Et nimium ſimiles) Adducit eos in gratiam, oſtendens eſſe ſimili patri. (Tangor) Delector. (Imagine) ſimilitudine. ſic Dido ad Aeneam lib.4. Aen. Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret. (Madent) id eſt rigantur lacrymis, quia per eos recordor tui. (Lumina) id eſt radius,& lucem. (Flammæ,auitæ) .i. Solis aui mei, flammæ autem dixit,quia Dicunt Solem eſſe igneum. (Meritum) Beneficium, quod tibi præſtiti. (Pignora) Quia filii ſunt pignora matrimonii. (Torum) Ius tori.i.matrimonium. (Inſana) .i.amore demens. (Tot res) Patrem patriam,matrem, & ſororem. (Adde fidem dictis) .i.fac,ut dicta tua ſeruentur,& fidem habeant. (Refer) id eſt redde,ſicut ego dedi, quod eſt iuſtiſſimum. (Non ego) Dicit ſe præſtitiſſe auxilium in maiori re,quàm ipſa petat. (Imploro) Inuoco. (Contra tauros) ſicut tu imploraſti meum. (Quieſcat) Dormiat. (Victa) ſopita,notandum eſt poſuiſſe ſerpentem fœminino genere, ſicut, & Iuuenna. Et mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens,nam utriuſque generis. (Ipſe dediſti) id eſt tu propria uoluntate ſponte. (Cum quo pariter ſum facta parente) id eſt ex quo ſuſcepi filios. (Dos ubi) Reſpondet obiectioni,quæ poſſet fieri de dote. (Campo) Ecce reſponſio. (Numerauimus) .ſ.dotem. (Qui erat arandus) Vt ſeminare dentes ſerpentis. (Tibi laturo,) Id eſt ablaturo. (Vellus) .i. lanam auream, & eſt ſenſus accepiſti à me dotem magnam cum taurorum ferocitas per me compreſſa eſt, & ira terrigenarum, & denique cum abſtuliſti uellus aureum,nam cum id per me habueris,eſt dos mea. (Spectabilis) Pulcher. (Villo) Pilo, & lana. (Quam) Dotem. (Neges,) Id eſt nolis mihi reddere. (Tu ſoſpes,) Id eſt uita tua præſeruata eſt dos mea. (Graia iuuentus,) Id eſt omnes ſocii tui per me ſeruati ſunt. (Improbe) Perfide. (I nunc) Irriſio eſt. (Confer) id eſt compara. (Opes Siſyphias) .i. opes Creontis

cis filii Siſyphi.Siſyphias autem contumlioſe dixit,qm̃ conſtat eum fuiſſe latronem,q ſuis
latrocinijs maximas opes cumulauit,quarũ heres fuit Creon.(Quod uiuis).i. quod habes
uitã.(Nupta).ſ.Creuſam.(Socerum)Creontem.(Potẽtem)Diuitem.(Quod potes eſſe in
gratus,eſt meum).i. beneficium meum,quia niſi ego eſſem ne ingratus quidem eſſe poſſes,
quia iam nõ uiueres.(Quos).ſ.te,& uxorem tuam,& ſocerum. (Actutum) Vna eſt dictio,
& ſignificat ſtatim,cito,& eſt eclipſis,deeſt enim,uerbũ,ſubauditur enim puniã, ſicut apud
Virg.lib.1.Aen. Quos ego,ſed motos præſtat componere fluctus, conuenit enim talis ſer-
mo menti iratæ. (Sed quid attinet)Quid opus eſt?quid pertinet ? (Prædicere)Multo ante
minari.(Pęnam)Quam ſum ſumptura.(Parturit)Cõcipit,generat.(Sequar quo ira feret)
.i.faciam id,quod ira ſuadebit (Facti fortaſſe pigebit)Terret ipſum Iaſona dicens ſe eſſe fa-
cturam id,cuius fortaſſe poſtea eam pigebit,ex quo oſtendit id futurum,& magnum, & cru
dele.(Et piget) Eſt ſenſus.Si pi.fa.pigeat,quia etiam piget me. (Conſuluiſſe).i.profuiſſe,&
rem utilem feciſſe.(Viro infido).i.tibi,quia non ſeruaſti mihi fidẽ.(Viderit)p uideat, q.d.
ego non curo.(Qui uerſat mea pectora).i.qui immittit mihi in animum tã diras cogitatio
nes.(Neſcio quid maius)Pro neſcio quid magnum,& terribile.Exitus rei fuit,quod cũ Ia-
ſon nequaquam precibus,& uerbis Medeę flexus eſſet,ſed ei iuſſiſſet,tu ex urbe ſtatim diſce
deret (erat enim ut diximus,Corinthi)illa à Creonte impetrauit unus diei dilationem,ut
recederet,& interim noctu regiam clam ingreſſa quibuſdam medicamẽtis immutata facie,
ne cognoſceretur,domum incendit quadam radice à Circe inuenta,quę eam uim habebat,
ut iucenſus ignis nequiret extingui.repente conflagrante regia Iaſonem exiluiſſe ferunt.
Creontem uero,& Glaucem,ſiue Creuſam igne abſumptos.Alii dicũt Medeæ filios dona
quædam uenis illita ſponte attuliſſe ad Creuſem,quæ cum illa corpori applicuiſſet,incidit
in morbum,& cum pater filiæ auxilium ferre uolens eius corpori hęſiſſet ,eueſtigio expira
uit,ita de hac re uaria eſt opinio.Medea ubi cognouit Iaſonem flammas euaſiſſe,ultioni in
tenta,animum ad mortem filiorum in patris calamitatem adiecit , & omnes uno excepto,
qui aufugit,iugulauit,eorumq́ue corpora ſepeliuit in Iunonis templo.Deinde fidiſſimis fu
gæ ſocijs aſſumptis nocte ex Corintho fugiens Thebas ad Herculẽ uenit , deinde Athenas
ad Aegeum Theſei patrẽ confugit,ex quo ferunt Medum genuiſſe, à quo Media regio, ubi
imperauit,nominata eſt.Inde uenefici accuſata digrediens in Phœniciam delata eſt.Inde
ad ſuperiores Aſiæ partes tranſiens cuidam potentiſſimo tegi hęſit,ex duo quidam *uolunt*
potius ſuſceptum filium Medum,à quo Media dicta ſit.Errauit poſtea multum *licet* Soli-
nus,ubi de Italia tractat,dicat eam ab Iaſone Butroti ſepultam fuiſſe, Marſum uero filium
Marſis imperaſſe,qui ab eo dicti ſunt.At qui in fabulis tanta eſt uarietas,ut Dio.ſentiat Ia
ſona nõ multo poſt filios à Med.interfectos diem ſuum obiiſſe dicit enim quod filiis & uxo
re priuatus,cum omnes dicerent eum iuſte plecti,quia in Medeam ingratus fuiſſet, & cum
uim doloris ferre non poſſet,mortem ſibi conſciuit.& hęc ſatis de Iaſone,& Medea.

ASC. MARITAE).i.uxori.(In faciẽ).i.ad uituperiatiorem faciei meæ, ut ſupple rideat,&
uitijs læta ſit illa meis.(Rideat)Amara conceſſio , quæ uim prohibendi habet.nam mina-
bundo uultu profertur.(In oſtro tyrio).i.purpura,quæ apud tyrum precioſa eſt, quia diba
pha.i.bis tincta.(Flebit,& ardores uincet aduſta mens) Quia plus eſt uſtum eſſe.i.conſum
ptum igni,quam uti.(Dum).i.donec,aut quandiu.(Ferrum flammę,& ſuc.ue.ade.).i.exta
bunt.(Hoſtis Medeæ nullus inultus erit)Per quod tacite ẽt Iaſoni minatur.(Quod ſi for-
te precet precordia ferrea)Præcordia dicuntur paſſionum ſedes , pelliculæ quædã cor, & ei
uicina cingentes.(Quod).i.quæres.(Tu mihi ſępe fuiſti)Hoc eſt etiam ſupplex. (Comes
natos)Accuſatiuus in is legitime exit,dum genitiuus in ium. idem dixit Creuſa Aeneę.
Iamq́; uale,& nati ſerua cõis amorem.(Per auitæ lumina flamma).i. per Solis radios , Nã
Sol auus eſt Medeæ,pater uidelicet Aeetę.(Numerauimus) Dotem.i. perſoluimus tot be-
neficiis,nõ pecunijs. Laturo).i.ablaturo. (Vellus,uillo ſpectabilis aureo) Sinyreſis eſt.i.
cõtractio duarũ ſyllabus ĩ unã,ſicut 5.Aen.Dat Salio uillis oneroſum,atq; unguib. uureis.
(Siſyphias).i.Corinthias,quæ in ære Corinthio plurimę ſunt.(Quos equidem actutũ).i.
cõfeſtim,poſtquam ſenſero te nolle flecti.ſubticuit autẽ uerbũ, quod eſt occida,aut trucida
bo,ſed qui iræ ſuę moderantur.ſolent uerbũ reticere,ſicut Neptunus Aen.1.Quos ego,ſed
motus

motos præstat componere fluctus. Addit ergo. (Sed quid prædicere pœnam Attinet?) q.d. nihil. Cetera à superiori commentatio explanata sunt.

IN XIII. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

GRæcis proficiscentibus ad obsidionem Troiæ responsum datum erat qui primus in terram Troianam ex classe descendisset, eum manu hostis periturum. Quare cum in ea expeditione esset Protesilaus Iphicli filius vir magni animi: Laodamia Acasti filia eius vxor sincere maritum amans de eius salute anxia, hanc epistolam ad eum scripsit, cum intellexisset Græcos tempestate in Aulide retineri, ostendit, quam grauiter tulerit eius discessum deinde eum monet, vt non sit nimium audax in pugnando, memineritq; timendos Troianos, & præcipue Hectora, quem dicit se intelligere esse fortissimum. Præterea quoniam intellexerat ex oraculo responsum esse eum interfectum iri ab hoste, qui primus Troianum solum tangeret, monet eum & orat, vt vltimus descendat de naui quod si noli respectu proprie salutis, faciat saltem respectu ipsius Laodamiæ, ne, si forte periclitaretur, sit ei causa doloris & mortis, quia eo mortuo nullo pacto vellet esse superstes. Laodamiæ duæ fuerunt, vna filia Bellerophontis, ex qua Iupiter genuit Sarpedonem, & hæc filia Acasti Thessalici, vxor Protesilai, qui & ipse Thessalicus fuit, vnde dicit.

LAODAMIA PROTESILAO. EPISTOLA XIII.



MITTIT, & optat amans, quò mittitur ire, salutem.
Hæmonis Hæmonio Laodamia viro.
Aulide te fama est vento retinente morari:
Ah, me cum fugeres, hic vbi ventus erat?
Tunc freta debuerat vestris obsistere remit,
Illud erat sæuis vtile tempus aquis.
Oscula plura viro, mandataque plura dedissem:
Et sunt quę volui dicere * plura tibi.



LAodamia Hæmonis) .i. Thessalica Nã Thessalia Hęmonia dicta ē. (Optat salutem ire, quo mittitur) .i. puenire ad maritum suum .i. cupit eũ saluere, & incolumem esse. (Aulide) Aulis Euboeæ insulæ portus est, obiectu laterum effectus. Ad hunc cum Græci peruenissẽt Troiam nauigantes, Agamemnon Dianæ ceruam occidit ignarus, vnde irata dea flatus ventorum remouit, ita vt nauigare non possent, & pestilentia laborarent. Quare consulta oracula dixerunt, Dianã Agamemnonio sanguine placandam esse Iphygenia igitur Agamemnonis filia cum ab Vlysse per nuptiarum simulationem adducta iam in eo esset, vt immolaretur Dianæ miseratione sublata est, & cerua in eius locum supposita, ipsa in tauricam regionem translata, Dianæ sacerdos effecta est. Interea autem, dum Græci in ea insula morarentur, coniurauerunt se nunquam ante reuersuros in patriam, quam Troia caperetur, inde Dido apud Virg. Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui. (Fama est) .i. fertur. (Morari) Manere, moram facere. (Retinẽte) Quia, vt dixi, Diana flatus ventorum sustulerat, aut quia ventis esset contrarius. (Ad me) Melius ab interiectio dolentis, quam præpositio, dolet enim talem non fuisse ventum, quo non posset nauigare, cum ab ea esset discessurus. (Sęuis) Turbatis. (Vtile) Aptum, & cõmodum. (Oscula) Enumerat quasdam vtilitates sibi futuras, si tunc retentus fuisset domi. (Mandata) Admonitiones. (Quæ volui dicere) Quæ dictura fui, quæ non potui dicere, & dicit causam. HVB.

* Multa.

MITTIT & optat amans) Tota hæc epistola facilis est in verbis, nec tam vehemens πάθος habet in sentẽtijs, vt superiores ferè habuerunt. Nam quæ eam scribit, non expostulat, neque quæritur de iniuria facta, sed quia coniugem amat, eiusque imagine vexatur, cohortatur eum, vt sibi prospiciat, ne præsagia mortis effectum sortiatur. Ea autem sunt quia ASC.

egreſſurus limen pedem offendit,& quia,vt nomē indicat primus in terrā hoſtilem deſcenſurus eſt,& quia iam tunc,cum adhuc in Aulide erat, aut potius cū illic ab ea adhuc eſſe putabatur, imago eius occurrebat. Tortel.docet, quia ſine aſpiratione ſcribitur Proteſilaus. (Hæmonis)Patronymicū à patria,q.d.mulier ex Hæmonia. (Aulide)Pro Aulidi ſi Seruio credimus. Nam nomina tertiæ declinationis pro aduerbijs in loco poſita in i exire debent pro de loco,in e vt ſtudui Carthagini,Auinioni,& cetera.& diſceſſi Cartagine,& Auinione,& cetera.(Ah me)Ordo eſt.Ah, vbi erat hic ventus.ſ.profectioni in Phrygiam contrarius,qui te immoratus fuiſſet, cum fugeres.i.tanquam fugiens me celeriter abires? q.d.vtinam tunc ille flaſſet ventus.(Et ſunt quæ volui dicere) Ea eſt occaſio ſcribendæ epiſt.

HVB. Raptus es) Abreptus, ablatus. (Præceps) Feſtinus. (Quem nautæ cuperent) ideſt ſecundus, qualem nautæ cupidi nauigandi optarent, non qualem ego cuperem: quæ noluiſſem te diſcedere.(Soluor) Separor,diſiungor. (Imperfecta)Incōpleta: nā non potui finire,quę tibi dicere volebam. (Triſte) mœſtum, & cum lacrymis mixtum. (Incubuit) Præſto fuit, & totis viribus comparatis. Virgilius Incubuere mari. (Tetendit) Flatu ſuo impleuit, & extenſa fecit. (Longe) A meo aſpectu. (Iam)Subito. (Sumque tuos oculos) id eſt cum tu oculos ad me conuerteres, ego aſſidue te ſpectantem ſpectabam. (Vt) Poſtquam. (Te non poteram) ſcilicet videre. (Tua vela) Quæ longius apparebant, quia erant aut maiora, aut altiora te. (Detinuere diu) id eſt ea proſpexi. (Fugacia) ita legendum id eſt celeriter euntia,& quæ videbantur fugere.(Pontus)Mare.(Lux abijt) ſcilicet, ex oculis meis. (Abortis tenebris) ideſt inducta caligine ante oculos. (Succiduo) Inclinato, & flexo, à ſub, & cado venit ſucciduus ante penultima breui, cum vero longa eſt: à ſub, & cædo: vnde dicitur arbor ſuccidua, quaſi ſubcædua. (Iphiclus) Pater tuus, ſocer meus. (Acaſtus) Pater meus. (Grandæuus) Senex. (Mater) Mea. (Refecit) Inſtaurauit, & viuificauit. (Aqua gelida) Aſperſione aquæ frigidæ in faciem, quod ſolet fieri aliquo languore deficientibus. (Pium) Ex pietate proueniens. (Sed inutile nobis) Quia vtilius fuiſſet mihi tunc mori, quam nunc viuere in tantis curis. (Indignor) Doleo, & moleſte fero. (Non licuiſſe) Non permiſſum eſſe. (Vt) ideſt poſtquam. (Animus redijt) ideſt poſtquā reſpiraui.(Pariter)Simul.(Momordit)Pupugit,tetigit.(Nec mihi)Dicit ſe ob abſcentiam mariti ita eſſe anxiam,vt nec ornatu corporis delectetur,nec poſſit quieſcere.(Pectendos

* Mandatis.

Raptus es hinc præceps: &, qui tua vela vacaret:
  Quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat.
Ventus erat nauis aptus,non aptus amanti:
  Soluor ab amplexu Proteſilaë tuo.
Linguaq; * mādantis verba imperfecta reliquit:
  Vix illud potui dicere triſte, vale.
Incubuit Boreas:arreptaque vela tetendit:
  Iamque meus longe Proteſilaus erat.
Dum potui ſpectare virum,ſpectare iuuabat:
  Sumque tuos oculos vſque ſecuta meis.
Vt te non poteram, poteram tua vela videre:
  Vela diu vultus detinuere meos.
At poſtquam nec te, nec vela fugacia vidi:
  Et,quod ſpectarem, nil, niſi pontus erat:
Lux quoq; tecū abiit:tenebriſq; exāguis obortis
  Succiduo dicor procubuiſſe genu.
Vix ſocer Iphiclus,vix me grandæuus Acaſtus,
  Vix mater gelida mœſta refecit aqua.
Officium fecere pium, ſed inutile nobis:
  Indignor miſeræ non licuiſſe mori.
Vtque animus rediit: pariter redire dolores:
  Pectora legitimus caſta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura eſt præbere capillos:
  Nec libet aurata corpora veſte tegi:
Vt quas pampinea tetigiſſe Bicorniger haſta
  Creditur:huc illuc,qua furor egit,eo

ctendos)Pectine cõponendos,& ornandos.(Præbere).ſ.ancillis meis.(Tegi)Indui.(Vt bicorniger).i.Bacchus.dicit ſe furore ita agi,ſicut aguntur Bacchantes.(Haſta pampinea).i. Thyrſo,eſt aũt Thyrſus haſta pampinis inuoluta,quã bacchantes ferre ſolent.Ouid.7.Meta.Frondentes ſumere Thyrſos Imperat.(Tetigiſſe)ſtimulaſſe,concitaſſe in furorẽ.ſic Vir. 4.Aen.Sæuit inops animi,totamq; incenſa per urbem Bacchatur,qualis cõmotis excita ſacris Thyas,ubi audito ſtimulant Trieterita Bacco, &c. Ouid.4. Faſt. Mẽtis inops rapitur, ut quas audire ſolemus Threicias fuſis Mænadas ire comis.Item in epi.Ariadnes. Aut ego diffuſis erraui ſola capillis,Qualis ab Ogygio cõcita Baccha deo. Bacchus aũt dicitur hr̃e cornua propter ſuperbiam,& elationẽ,q̃ feruor uini inducit.(Matres)Matronæ,mulieres.

TRISTE,uale)Non,quia triſtitiam optabat,ſed quia cũ triſtitia foret,ſicut de funere Miſeni dixit Vir.triſte miniſteriũ.(Incubuit Boreas) Vẽtus à Thracia in Troiã impellẽs. (Nil niſi pontus)Vir.Cœlũ undiq;,& undiq; põtus.(Obortis).i.preter ſpẽ ortis tenebris. (Nec mihi pect.)Docet ſe legitime amare,nec uellet uoluptati indulgere tantiſper dũ uir ĩ caſtris degat.(Vt quas)Docet ĩſup ex nehemẽtia amoris ĩterdũ more Bacchãtiũ uagari. ASC.

Conueniunt mater Phylaceides:& mihi clamãt:
  Indue regales Laodameia ſinus.
Scilicet ipſam geram ſaturatas murice ueſtes:
  Bella ſub Iliacis mœnibus ille gerat?
Ipſa comas pectam:galea caput ille prematur?
  Ipſa noua ueſtes,dura uis arma ferat?
Qua poſſum,ſqualore tuos imitata labores
  Dicar:& hæc belli tempora triſtis agam.
Dux Pari Priamide damno formoſe tuorum,
  Tam ſis hoſtis iners:quàm malus hoſpes eras.
Aut te Tænariæ faciem culpaſſe maritæ:
  Aut illi uelim diſplicuiſſe tuam.

PHylaceides) Ita eſt legendũ, eſt enim forma patronymica, pro deriuatiuo, & Phylace, quę(ut Homer.in 2.Iliad.ſcri.) fuit urbs Theſſaliæ. in qua Proteſilaus regnauit, quod etiã oſtẽdit Luc.lib.6.Et prima Rhœteia littora pinu:Quæ tetigit Phylace. hanc Ptolemęus ponit in Pieria parte Macedoniæ. Strab. uero in phthiotica, quæ tamen regiones ſunt in Theſſaliæ, quæ & Macedonia dicitur. phylacus aũt pater Iphicli fuit, & ſic auus Proteſilai, unde Proteſilaus apud poëtas ſæpe dr̃ Phylacides: Ipſa Laodamia Phylaceia ab urbe Phylace uel à Proteſilao Phylaceio interdnm dr̃.Ouid. lib.5.de Ponto. Vt uiuat fama,coniux Phylaceia cuius Iliacã celeri uir pede preſſit humũ. (Scilicet)Rñſo Laodamię.(Scilicet gerã,)q.d.minime.(Saturatas)Pene tinctas, unde dibaphæ ueſtes dicebantur,quę bis erant tinctę.(Murice)Purpura.Eſt.n.murex piſcis,cuius ſanguine tinguntur ſanę.(Gerat?Bella)Quod eſt laborioſum,& durũ.(Pręmat)Grauabitur.(Galea)Põdere galeæ.Ipſe alibi ſupra,& galeã preſſa ſuſtinuiſſe coma.(Dura)Aſpera, q.d.nõ decet,ut ego ſim in delitiis,& maritus meus ſit in laboribus.(Dicat imitata).ſ.eſſe. (Squalore)ſorde,neglectu corporis.(Agã triſtis).i.uiuã in triſtitia, & mœrore. (Dux Pari)Male legitur hic textus:Dux Pari,neq;.n.cõuenit ut irata,& turbata ducẽ appellet Paride,& ex uerbis Hom.lib.3.Ilia apparet legẽdũ eſſe,Dyſpari,dicit.n.δύσπαρι εἶδος ἄριστε &c. i.ò male,& infelix Pari formã optime,alludens igitur Poëta. Ouid. ad illa uerba Homeri facit iratã Laodamiã loqui de Paride contumelioſe ſit.O dyſpari.i. ò male, & infelix Pari,nã δὺς apud Grecos in cõpoſitione malum aliquid ſignificat,uel difficultatẽ aut impoſſibilitatẽ,ut exẽpli gratia,τύχη ſignificat fortunã,δυστυχία uero infortunium ἔργον ſignificat opus,& officiũ,δύσεργον difficultatẽ,& εἶδος ſignificat formoſum,& δυσειδὴς ſignãt deformẽ. ſunt plurima huiuſcemodi apud Grecos, error aũt facilẽ eſt, uel ex ignoratione grecarũ literarũ,uel qđ ypſilon putatũ fuerit eſſe u,nr̃m,& s.litera cõuerſa ſit ĩ x, ſed abſq; dubio affirmauerim legendũ,Dyſpari.(Formoſe dãno tuorũ).i.cuius forma & pulchritudo magno cõſtatura eſt tuis,qa ꝑꝑ te,q placuiſti Helenę,tui multa patiẽter dãna.(Tã ſis)Optatiui modi eſt,& ſubaudit̃ utinã(Tã ſis hoſtis iners).i.ita negligẽs, & ignauꝰ ſis pugnator. (Quã mal.ho.).ſ.apud Menelaũ.(Malꝰ)Aũt.i.ꝑfidus,qa fidẽ hoſpiti nõ ſeruaſti.(Aut te) HVB.

Dicit,qđ uellet,quod aut Helena displicuisset Paridi,aut Paris Helenę. (Maritę Tenariæ) .i.uxoris Helenæ Lacernæ, Nam Tænarus promõtorium est Laconiæ,ex qua Helena fuit.

ASC. PHIRACEIDES)Patronymicum à patria,à Phylace.s.urbe.(Regales finus)sinuosas uestes reginã decentes.(Scilicet) Vocabulum indignationi aptum, q.d.;nequaquam cõmisero,ut ego purpurata incedam,dum ille armis atteretur,Magnifice autẽ dixit saturatas non imbutas murice,ut dibaphas.i.bis tinctas significet.(Ipsa.i.ego.est enim trium personarum.(Dux Pari)Vocatiuus à nominatiuo Paris.Ordo est.(O Pari).i.Alexander,sic.n. etiã uocabatur.(Priamide)Vocatiuus est.i.fili Priami.(Formose dux).i. in raptu Helenes cum damno tuorum,ego sup.uelim,ut sis tam iners hostis.(Quàm) .i.quãtum. (Malus hospes eras)Erat autem pessimus hospes,quia hospitã abduxit, unde uelit inertissimum quoque esse.Iners autem dicitur sine arte, & sine industria.Ego uellem, inquit, aut te culpasse faciem.(Maritæ).i.coniugis. (Tænariæ) .i.Lacænæ à parte totum.s.Helenes. (Aut tuam) supple faciem.(Displicuisse illi).i.quòd uterque alteri non tantum placuisset, ut tu eam repere,& ea rapi uellet.

Tu,qui pro rapta nimium Menelaẽ laboras:
  Hei mihi quàm multis flebilis ultor eris.
Dii precor à nobis omnem remouete sinistrum:
  Et sua det reduci uir meus arma Ioui.
Sed timeo:quotiesque subit miserabile bellum:
  More niuis lacrymæ sole madentis eunt.
Ilion,& Tenedos,Simoisq; & Xanthus, & Ide,
  Nomina sunt ipso pene timenda sono.
Nec rapere ausurus,nisi se defendere posset.
  Hospes erat:uires nouerat ille suas.
Venerat,ut fama est,multo spectabilis auro
  Quique suo Phrygias corpore ferret opes:
Classe,uirisq; potens:p quæ fera bella *geruntur:*
  Et sequitur regni pars quota quenque sui.

HVB. TV) .s.ò Menelaë. (Flebilis ultor) quia multi hac tua ultione peribunt. (Dii precor) Quia quoties Laodamia recordabatur belli, trepidabat, & flebat,ideo precatur,ut hoc non sit ei malo omini, id est augurio. (Sinistrum)Infelix.(Det) Offerat.(Ioui reduci).i. Ioui eum reducenti, nam reducem appellamus,& qui reducit aliũ,ut hic,& qui reducitur ab alio, ut supra, Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina,& Virgil.1.Aene. Nanque tibi reduces socios.(Subiit) Venit in mentem.Virg.(Subiit cari genitoris imago.) (Madentis)Liquescentis.(Sole)Propter calorem solis. (Ilion) Dicit,qđ quoties audit aliquod nomen regionis Troianæ,ferè solo nomine terretur. (Ilion) Oppidum ipsum Troiæ.(Tenedos)Insula in conspectu Troiæ, quam à Tene quodam, qui cum nouerca concubuit,occupatam,cum antea esset uacua,& ab eo nomina tam Seruius scribit. Diodo.appellat Tenum,dicitq; eius patrem calumnia uxoris inductum filium Tenum in arca impositum in mare deiecisse,quæ tempestate acta cum in Tenedum appulisset,Tenus mirabili deorum ope salutem consecutus insulę imperauit,ut præclarus,ac iustitia,uirtutibusque aliis immortalium honores assecutus. (Et Xanthus) Fluuius iuxta Troiam,de quo diximus in epist.Oenones.(Ide) mons Phrygiæ,à quo & silua Idæa. Virg. Cernimus Idæa claram se condere silua,& idem.Iamq; iugis summæ surgebat Lucifer Idæ.hoc declinatur græce ἴδη ἴδης.(Pene).i.ferè.(Ipso sono).i.sola uoce,& nomine,q.d.ergo multo magis re ipsa. (Nec rapere) Occurrit obiectioni.quia posset dici, quod magna est potentia Græcorum,dicit quod Paris non rapuisset Helenam,nisi uidisset se hr̃e uires defendẽdi se cõtra Græcos.(Ausurus).s.erat Paris.i.nõ fuisset ausus rapere.(Hospes erat).i.peregrinus. (Vires suas).i.quantum posset.(Spectabilis)Ornatus.(Ferret)Ostentaret.(Suo corpore) Quia qui uidisset eum ita ornatũ,potuisset iudicare,quã diues esset Phrygia. (Opes Phrygias).i.Troianas.Virg.Troianes ut opes.erat enim in toto oriente potentissimum imperium Troiæ.(Classe)Nauibus.(Viris)Numero uirorum. (Per quæ) .i.per quas res,scilicet naues,& uires.(Geruntur bella)Quia sine uiris bella geri non possunt,nec rursus sine

classe,

classe,cum ad eos,qui separantur mari,transituri sumus. (Quota),Id est minima, vt Iuue. Quota portio fecis Achææ.& est sensus.potens est classe,& viris, & habet secum minimam partem sui regni.

FLEBILIS vxor)Videtur noue dictum,vt sicut maritam vocat fœminam,ita virum vocet vxorem,sed legendum puto non vxor,sed vltor,caret.n.exemplo vt vir vxor dicat, licet vxorius sæpe.(Quam).i.quantum.(Multis) Cũ admiratione,q.d.plurimis. (Et suadet reduci vir meus arma Ioui) Hic redux,actiue ponitur pro reducete,cum apud Virgiliũ pro reducto legatur.Moris autẽ erat, negocij arma cõsecrare deo præsidi negocij illius. (Ilion, & Tenedos)Declinatur hoc Ilium,vel Ilion,huius Ilij. Nam quæ apud nos exeunt in um, si sunt græca,exeunt apud eos in on.reperitur tñ etiam hæc Ilios,& apud hunc,& apud Horat.Ilion aũt erat regia Priami in Phrygia,quæ expugnabatur. Tenedos insula in cõspectu Troiæ.(Simois,& Xãthus)Fluuij Troiani.(Ida)silua Troiana.(Pars quota quęq; fui)q.d. rarissima quæq; vnde non legã quenq;.Eleganter autem ponitur,quisq;,cum quotus, & cõiuncta petunt ferè negatiuam responsionem.(Consors Lædea).i.filia Ledæ soror gemellorum,hoc est,ò Helena,ego reor te victam.(His).s.opulentia, classe, & viris Paridis. ASC.

His ego te victam consors Ledæa gemellis
Suspicor: hæc Danais posse nocere puto.
Hectora nescio quem timeo: Paris Hectora dixit
Ferrea saguinea bella mouere manu.
Hectora quisquis is est,si sum tibi cara,caueto:
Signatum memori pectore nomen habe.
Hunc vbi vitaris:alios vitare memento:
Et multos illic Hectoras esse puta.
Et facio, vt dicas, quoties pugnare parabis:
Parcere me iussit Laodameia sibi.
Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam:
Te quoque non vllum vulnus habente cadat.
Pugnet & aduersos tendat Menelaus in hostes:
Vt rapita Paridi,quam Paris ante sibi.
Irruat:& causa quem vincit,vincat & armis,
Hostibus à mediis nupta petendo viro est.
Causa tua est dispar: tu tantum viuere pugna:
Inque pios dominæ posse redire sinus.
Parcite Dardanidæ de tot (precor) hostibus vni:
Ne meus ex illo corpore sanguis cat.
Non est, quem deceat nudo concurrere ferro:
Sæuaque in oppositos pectora ferre viros.
Fortius ille potest, multo qui pugnat amore:
Bella gerant alii:Protesilaus amet.
Hunc, fateor, volui reuocare animusq; ferebat:
Substitit auspicii lingua timore mali.

HIs ego) Dicit Laodamia Helenam esse captam amore Paridis, propter supradicta. (Ledæa)Helena filia Ledæ.possessiuum pro patronymico. (Cõsors).i.soror,& sanguine cõiuncta.(Gemellis) idest Castori, & Polluci, qui gemini fuerunt eodem nati ouo,vt supra diximus. (Hæc) scilicet diuitias, & potentiam Troianorũ. (Posse nocere Danais).i.gręcis.Nescio quem) q.d.inter Troianos fortissimum. (Paris Hectora) Probatio fortitudinis Hectoris ex testimonio Paridis. (Sanguinea) Cruentata,qui semper interficit aliquem (Ferrea bella) aut aspera, aut quæ ferro geruntur. (Hectora) Adiurat Protesilaum per amorem suum, vt caueat hunc Hectora. (Si sum cara tibi) si me amas. (Signatum) Infixum, & quasi signo quodam notatum. (Nomẽ) scilicet Hectoris. (Vbi) Postquam. (Hunc) Hectora. (Alios) Troianos. (Multos Hectoras) id est multos fortes,qualis est Hector. (Parabis pugnare) id est ingredieris pugnam. (Me parcere sibi) idest me habere respectum sui, & vt me ei seruem. (Si fas est) idest si licet, & fata permittunt. (Cadere) idest ruere.(Non vllum)idest nullum.(Pugnet,)Hoc dicit,sine,vt Menelaus, ad quem pertinet recuperare vxorem,pugnet ipse.(Nupta)Vxor.(Petenda) Capienda.(Dispar) Dissimilis. HVB.

(Viuere pugna) sicut Menelaus, vt Helenam habeat, pugnat, ita vt me habeas, tu viuere pugnes. (Viuere) vt viuas. (In sinus) In amplexus, in gremium. (Dominæ) Vxoris, quæ te amat. (Pios) Tibi affectos, & deditos. (Parcite) Conuertit sermonē ad Troianos, vt suo Protesilau parcant. (Ne meus ex illo) .i. ne ipso mortuo ego quoq; moriar. (Meus sanguis eat) .i. exeat. (Ex illo corpore) .s. interfecto. (Non est) Dicit, eum non esse aptum bello. (Oppositos) Aduersos, hostiles. (Fortius) Animosus. (Ille) .s. Paris. (Amet) .s. me. (Hunc fateor,) q.d. ante dicere non sum ausa. (Reuocare) Ne ires ad bellum Troianum. (Ferebat) .i. cupiebat: (Substitit) .i. destitit, cessauit timore mali auspicij .i. metu, ne darem tibi malum auspicium, & augurium reuocando, quod solet vulgo credi.

ASC. HECTORA nescio quem) Formidandum docet nomen Hectoris, de quo tanta prædicantur. (Caueto) .i. fugito. Horat. Hic neget est, hunc tu Romane caueto. (Memori) Pectore. Virg. etiam in accusatiuo memor genere neutro dedit dicens. Curæ nomen habet, iustumq;, memorq; precatur. (Multos Hectoras) .i. fortes. (Parcere me iussit Laodamia sibi) Vt amore, non timore abstinuisset bello putetur. (Si cadere) .i. si quidem fas est, quia infatis esse censet. (Te quoq;) Hoc est, cadat sine te. (Parcite Dardanidæ) Præces vanæ si hosti deferantur, sed quia per apostrophen legendæ à viro scribuntur, multo gratiarum habent. (Non est, quem deceat,) q.d. non hic vobis capitali odio cruentum inferet bellum. parcite ergo ei, & conuertire ferrum in capita bellorum Menelaum, & agamēnona. (Nunc fateor) Recitat præsagia futuræ mortis, atque omnia, quæ cum fierent, ne accepisse putetur, timuit reuocare maritum, quia reuocando ratum fecisset omen, & ille forsitan nihilominus obijsset, vnde tutius putauit, tunc dissimulare, quòd nunc territa in somnijs, vt caueat, monet.

Cum foribus velles ad Troiam exire paternis:
Per tuus offenso limine signa dedit.
Vt vidi, ingemui: tacitoq; in pectore dixi:
Signa reuersuri sint precor ista viri.
Hæc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis:
*Irritus in ventos hic timor omnis eat.
Sors quoq; nescio quem fato desinat iniquo:
Qui primus Danaū Troada tanget humum.
Infelix, quę prima virum lugebit ademptum.
Dii faciant, ne tu strenuus esse velis.
Inter mille rates tua sit millesima puppis:
Iamq; fatigatas vltima vrset aquas.
Hoc quoq; præmoneo: de naue nouissimus exi:
Non est, quo properes, terra paterna tibi.
Cum venies: veloq; moue, remoq; carinam.
Inq; tuo celerem littore siste gradum.
Siue latet Phœbus: seu terris altior extat:
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis,
Nocte tamen, quā luce, magis. nox grata puellis:
Quarum suppositus colla lacertus habet.

* Fac meus.

HVB. CVm foribus) Dicit, quoddam omen, quod apparuit, cum Protesilaus esset ex domo sua exiturus ad bellum Troianum quia cespitauit in lumine domus. (Signa) Auguria. (Offenso) Tacto. (In pectore tacito) idest ego tacita, & mecum dixi. (Ista sint signa viri reuersuri) idest vtinam hæc sint signe, quod maritus meus possit reuerti à bello Troiano. (Referro) Dico. (Nunc) Quæ ante non ausa sum dicere, (Ne sis animosus) id est ne sis audax. (Inuétos) In nihilum idest vt frustra sit. (Sors) idest oraculum. (Designat) idest destinat. (Fato) idest morti. (Nescio quem) idest quédam. (Qui primus Danaum) idest, primus ex Græcis. (Troada) Troianum. (Ademptum) sublatum, & ereptum sibi. (Strenuus) Audax, & animosus, vt velis primus exire in terram Troianam. (Millesima) idest vltima, quia inter mille, millesimus dicitur vltimus, qui facit nomen numero millenario. (Verset) Moueat. (Iam fatigatas) idest iam impulsas, & commotas remis aliarum. (Nouissimus) Extremus .s. (Præmoneo) Etiam te, non solū vt tua nauis sit vltima, quæ appellat ad littus Troianū, sed etiam tu sis vltimus, qui de ipsa naui

ni descendas.(Terra quo properes) .i.quo properare debeas, & ita legendum est properes. & ordo est,terra non est tibi paterna.(Quo properes).i.quo debeas ita celeriter ire,quia ad terram paternam omnes libenter properant.(Cum uenies) Dicit ei esse properandum, cũ redibit.(Cum uenies)Cum redibis in patriam,utere remis,& uelis ad nauigandũ.(Sisse) Fige,pone.(Gradum)Gressum.i.cito descende in tuum littus,quando redibis.(Siue)Dicit se diu,noctuque assiduis curis angi propter absentiam mariti,& eius pericula, sed magis tamen nocte.(Latet nocte)Eadem sententia usa est supra Hermione ad Orestem.Cum tamẽ altus equis Titan radiantibus instat:Perfruor infelix liberiore malo &c.(Nox grata) Dicit quare maior dolor sit ei nocte,quam die,quia nox aptissima est uoluptatibus puellarũ, sub quarum collo mariti brachia tenere soleñt,& eas crebro amplecti,& osculari. AS C.

FORIBVS exire paternis) Sic Vir.Quamuis multa meis exiret uictima septis. Ex eo enim ablatiuo iungitur,quia componitur ab ex, & accusatiuo secũdum Alexan. quia cõponitur etiam ab extra.(Vt uidi).i.statim postquã uidi.(Signa reuersuri)Magni animi est mali omnis signa in melius conuertere,atque interpretari.(Sors quoque) Ergo & ipsa sortilegos cõsuluerat,territa.s.in somniis,& malo omine. (Qui primus)Ordo est.Eum.(Qui primus Danaum)Pro Danaorum.hoc est Græcorum,seu Argiuorum. (Tanget humum Troada).i.Troianam.patronymicum enim est pro patrio,seu possessiuo positũ, hęc Troas, huius Troados, huic Troadi, hanc Troada.(Remo & uelo).i.plena opera,quę fit uentis,& uelis,hoc est ultimus descendas in terram hostilem,& primus redeas in patriam. (Luce).i. interdiu.Orator diceret luci,potius quam luce.(Lacertus).i.brachium condormientis.unde in Canticis: Lęua eius sub capite meo,& dextera illius amplexabitur me.

HVB.

Aucupor in lecto mendaces cœlibe somnos:
  Dum careo ueris,gaudia falsa iuuant.
Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
  Cur uenit à uerbis multa querela tuis?
Excutior somno:simulacraque noctis adoro:
  Nulla caret fumo thessalis ara meo.
Thura damus,lacrymasq; sup:q sparsa relucent:
  Vt solet affuso surgere flamma mero.
Quãdo ego te reducẽ cupidis amplexa lacertis,
  Languida lętitia soluar ab ipsa mea?
Quando erit,ut lecto mecũ bene innctus in uno
  Militiæ referas splendida facta tuæ?
Quæ mihi dum referes:quamuis audire iuuabit:
  Multa tamen rapies oscula,multa dabis.
Semper in his apte narrantis uerba resistunt:
  Promptior est dulci lingua * referre mora. * retẽta
Sed cum Troia subit, subeunt uentique, fretũq;:
  Spes bona sollicito uicta timore cadit.

AVcupor)Dicit se multa sõniare de marito, quæ licet sint falsa, tamen afferunt uoluptatem.(Aucupor) Capio. (Mẽdaces) Falsos. (Cœlibe lecto) id est sino marito, nam cœlebs dicitur teste Pris. quasi cœlestem uitam agens. Cœlebs autem dicitur qui, uel quæ coniugio non copulatur.Horat.in episto. Nil ait esse prius, melius nil cœlibe uita.(Iuuant)Delectant.(Dum careo ueris).i. dum non habeo uera gaudia cum marito meo. (Sed tua)dicit sibi apparere tristia omina, scilicet imaginem ipsius Protesilai mortui. (Pallẽs) Mortua. Virgil. Ora modis attollens pallida miris. (Occurri) Apparet. (Cur uenit à uerbis) id est cur uideor audire te multa conqueri?(Excutior)Violenter excitor. (Adoro) id est oro.(Simulacra noctis,)Id est ipsos somnos,qui nocte habentur. (Meo fumo,) Id est meo sacrificio, quia ubique sacrifico. (Super,) scilicet thura. (Quæ,) scilicet Thura. (Sparsa) Madefasta,& aspera lacrymis. (Relucent) Incenduntur. (Vt solet) Comparatio est. (Surgere) Crescere. Flamma enim uino superfuso maior fieri solet. (Quando ego) Ostendit quanto affectu eius reditum expectet. (Languida) Reficiens. (Soluor) Cadam. (A mea lætitia) Vt enim nimio dolore,ita,& nimia lætitia homines deficere solent, imo & plerunque mori,

refert Valerius Maximus lib.9-exemplum in duabus mulieribus: quę nimia lętitia ex insperata salute filiorum,quos perisse audierant,expirauerunt.(Referas)Narres,ut solēt mariti à bellis reuersi.(Iuuabit)Delectabit,placebit.(Rapies) A me. (Resistunt) Remorantur retardantur.(Apte)Cōuenienter,grate. (In his).s.osculis.(Prōptior)Paratior. (Dulci)Grata.(Mora)Spatio,quia recreata aliquantulum hoc spatio osculandi promptior postea efficitur ad narrandum.(Sed cum Troia)Ostendit superius se delectari falsis somniis de marito suo,quem interdum somniat esse secum, postea uero ostendit quanto affectu eū reuerti optet,& speret:nunc dicit,quod quando recordatur belli Troiani, & nauigationis eius,amittit omnem spem.(Subit)Venit in mentem.(Fretum)Per quod nauigas,quod habet tot,& tanta pericula.(Cadit)Deficit.

ASC. IN lecto cœlibe).i.sine coniuge. Cœlebs enim dicitur quicunque extra coniugium uiuit,siue caste,siue non,unde & cœlibatus, eius, qui ita uiuit,status. Dū careo ueris,*gaudea falsa*).i.simulata.(Iuuant).i.delectant,quod Epicureis summopere ꝑsuasum est. (Sed tua cur nobis)Cansam mittēdæ Epistolę recitat.(Excutior somno) Quod Seruius futuri mali prognosticon putat,nam cum somnus,inquit,sit donum deorum,(sicut dicitur 2. Aene. Tempus erat,quo prima quies mortalibus ęgris Incipit, & dono diuum gratissima serpit) Non excutitur uehementer sine futuro malo.(Ara Thessalis).i.Thessalica,iterū patronymicum pro patrio,seu possessiuo .(Vt solet affuso mero).i.postquam affusum est merum. (Quando ego te reducem).i.reductum,aut reuertentem.(Soluar ab ipsa)Ordo est.(Ipsa).i:ego soluar languida ab letitia mea?quia A.Gel. docet enectas esse mulieres non minus gaudio uehementi,quam dolore.(Militię referas) Atqui dixerat:Bella gerant alii, Protesilaus amet.quomodo ergo nunc dicit?(Militię referas splendida facta tuę) Sed non est uitiosum Poëtę,si eam inconstantiam dat mulieri,amant enim laudem, licet cum periculo mereri nolint.(Sed cum Troia subit).i.perfectio Troiana, quam paratis inuitis uentis,& aquis,cum tamen repugnantibus illis nemo in patriam redire paret.

HVB. HOc quoque) Quia supra dixit,se audisse eos remorari in Aulide, dicit nunc quod ueretur,ne illud sit malū omen, ne dei per hoc significent quod nolint uos nauigare.(Exire)Discedere ex Aulide. (Mouet)Terret,& turbat me.(Inuitis)Contrariis, & uos prohibentibus. (Quis uelit)q.d.nullus,& est argumentum à maiori ad minus, si enim nemo contrariis uentis uellet redire in patriam suam, cuius quisque cupidissimus est, quanto minus deberet uentis contrariis & mari prohibente à patria sua discedere? (Ipse suam) Ostendit nunc, quod contra uoluntatem numinum nauigent : dicit enim Neptunum Deum maris impedire eorum nauigationem ad destruendam Troiam , quam ipse condidit, unde supra Perdere quos possis melius Neptunia præbent Pergama, id est à Neptuno condi-

Hoc quoq;, quod uenti prohibent exire carinas,
 Me mouet:inuitis ire paratis aquis.
Quis uelit in patriam uento prohibente reuerti?
 A patria pelago uela uetante datis.
Ipse suam non præbet iter Neptunus ad urbem:
 Quò ruitis? uestras quisque redite domos.
Quò ruitis Danai? uentos audite uetantes
 Non subiti casus,numinis ista mora est.
Quid petitur tanto,nisi turpis adultera,bello?
 Dum licet,Inachiæ uertite uela rates.
Sed quid ego reuoco hęc omē reuocātis abesto:
 Blandaque compositas aura secundet aquas.
Troadas * inuideo:quę sic lacrymosa suorum
 Funera conspicient:nec procul hostis erit.
Ipsa sui manibus forti noua nupta marito
 Imponet galeam:barbaraque arma dabit.
Arma dabit dūq; arma dabit,simul oscula sumet:
 Hoc genus officii dulce duobus erit.
Producetque uirum:dabit & mandata reuerti:
 * Et dicet,referas ista face arma Ioui.

*Inuideo cū accusatiuo.
*Et dicet,referas arma fac ista Ioui

ta.

ta. (Quo ruitis) Quo uaditis ita præcipites,& inconſiderati.(Domos).ſ. ueſtras. (Audi te)Sētite, & eis ne reſiſtite.(Iſta mora) Quam nunc facitis in Aulide, cum non poteſtis in de diſcedere.(Non eſt ſubiti caſus).i.fortuita,& ex aliquo ſubito caſu, ut uos fortaſſe putati s.(Eſt numinis)Deeſt,ſed eſt.i.diuinæ uolūtatis. (Quid petitur) Arguit à cauſa.dicit.n. cauſam eſſe turpem & inhoneſtam,cui nullam debeant. præſtare fauorem, quia tanto bello repetitur tantummodo adultera. (Rates Inachiæ) .i. Græcæ, uel Argolicę. Nam Inachus pater ἰοῦς regnauit Argis,unde Argiui nonnunquam Inachi dicuntur. (Vertite uela).i.reuertimini in patriam.(Dum licet) Vobis. (Sed quid ago reuocans) Sic legendum eſt, non autem ego cuius ultima ſyllaba ſemper breuis eſt. (Omnem reuocantis abeſto).i.utinam nullum ſit malum omen ex reuocatione mea.(Compoſita) Quietas.(Blanda) Mitis,ſuauis.(Troadas) Dicit feliciores eſſe mulieres Troianorum, contra quos geretur bellum, quam uxores Græcorum,qui gerent ipſum bellum.(Troadas inuideo)Pro inuideo Troadibus.i.fortunæ Troianorum,notanda hæc locutio,ubi inuideo cū ſolo accuſatiuo,ſine datiuo iungitur,quod nuſquam alibi me legere memini nam cum accuſatiuo,& datiuo ſæpe ponitur,ut Tene,inquit,miſerande puer,cum læta uenire: Inuidit fortuna mihi, &,Liber pampineas inuidi collibus umbras.(Funera) Cædes. (Suorum) Maritorum,uel parētum, fratrum.(Noua nupta)Paulo ante maritata.(Suis) Propriis.(Barbara)Troiana.(Sumet) A marito.(Simul)Dando arma.(Officii).ſ.oſculandi.(Dulce) Gratūm. (Duobus) Marito,& uxori.(Producet)Procul ducet,& comitabitur.(Mandata reuerti).i. mandata,ut reuertatur.(Referas.)Reportes.(Ioui)ſolebant enim reuertentes ex bello arma ſua diis ſuſpendere,unde Virg. Armaque fixit Troia.

QVIS uelit &c.)q.d.nemo.Et tamen uos datis à patria pelago uela uetante. (Quiſq; redite) Locutio congrua in re.nam quiſque uim collectiuam habet.(Quid petitur) Dehortatur à bello ob indignitatem cauſę.(Troadas inuideo).i.inuidia proſequor,nam nos dicemus.(Troadibus inuideo)ſenſus eſt.Ego inuideo id. (Troadibus).i. Troianis mulierib. eſt enim patronymicum à patria,ꝙ ſi. (Funera).i. mortem ſuorum conſpicere cogentur, præſentes tamen erunt & maritos armabunt.(Arma fac iſta) ſic & prius, quia tñ fac producitur,credo utrobique face legendum eſt,quo modo olim dicebatur,ſicut nunc perfice. ASC.

Ille ferens dominę mandata recentia ſecum,
 Pugnauit caute:reſpicietque domum.
Exuet & reduci clypeum: galeamq; reſoluet:
 Excipietque ſuo corpora laſſa ſinu.
Nos ſumus incertæ: nox anxius omnia cogit,
 Quæ poſſunt fieri,facta putare timor.
Dum tamen arma geris diuerſo miles in orbe:
 Quę referat uultus,eſt mihi cera,tuos.
Illi blanditias,illi tibi debita uerba
 Dicimus:amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus eſt,quàm qđ uideatur,imago:
 Adde ſonum ceræ:Proteſilaus erit.
Hanc ſpecto:teneoque ſinu pro coniuge uero:
 Et tanquam poſsit uerba referre,queror.
Per reditus,corpusque tuum,mea numina,iuro:
 Perque pares animi,coniugiique faces:
Perque,quod ut uideam canis albere capillis:
 Quod tecum poſsis ipſe referre caput:

ILle) maritus. (Ferens) Habens.(Recentia) Adhuc memorię hærentia.(Caute) ſapienter. (Reſpiciet domum) .i. habebit animum ad domeſticos ſuos,& preſertim ad uxorem.(Exuet).ſ.ipſa uxor ſpoliabit,& ex trahet,reduci,reuerſo incolumi. (Reſoluet)Remouebit.(Corpora feſſa) ſcilicet mariti. (Sinu) Amplexu, & gremio. (Nos) Hanc conditionem ſupradictam habebunt Troianę.(Nos) .ſ.græce.(Samus incertæ) ſcilicet quid agatis, quia procul abſumus (Nox anxius) ſenſus eſt ex timore puto omnia accidere tibi, quę poſſibile eſt accidere. (Putare facta)id eſt putare eueniſſe tibi. (Quæ poſſunt fieri).i. quę ſunt poſſibilia.(Dum tamē) Oſtendit magnum argm̄ amoris ſui erga Proteſilaum,dicit.n. quòd HVB.

Me tibi uenturam comitem, quocunq; uocaris
Siue quod heu timeo, siue superstes eris.
Vltima mandato claudetur epistola paruo:
* Sit tibi cura mei: sit tibi cura tui.

quòd eius absentia habet imaginem ceream ad eius similitudinem, qua secum tenet, & amplectitur pro marito. (Diuerso orbe).i. in diuersa, & remota parte
* Si orbis. (Cera) Imago cerea. (Referat) Repræsentet. (Verba debita tibi).i. quæ tibi deberem dicere, si adesses. s. ò dulcis coniux, & similia uerba. (Accipit amplexus meos).i. eam amplexor, tanquam si tu ipse esses. (Imago) Illa cerea. (Est plus). s. mihi. i. plus uoluptatis mihi affert. (Quam quod uideatur). s. posse esse imago. (Adde sonum cerę).i. si habeat uocem. (Erit Protesilaus).i. uideberis tu esse ille. (Specto) Cum delectatione intueor. (Pro coniuge uero).i. loco ueri coniugis. (Et queror) Apud eam. (Tanquam possit referre).i. tanquam sit uiua, ut possit mihi respondere. (Per reditus) Iura nunc se secuturam Protesilaum, siue uiuum, siue mortuũ, hoc est, si uixerit, se uicturam cum eo, si uero mortuus fuerit, se etiam morituã. (Reditus) Reuersiones. (Mea numina) Quod ego colo tanquam numen. (Pares faces animi).i. per paré amorem. (Faces cõiugii).i. tedas, quę in coniugio nostro affuerunt. (Et per caput quod ut).i. utinam. (Albere canis capillis).i. quod utinam uideam senescere. (Referre) Reportare. (Me uenturam). s. iuro. (Quocunque) In quacunque conditionem me uocaris. (Siue) Voluit diceret morieris, sed suppressit, & maluit intelligere, quàm exprimere. (Quod) Quam rem). s. ne moriaris. (Heu timeo, Vltima epistola).i. ultima pars epistolę. (Sit tibi) Ecce mandatum, ut seruet se, & propter seipsum, & propter uxorem, uerum cum Protesilaus primus egressus de naui in bello Troiano perisset, Laodomia eius morte audita ex mariti desiderio in amplexu imaginis cerec, quam supra apud se habuisse diximus, dicitur expirauisse. Ser. in 6. Aen. dicit quod cum maritum in bello Troiano perisse cognouisset, optauit ut eius umbram uideret qua re concessa, ne desereret eam, in eius amplexibus periit.

ASC. QVAE referat uultus &c.) Magni amoris indicium est amati colere effigiem. (Adde sonum).i. loquelam. (Cere).i. imagini cereæ. (Protesilaus erit, pro coniuge uero).i. loco cõiugis ueri. (Canis capillis) satis esset dicere canis, nam cani numero plurali pro capillis canescentibus accipi solent. (Siue quod heu timeo).i. mortuus subaudi ab inferiori. (Eris. Vltima epistola).i. aut ultima pars epistolę, aut ultima, quam mittere constituerit, sed prior mihi placet interpretatio, hęc enim uidetur primæ epistolę formam habere.

IN XIIII. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

Danaus, & Aegyptus Beli Prisci filij fuerunt quorum Danaus ex pluribus uxoribus. L. suscepit filia. Aegyptus uero frater totidem uirilis sexus liberos: Sed cum Aegyptus, instaret, ut filiæ fratris filijs sui: nuberent & Danaus ex oraculo accepisset se manibus generi moriturum, recusabat hoc coniugium, quare orto inter eos bello: Danaus ex patria fugiens cum filiabu in Graciam uenit, ubi Steleno Argiuorum rege expulso Argis regnauit qui ut alibi dixi, ex auctoritate Str. adeo præcedentes loci illius reges excelluisse fertur, ut qui antea Pelasgi nominabantur, imposita per Græciam lege Danai uocitarentur. Sed Aegyptus ægre ferens se, filiosq; suos à Danao spretos filios cum exercitu misit ad oppugnandum fratrem Danaum, qui tandem coactus filias suas fratris filiis despondit, sed in ipso nuptiarum die gladios uirginibus dedit, quibus imperauit, ut prima nocte uiros interficerent, eis nisi ita facerent, cædem interminatus, omnes igitur præceptis paternis paruerant, sola Hypermnestra excepta, apud quam plus ualuit consanguinitatis, & coniugij pietas, & amor, quàm iræ paternæ metus, hæc enim Lynceo marito suo pepercit, eumq; somno excitatum monuit, & impulit, ut discederet, fuga suæ saluti consuleret, quod ille fecit. Cum uero pater Danaus cognouisset ab omnibus perfectum facinus præterquam à sola Hypermnestra, eam crudelissime uinctam in carcere seruandam tradidi, Quare hanc epistolam ad Lynceum patruelem suum, & eundem maritum scribit qua & præceptum patris, & facinus sororum, & pietatem suam narrat & quantum bene merita sit de ipso Lynceo. Oratq; cum liberet ipsam his pœnis, quibus iniuste tenetur, captaq; commiserationem ex fortuna, & ex crudelitate patris. Postremo rogat Lynceum, ut aut interficiat, & mortuam sepeliat, & sepulchro inscribat, quemadmodum ipsa mortua est, ut Lynceum à morte liberaret.

HYPERMNESTRA* LYNCEO.
EPISTOLA XIIII.

ITTIT Hypermnestra de tot modo fratribus vni.
Cetera nuptiarum crimine turba iacet.
Clausa domo teneor, grauibus que coërcita vinclis:
Est mihi supplicii causa, fuisse piam.
Quod manus extimuit iugulo dimittere ferrũ:
Sum rea: laudarer, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat, quàm sic placuisse parenti:
Non piget immunes cædis habere manus.
Me pater igne licet, quem non violauimus, vrat:
Quæque aderant sacris, tendat in ora faces:
Aut illo iuguler, quem non bene tradidit, ense:
Vt qua non cecidit vir nece, nupta * cadam:
Non tamen, vt dicant morientia, pœnitet, ora,
Efficiet: non est, quam piget esse piam.
Pœniteat sceleris Danaum, sæuasque sorores:
Hic solet euentus facta nefanda sequi.
Cor pauet admonitu temeratæ sanguine noctis:
Et subitus dextræ * præpedit ossa tremor.
Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti:
Scribere de facta non sibi cæde timet. (ris:
Sed tamen experiar. Modo facta crepuscula ter-
Vltima pars lucis, primaq; noctis erat:

(DE tot) De. I. (Modo).i. paulo ante. (Vni) Soli. Cetera turba) Fratrũ tuorum. (Iacet) Perijt. (Clausa) Narrat infortuniũ suum. (Coërcita) Ligata, constricta. (Causa supplicij,) Causa pęnæ. (Est fuisse piam) Et pp pietatem pepercisse tibi. (Quod manus) Ecce pietas. (Sũ rea) Accusor. (Dimittere ferrũ iugulo).i. te iugulare. (Laudarer) A patre meo. (Scelus) Te interficiendi. (Præstat) Melius est. (Sic) Interficiendo te. (Non piget) Quia fuit voluntariũ factũ. (Immunes) Vacuas. (Cædis) occasionis tuę. (Me pater) Dicit quòd quamuis pater ei paret omnia genera crudelissimæ mortis, quæ cõmemorat, non tamen poterit efficere, vt eam pœniteat pepercisse ipsi Lynceo. & vsam fuisse ea pietate. (Licet) Quamuis. (Quem non violauimus) Quem non lęsimus vlla iniuria. (Quæq;) Duæ sunt dictiones, & Subauditur licet. (Tẽdat) idest immitat. (In ora) In faciẽ meam. (Faces, quæ aderant) id est quæ erant incensæ. (Sacris) Nuptialib⁹. (Aut) subaudi licet. (Non bene tradidit) Nõ iuste, neq; honesta mihi tradidit ad interficiendũ maritũ meũ. (Nece, qua vir non cecidit).i. licet moriar ea nece, & morte q̃ maritus meus euasit. (Non tñ efficiet) Pendet sensus vsq; ad hunc locum. (Ora morientia).i. ora mei morientis. (Pœnitet).s. facti. (Non est).s. Hypermnestra Danaũ patrem meum. (Sceleris) Crudelitatis, q̃ mandauit. (Sorores) Quæ perfecerunt crudelia mandata patris. (Hinc euentus).s. pœnitẽdi. (Facta nefanda).i. crudelia, nam nefandorum non piorum operum pœnitere solet. (Cor pauet) Amplificat beneficium suum, & describit torum negocium. (Admonitu).i. recordatione. (Temeratæ) Pollutæ, fœdatæ. (Præpedit) Impedit. (Ossa dextræ).i. digitos. (Quã tu) Argumẽtum est magnũ suæ pietatis. (Timet).i. dextra mea. (De cęde) De occasione. (Nõ facta sibi) Pro à se.i. quàm non fecit. (Quam).s. dextram. (Putes) Pro putet aliquis. (Potuisse fungi cede mariti).i. potuisse interficere maritum. (Sed tamẽ) Licet timeat. (Experiar) Tentabo, & conabor scribere. (Modo facta) Incipit narrare totius facti processum, sumpto initio, vnde oportuit. (Modo) vel nup, & paulo ante, vel tãtũmodo. (Crepuscula) Creperũ. Var. & festo testib⁹ dubiũ significat inde crepusculũ dicitur cum neq; lux, neq; tenebræ sunt.i. cũ dies, an nox sit dubiũ est. id aũt tempus tam matutinũ, q̃ verspertinũ intelligimus, hic de vespertino intelligẽdũ est, qđ declarat, cũ dicit. Vltima pars lucis, primaq; noctis erat. nã eo tpe nuptiæ fiebat.

HVB. * Lynceo non Lino legẽdum est. Eusebium auctoritate.

* Cadat

* Præcidit.

ASC. MITTIT Hypermneſtra &c.)Nihil eſt tota epiſt.facilius ne nihil tn̄ dicam ordinem ſubinde cōtraxero qui talis eſt,Hypermneſtra filia Danai,& vxor Lini,ſeu Lyncei patruelis eius(Patrueles autem ſunt patrui.i.fratris paternis liberi)mittit ſup.ſalutem, aut epiſt. (Vni modo).i.Lino,aut Lynceo qui modo vnus eſt de tot videlicet quinquaginta fratrib9. (Cetera turba).i.multitudo fratrum.(Iacet).ſ.proſtrata.(Crimine).i.homicidio. (Nupta rum).ſ.ſororū Hypermneſtræ.(Ego teneor clauſa domo,& coërcit).i.cōſtricta,ne exeā grauibus vinclis pro vinculis.(Fuiſſe pia).i.ꝙ fuerim pia.Nā verbū eſt,dum ſupponitur verbo ſecū accuſatiuū trahit.(Eſt mihi cauſa ſupplicij,) Hoc eſt quod te nō occiderim,vt ſorores ſponſos ſuos,frater tuos,afficior huiuſmodi ſupplicio.(Ego ſum rea).i.criminor,& accuſor à patre.(Quod).i.quia.(Manus).ſ.mea.(Extimuit immittere iugulo).i.in iugulū tuū qui eſt in gutture ſanguinis meatus.(Ferrū).i.gladiū,aut Mucronem. (Et ego laudarer).ſ.à patre.(Si forē).i.eſſem.(Auſa ſcelus).ſ.homicidii.(Præſtat).i.melius,& præſtantius eſt.(Eſſe ream).i.ꝙ ſum rea.(Sic).i.ꝓ pietatem,& ſine cæde mariti.(Quàm placuiſſe.i.q̄ ꝙ placuerim.(Sic).i.per ſcelus.(Parenti).i.patri.(Non piget).i.nō triſte eſt mihi,nec pœnitet.(Me hr̄e manus immunes).i.nō participes,& oꝑatrices.(Cædis).i.occiſionis.(Licet).i.tametſi. (Pater vrat me igne).ſ.regali. (Quem non violauimus).ſ.in nuptialibus tedis, ac facibus. (Quæq;).i.& quæ,hoc eſt,& licet.(Tendat in ora).i.in faciem,nam id fieri ſolet ijs,q̄ exurūtur,vt ſuffocentur.(Faces).ſ.nuptiales.(Quæ aderāt ſacris).ſ.nuptialibus,& Hymenæis, aut licet pater iugulet me illo enſe,quē tradidit.(Non bene).i indecenter,& iniuſte contra fidem,& equitatem.(Vt videlicet ego nupta cadam)ſup.ea nece,quia vir non cecidit.(Tamen pater non efficiet,vt ora)ſup.mea.(Morientia).i.etiam in morte. (Dicāt pęnitet)ſup. non pepetraſſe facinus,nam ſup.Hypermneſtra.(Non eſt)ſup.ea quam piget eſſe piam(Pœniteat).i.iuſtum eſt,vt pœniteat,aut impetrandi eſt.(Danaum).ſ.patrē meū,ſed aptius dicit Danaū,quaſi ſceleſtū illum hominē, qui tantum ſcelus præcepere auſus eſt. Nam in patris cōpellatione neſcio quid ſacrilegij eſt,ſi execratio cōmiſceatur quātumcunq; ſceleſtus ſit.(Pœniteat ergo Danaū ſceleris,& ſorores ſæuas).i.immites.(Hic euentus).i.præſentia. (Solet ſequi facta nefanda,)q.d.nō pia,quia neminē proprie pœnitet, qui male nil commiſit.(Cor pauit admonitum)Facta digreſſione recitat facinoris atrocitatem, vt in ſe cōmiſerationem,& in patrem odium concitet.(Admonitu).i.admonitione,ac commemoratione. (Noctis temeratæ).i.pollutæ,& cōtaminatæ.(Sanguine).i.effuſione ſanguinis.Quia.n.nocte intempeſta ne bonū quidem opus faciendum eſt grauius puniūtur qui ſcelus perpetrāt. (Et ſubitus tremor præpedit).ſ.a ſcribendo dextram.Ea ſup.(Quā tu putes).i.putate poſſis.(Potuiſſe fungi cæde).i.occidēdi negociū explere.(Nō timet ſcribere,& cæde facta ſibi) .i.à ſe,ſed manus mea timet ſcribere,de cæde,ergo nō potuiſſet fungi cæde. Aut cū interrogatione.(Quā putes potuiſſe fungi cæde mariti,)q.d.non manū meam, quia timet ſcribere de cæde non facta ſibi.i.à ſe.(Sed tn̄ experiar).i.ſcribere conabor de cæde, quā facere nō potui. (Vltima pars lucis &c.) ſic legēdū eſt,nā qui legeret. Vltima pars noctis, primaq; lucis erat,totā inuerteret ſententiā crepuſculū enim eſt tempus dubiū, cum tenebræ lucē vincere incipiunt,& diluculum ecōuerſo,cum lux deſcernitur à tenebris fugatis,duci aūt ſolēt nuptæ ſuo noctē,quæ tunc imminebat. Vnde dr̄,dū nox ſinit, effuge dixi.dū nox atra ſinit.

Ducimur Inachides magni ſub tecta Pelaſgi:
Et ſocer armatas accipit ipſe nurus.
Vndique collucent præcinctæ lampades auro:
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus Hymē,Hymenæe vocāt: fugit ille vocantes:
Ipſa Iouis coniux ceſsit ab vrbe ſua.
Ecce mero dubii comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediente comas,
In thalamos læti, thalamos ſua buſta, feruntur:

HVB. INachides) Proneptes Inachi, nam Inachus genuit Iò, ex ea, & Ioue natus eſt Epaphus. Ex Epapho Belus priſcus, ex Belo, vt diximus Aegyptus, & Danaus, cuius hæ ſunt filiæ, ergo Inachides. (Pelaſgi) Fuit rex, à quo populi quibus imperauit, Pelaſgi dicti ſunt, qui poſtea, vt ſupra diximus Danai ſunt nominati. (Socer)

Strataque corporibus funere digna premunt.
Iamque cibo,uinoq; graues, ſomnoque iacebāt:
Securumque quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus moriētur audire uidebar:
Et tamen audieram:quodque uerebar, erat.
Sanguis abit:mentēque calor,corpusq; reliquit:
Inque nouo iacui frigida facta toro.
Vtque leui Zephyro graciles uibrantur ariſtæ:
Frigida populeas ut quatit aura comas:
Aut ſic,aut etiam tremui magis.ipſe iacebas:
Quæque tibi dederam uina,ſoporis erant.
Excuſſere metum uiolenti iuſſa parentis:
Erigor:& capio tela tremente manu.
Non ego falſa loquor: ter acutum ſuſtulit enſē,
Ter male ſublato decidit enſe manus.
At rurſus monitis,iuſſuq; coacta parentis
Admoui iugulo tela paterna tuo.
Sed timor:& pietas crudelibus obſtitit auſis:
Caſtaque mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata ſinus,laniata capillos,
Exiguo dixi talia uerba ſono.
Sæuus Hypermneſtra pater eſt tibi: iuſſu parētis
Effice:germanis ſic comes iſte ſuis.

Aegyptus. (Armatas) Gladiis inſtructas, quos Danaus nobis dederat.(Præcinctæ auro).i. ornatæ, ſicut in regalibus nuptiis mos erat. (Impia) Quæ ab impiis offerebantur.(Inuitos) Nō libentur accipientes ipſa thura, & ſacrificia, quæ ab impiis offerebantur. (Vulgus Hym.)Hæc celebratur in nuptiis, & epithalamiis, inuocabatur enim Hymeneus deus nuptiarum,ut etiā Catullus oſtendit Hymenæe legendum eſſe in uocatiuo, ſupra alibi diximus, nam Hymenæa in accuſatiuo dicere non poſſumus, ſed Hymenæon. (Fugit) Quia ad infauſtas nuptias non ſolet uenire, unde ſupra Hypſipyle. At mihi nec Iuno, nec Hymen,ſed triſtis Erynnis Pertulit infauſtas ſanguinolenta faces.(Ipſa coniux Iouis) Quæ ſolet adeſſe coniugiis. (Ceſſit) Diſceſſit.(Ab urbe ſua).i.ab Argis, ubi præcipue colitur, & eo loco maxime delectatur, quia,ut Str. ſcribit, Argis nata eſſe dicitur, unde ipſa in 6.Faſt. inquit. Pœniteat Sparten, Argosque, meaſque Mycenas:Et ueterem latio ſuppoſuiſſe Samum . Samum autem dilexit,quia in ea cum Ioue nuptias celebrauit,dicit ergo eam fugiſſe ab Argis,ne intereſſet talibus nuptiis, (Dubij).ſ.ſponſi.(Feruntur)Eunt.(In thalamos buſta ſua) In thalamos,qui erant futuri buſta eorum,eſt autem appoſitio.(Dubij)Labantes.(Mero)Propter uinum,quod biberant.(Frequētes)Denſati,& circūdati.(Impediente)Ligante.(Madidas)Vnguento delibutas.(Prę munt ſtrata).i.iacent in lectis.(Digna funere)Quę ſtrata magis erant digna funere,quàm nuptijs.(Graues)Grauati,& oppreſſi.(Sōno)Qui maxime ex cibo,& uino fit. (Altą qes) .i.profundus ſomnus.Iuuen.& nos cōſilium dedimus Syllæ,priuatus ut altum Dormiret. (Per Argo ſecurum).i.ubi nullus erat timor dicitur autē hoc Argos,& hi Argi. (Quodq; uerebar).i.quid timebam.ſ.cædes meorū patruelīū.(Calor reliquit corpus)Quia ex timore,ut ſæpe notauimus efficimur frigidi. (Vtque leui) Comparatio eſt. (Graciles)Tenues. (Ariſtæ)Sūmitates ſegetum.(Vibrantur)Mouentur.(Comas)Frondes.(Populi) Arboris (Ipſe)Tu.(Iacebas)Dormiebas(Erant ſaporis).i. erant uina,quę facerent,ſoporem.(Violentia)Crudelia.(Erigor)Ex lecto.(Tela)Gladium.(Male ſublato)Non fortiter eleuato. uel male,non iuſte cōtra maritum.(Iuſſu parentis)Qui mortē minatus fuerat, niſi interficerē.(Admoui)Appropinquaui.(Timor)Quia naturaliter inſitus eſt mulierib.(Pietas) Mea erga te.(Crudelibus auſis).i.prohibuit,ne auderē interficere. (Dextera) Mea.(Mādatū).ſ.à patre meo.(Sinus)Veſtes.(Sono)Voce.(Exiguo tenui)Demiſſo ne audiret. (Sęnꝰ) Dicit hæc uerba ſecū.(Iſte)Lyuceus.(Sic oēs germanis)Interficiatur, ſicut alii fratres ſui.

NOS Inachides).i.puellæ Argiuæ ab Inacho Argiuorum rege originem ducentes,aut denominatæ. (Dicimur ſub tecta,) Id eſt in regiam. (Magni Pelaſgi,) Id eſt quam regiam,aut quæ tecta Pelaſgus Argis extruxerat. (Et ipſe ſocer) Hoc eſt legatus Aegypti. ASC.

& eius

& eius locũ tenens.(Accipit nurus).ſ.non filias Danai,filiorũ ſuorũ ſpõſas.(Armatas).ſ. armis inuaſimus,uidelicet mucronibus,quos pater ſingulis dederat.(Vulgꝰ) .i.totus populus.(Vocat).ſ.in ſignũ lætitiæ,& gaudij nuptialis.(Hymen, Hymeneæ) Hoc eſt uocãdo dicunt Hymen,ò Hymenęe,Hymen,ò Hymenæe.alij legunt uocat,ut ſit congruitas in uoce, alij uocant,ut ſit in ſenſu,quia collectiuum eſt.(Ille).ſ.Hymen deus nuptiarũ.(Fugit uocãtes)Quia noluit adeſſe,cum infelices ſciret fore nuptias,nec ueras,ſed ſimulatas. (Ipſa).ſ. Pronuba,& cui uincla iugalia curæ,ut dicit Maro.(Coniux Iouis).i.Iuno.(Ceſſit ab urbe ſua).ſ.Argis:unde Aen.1.Veteriſque memor &c.Prima quod ad Troiã pro caris geſſerat Argis.(Ecce)q.d.ex improuiſo.(Dubij(.i.incerti,q̃d agerent.(Mero).i.ꝑꝑ uinum per inſidias propinatũ.(Frequentes(.i.celebrati.(Clamore comitum).ſ.ſtipantium,& hoc.(Nouo flore impediente).i.ne uolitarent.(Comas madidas).i.cæſariem delibutam.(Ferũtur) Nõ dicit,ducunt,ſed quaſi agatur.(In thalamos)Thalamos dicit.(Sua buſta).i.ſepulchra, quia illic occidendi erant & æterno ſomno ſepeliendi.buſtum aũt dicitur quaſi bene *uſtũ*, & eſt receptaculum cinerum uſtorũ,quæ in urnam condebantur,unde ab utẽdo dicta ſunt ſicut uſtrina locus,ubi fiebat cadauerum uſtio.(Et premunt corporibus ſui ſtrata).i.lectos ſtratos.(Digna funere).i.dignos talium morte.(Iamq́ue cibo,uinoq́ue graues &c. (Hic locus approbat,quod prius diximus legendum.ſ.eſſe ultima pars lucis &c.quia non eſt uoriſimile uinolẽtos,& ſomnolẽtos in diluculo fuiſſe,ſed uinolẽtos ab Danao dimiſſos in hoſpitium,quod à coacto patruo ſuſceperant.(Per Argos ſecurum)Argos ciuitas eſt in Achaia, in ſingulari neutri gñis,in plurali maſculini,declinatur.n.hi Argi Argorũ,ſed tunc ẽt populum Argiuum ſignificat.Eſt eiuſdem nominis ĩ Attica, & in Theſſalia,ſeu Pelaſgia.(Securũ (Dicitur, quod ſeorſum eſt à cura,licet ſit in periculo. Accipitur ergo more poëtico continens pro contento.Argos pro Argiuis.Et declamat per contentionem, quia alij ſecuri,ſed circum me gemitis. Sicut Aen.4. Cetera per terras animalia ſomnos habebat &c. Quodq; uerebar erat,ſic Sen.Quidq̃d uerebar accidit.Et potuit facile ſuſpicari maritos interfectos,quia & ipſa ad hoc Mucronem acceperat.(Graciles ariſtæ).i.ſpicæ,quia Zephyro flante,nec dũ proprie Ariſtæ ſunt quæ ab ariditate dñr,ſed ſpicæ graciles ſunt flat.n.primo uere,unde in Georg.Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur & Zephyro putris ſe gleba roſoluit.(Frigida populeas)Id in Autũno ſit,ſed tam uer,q̃ autũnus uentos habet plurimos.Aut ſic tremui, aut etiam magis. (Ipſe.i.tu ſecurus eras,ſed non *tutus* iacebat.i.intrepidus.(Quæque).i.& quæ,hoc eſt & uina, quæ dederam tibi,arant ſup.*uina ſo*poris.i.ſoporifera.aut cauſa ſoporis. (Violentia iuſſa) Poëtice nam etiam oratorie dicere potuiſſet uiolentia iuſſa parentis,ſed gratius uiolẽtiam in iuſſa retorquet,quaſi iuſſa nõ parentem incuſet.(Suſtulit).i.ſurſum tulit,& erexit ut demittam in iugulũ.(Sublato).i.ſurſum lato.(Male).i.ad maleficium.(Admoui iugulo).i.ad iugulum.(Refugit)Media longa pręteriti eſt tp̃is.(Purpureos laniata ſinus(Docet ſe pietate uictam eamq́ue plus potuiſſe, q̃ parentis ſęui mandata, docetq́; qũo Linum, ſeu Lynceum ad fugam cohortata ſit, & ob pietatem à patre capta. (Purpureos ſinus)Non ueſtes dicam, nam noctu ueſtita non erat, ſed pectora rubicunda,quia dictura eſt dum petis amplexus &c. Et licet ſub ueſte pugionẽ in thalamos intulerant,uero ſimile eſt tñ,nudas concubuiſſe.(Sęuus Hypermneſtra)Ordo eſt,ò Hypermneſtra pater eſt tibi ſęuus.ſic in Buc.Eſt mihi nanq; domi pater,eſt inuſta nouerca.& eſt pondus in uocabulo pater,ſic Dauus in Andria pater eſt Pamphile.

HVB. FOmina) Oſtendit nũc, quod non poſſit eum interficere, & arguit à ſexu, cum dicit, fœmina, arguit ab ętate, cum dicit, & uirgo. (Molles) Mulie-bres. (Quin age) More muliebri uariat conſilium, hortatur nunc ſeipſam ad interficiendũ eum,cum antea dixerit ſe non

Fœmina ſum,& uirgo,natura mitis,& armis:
Nam faciunt molles ad fera tela manus.
Quin age:dumq́ue iacet, fortes imitare ſorores:
Credibile eſt cæſos omnibus eſſe uiros.
Si manus hæc aliquam poſſet committere cædẽ:
Morte foret dominæ ſanguinolenta ſuæ:
Quid meruere necẽ patruelia regna tenendo?

Quę

Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge viros meruiſſe mori: quid fecimus ipſæ?
Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam?
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
Aptior eſt digitis lana, colusque meis. (tur:
Hęc ego: dũq; queror, lacrymæ ſua verba ſequun
Deque mei oculis in tua membra cadunt.
Dum petis amplexus: ſopitaque brachia iactas:
Penè manus telo ſaucia facta tua eſt.
Iamq; patrẽ, famuloſq; patris, lucemq; timebã:
Expulerant ſomnos hæc mea dicta tuos.
Surge age Belide, de tot modo fratribus vnus:
Nox tibi, ni properes, iſta perennis erit.
Territus exurgis: fugit omnis inertia ſomni:
Aſpicis in timida fortia tela manu.
Quærenti cauſam, dum nox ſinit, effuge, dixi.
Dum nox atra ſinit, tu fugis: ipſa moror.
Mane erat, & Danaus generos in cæde iacentes
Dinumerat: ſummæ criminis vnus abes.
Fert male cognatæ iacturam mortis in vno:
Et quæritur* factum ſanguinis eſſe parum.
Abſtrahor à patriis manibus: raptamq; capillis
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.
Scilicet, ex illc Iunonia permanet ira:
Quo bos ex homine eſt, ex boue facta dea.
* Ah ſatis eſt pœnæ, teneram mugiſſe puellam:
Nec modo formoſam poſſe placere Ioui.
Aſtitit in ripa liquidi noua vacca parentis.
Cornuaque in patriis non ſua vidit aquis.
Et conate loqui, mugitus edidit ore:
Territaque eſt forma, territa voce ſua.
Quid fugis infelix? quid te miraris in vnda?
Quid numeras factos ad noua mẽbra pedes?
Ipſa Iouis magni pellex metuenda ſorori
Fronde leuas nimiam; ceſpitibusque famem.
Fonte bibis: ſpectaſq; tuam ſtupefacta figuram:
Et te ne feriant, quæ geris, arma times.

poſſe. (Fortes) Animoſas. (Credibile eſt) id eſt credendum eſt. (Si manus) Etiam mutat conſilium, & dicit, quod ſi eſſet poſſibile, ꝙ poſſet admittere cædem, interficeret poti⁹ ſeipſam, quàm Lynceum. (Hæc manus). ſ. mea (Haud) Nõ (Patruelia regna). ſ. regna patrui; nam Danaus coactus fuerat, nõ ſolum dare filias vxores filijs fratris, vt dictũ eſt, ſed etiam regna ſua. (Forẽt danda generis externa) .i. peregrinis, quia Danaus nõ habet filios maſculos. (Quid fecimus ipſæ) .i. nos quid peccauimus? quare debeamus fieri homicidæ?) Cõmiſſo) Peccato. (Quid mihi) Ad ſeipſum loquitur. (Tela bellica) .i. quæ bello conueniunt. (Quid puellæ. ſ. faciunt. (Lana colusq;) Quia hæc conueniunt mulieribus. (Hæc ego). ſ. mecũ dixi. (In tua membra) Quia incumbebã ſuper te. (Petis amplexus) Dum vis me amplecti. (Iactas) Moues in ſomnijs. (Facta ſaucia) Vulnerata. (Penè) Ferè, cum iandiu eſſem morata in hac cogitatione. (Lucem) Quæ appropinquabat. (Expulerant tuos ſomnos) ideſt excitauerant te. (Age) Hortantis. (Belide) Nepos Beli, vt ſupra monſtratum eſt. (Perennis) id perpetua. (Inertia) Pigritia. (Fortia tela.i.enſem, qui ſolet eſſe telum fortium. (Quærenti). ſ. tibi (Sinit) permittit. (Ipſa) Ego (Moror) Remaneo. (Vnus) .i. tu ſolus. (Abes) Deus. (Summæ criminis) ideſt numero, & complemento cædis, quia ſi tu fuiſſes interfectus, omnes fuiſſent interfecti. (Male) Inique. (Iacturam) Damnum ideſt ægre fert te ſolũ, non fuiſſe interfectum, & defuiſſe morti aliorum. (Cognatæ) Conſanguineæ. (Eſſe parum ſanguinis factum) .i. queritur, quod paucus ſanguis ſit fuſus, propterea quod tu ſolus aberas numero. (Carcer habet meruit raptamq; cap.) .i. ego rapta, capillis in carcere ſeruor. (Hæc mer.) Parentheſis eſt, & eſt ironia. (Hęc) .i. alia Ordo eſt. (Abſtrahor à ped. pr̃ijs) Et carcer habet me raptã capillis. reliqua, vt dixi, dicta ſunt ꝑ Parẽtheſim. (Scilicet) Dicit hãc infelicitatem

*Hęc fabula tractatur ab Ouidi⁹ in 1. Metam.
* quæri,

tatem ſuã in mulierib. ſuę dom⁹ procedere ex ira Iunonis ab eo tp̄e incepta,quo Io Inach
filia mutata eſt.(Ex illo)Tempore.(Bos)Io,quæ erat iuuenca.(Facta Dea eſt boue)Quia
poſtea in Deã conuerſa eſt,vt gẽtilitas credidit,& fabulæ tradũt,& præſertim Ouid.& hic,
& lib.1.Met.Fuit.n.Io Inachi Argiuorũ fluuij filia pulcherrima, quæ à Ioue amata cũ eius
preces ſperneret.ſubita nube tecta compreſſa eſt,& nę puella à Iunone,quæ adulteria Iouis
obſeruabat,deprehenderetur,in vaccam transfigurata eſt,quam fraudem cum Iuno intelle
xiſſet, petiuit eam vaccam manus ſibi dari Iupiter veritus, ne negando proderet puellam,
tametſi inuitus ei tradidit.Iuno,ne vnquam eius pellex eum marito cõcubere poſſet.Argo
Ariſtoris filio centum oculos habenti ſeruandam tradidit, quo à Merc.in ſoporem cauẽdo
inducto,& interfecto, eius oculi in caudam Pauonis transfigurati ſunt.Io cũ ab Iunone ob
interfectum Argum indignata furijs exagitaretur,maxima orbis terrarum parte percurſa,
& pererrata,tandem in Aegyptum delata,rurſus in humanam formam redacta,pro Dea ab
Aegyptijs culta eſt,quam Iſidem appellant,& hæc eſt fabula,quæ nunc hic tangitur.(*Satis
eſt pœnæ*)Satis ſupplicij,& punitionis.(Mugiſſe)Factam fuiſſe vaccam.(Nec)Ordo eſt.Et
eſt ſatis pœnæ.(Illam modo formoſam).i.quæ paulo ante erat pulchra.(Nec poſſe placere
Ioui)Propter formam pecudis.(Liquidi)Propter aquas.(Cornuaq; nõ ſua).i.aliena & nõ
ſibi conuenientiam,quia ſunt belluarum,& nõ hominum.(Mugitus)Bouinas voces. (For
ma)Figura.(Voce)ſono.ipſe primo Met. Et conata loqui mugitus edidit ore: Pertimuitq;
ſonos,propriaq; exterrita voce eſt.(Quid fugis)Apoſtrophat ad eam,& multis verbis ſcri
bit eius fortunam.(Numeras pedes)Quia ſunt quatuor.(Ipſa)Tu.(Pellex).ſ.ante.(Soro-
ri Iouis)Iunoni,quæ eſt & ſoror, & coniux Iouis. (Metuẽda)Ne propter pulchritudinem
tuam te ei præponeret.(Leuas)Minuis.(Fronde)Pro frondibus folia generaliter de omni-
bus dñr, frondes tantummodo de arboribus vnde ſubdit . (Cęſpitibus) idem primo Meta.
Frondibus arboreis,& amara paſcit̃ herba.(Cæſpitibus)Herbis,nã cæſpis proprie eſt terra
cũ herba reuulſa,ſed hic pro herba capit̃.(Stupefacta)Territa. (Arma quæ geris).i.cornua.

ASC. IMITARE) Imperatiuus modus cohortatiue poſitus.(Quid meruere necem)Argu
mentatur contra patrem.(Quid).i.in quo meruere necent?(Tenendo).i.occupando.(Re-
gna patruelia,)q.d.in nullo,vnde addit.(Quæ tamen externis dãda forent generis. Et acci
pitur tamen pro tandem,aut quæ tamen nihilominus,cum non ſint Danao maſculi,danda
forent generis externis,& ideo potius filijs fratris cum non putarent illicitum,tũc inter pa
trueles matrimonium,vt patuit de Oreſte,& Hermione.(Finge).i.pone caſum,ꝗ viri me-
ruerit necem.(Belide)Vocatiuus eſt à nominatiuo Belides.i.ò nepos Beli.(Aſpicis in timi
da)Antitheſi,& intermixtis epithetis comparauit ornatũ.(Parum ſanguinis) Quia ſciuit
ſe à genero perimendum,ad quod facinus vnus ſufficiebat.(Vnus abes ſummæ).i.à ſumma
criminis.ſ.committendi,quia debebãt quinquaginta occidi,& eſt rarum abeſſe cum datiuo
iungi.(Scilicet ex illo &c.)Sicut ſuperiores ferè, infortuniũ ſuum reijcit in fatum, & deos,
argumentans Iunonem iratam adhuc puellis Achiuis propter Io Inachi filiam, quã in vac
cam mutatam perſequi iuſſit,noluiſſe eis pronubium feciſſe, & fauſtas nuptias conceſſiſſe,
qua occaſione progreditur ad transformationem,& miſeriam ἰοῦς deſcribẽdam. (Scilicet)
.i.ſcire licet,cur tã infauſtę ſimus quia. (Ira Iunonia).i.ipſius Iunonis. (Permanet).i.per-
dura.(Ex illo).ſ.tempore. (Quo bos facta eſt ex homine).i.virgine (ergo etiam homo pro
muliere ponitur).ſ.Io.(Et Dea).ſ.Iſis.(Facta eſt ex boue).ſ.in quam mutata fuerat Io,de-
clinatur,vt alibi dixi,hæc Io,huius Ius,nec alibi declinatur,licet hanc Io vſurpent.(Ah ſa
tis)ſæuitiam damnat Iunonis,quæ mutatam in vaccam adhuc perſecuta eſt.(Quid nume-
ras)Quia quatuor iam habuerat pedes.(Fron de leuas).i.mitigas,& imminuis. (Fonte bi-
bis).i.de fonte,aut in fonte bibis aquam.ſ.(Quæ geris arma).i.cornua.

Quæq; modo,vt poſſes etiam Ioue digna videri,
Diues eras:nuda recumbis humo.
Per mare,per terras,cognataq; flumina curris:
Dat mare,dant amnes, dat tibi terra viam.

HVB. QVæque)ideſt tu,quę ita e-
ras diues, & delitioſa , vt
poſſes exiſtimari digna Io
ue.(Nunc nuda).i.ſine veſtibus.
(Recumbis)Iaces.(Humo nu-

Quæ

Quæ tibi causa fuge?quid Iò freta lõga pererras?
Non poteris vultus effugere ipsa tuos.
Inachi quò properas? eadem sequerisq; fugisq;:
Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.
Per septem Nilus portus emissus in æquor
Exuit insanæ pellicis ora bouis.
Vltima quid referam, quorũ mihi cana senectus
Auctor? dant anni, quod querar, ecce mei.
Bella pater. patruusq; gerunt: regnoq;, domoq;
Pellimur: eiectas ultimus orbis habet.
Ille ferox solus solio, sceptrisque potitur:
Cum sene nos inopi turba uagamur inops.
De fratrum populo pars exiguissima restat:
Quique dati leto, quæque dedere fleo.
Nam mihi quot fratres, totidẽ periere sorores:
Accipiat lacrymas utraque turba meas.
En ego, quod uiuis, pœnæ crucianda reseruor:
Quid fiet sonti, cum rea laudis agar?
Et consanguineæ quondam centesima turbæ
Infelix uno fratre manante cadam.
* At tu, si qua piæ Lynceu tibi cura sororis:
Quæque tibi tribui munera, dignus habes:
Vel fer opem: el dede neci: defunctaque uita
Corpora furtiuis insuper adde rogis:
Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa:
* Sculptaq; sint titulo nostra sepulchra breui.
Exul Hypermnestra, precium pietatis iniquum,
Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.
Scribere plura libet: sed pondere lassa cathenæ
Est manus: & uires subtrahit ipse timor.

da) idest dura, vel sine stramine. (Cognata) Quæ sunt tibi cognatione coniuncta propter patrem tuum, qui est fluuius, inde ducens originem, vnde & ipsa flumina. (Pererras) Percurris. (Tuos vultus) Bouinos, qui te terrent, quia, quocunque fugis, te sequuntur. (Inachi) id est filia Inachi. est autem hic vocatiuus patronymici fœminini. (Eadem sequerisque fugisque) idest ipsa es, quæ sequeris, & ipsa, quæ fugis. nam licet credas te fugere vaccam, vna tamen, eademque es. (Comiti) scilicet tibi, id est teipsam præcedis, teipsam comitaris. (Per septem portus) Dicit eam in Aegypto deposuisse figuram bouis. (Nilus) Fluuius Aegypti in mare per septem hostias influens: vnde Virgilius. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. (Exuit) Deposuit abstulit. (Ora) Faciem. (Bouis) Vaccæ. (Insanæ) Furentis, & stimulis exagitatæ. (Vltima quid referam) Quia commemorauit antiqua dicit nõ esse opus commemorare infelicia exempla suæ domus ita remota, quia sunt ex mpla suę memoriæ. (Vltima) Extrema, & remota. (Quorum) scilicet vltimorum. (Cana senectus est auctor) idest quæ ab antiquis audiui. (Anni mei) idest secula mea, quibus nata sum, & vixi. (Dant quod querar) id est dant mihi materiam quærendi. (Bella pater) Incipit commemorare in felicitatis sui temporis. (Pater) Danaus. (Patruus) Aegyptus. (Pellimur) Pater, & non filię. (Vltimus orbis) idest vltima pars orbis, quia venimus in remotissimas regiones. (Eiectas) Ex regno expulsas. (Ille) Patruus. (Solio) Sede regia. (Sceptro) Imperio. (Cum sene) Donao. (Vagamur) In alienis terris erramus. (De fratrum) Alia infelicitas sui temporis, quia ex tot fratribus, vnus solus Lynceus superfuit. (Exiguissima) Minerua. (Quique dari) idest doleo, & propter eos, qui interfecti sunt, & propter eas, quæ interfecerunt. (Fratres) Consanguinei. (Periere) Amissæ sunt, quia licet viuant, non tamen eas habebo sorores. (Vtraq; turba) Et interfectorum & interfectricum. (En) Ecce. (Ego reseruabor pœnæ) idest ad pœnam. (Quod) idest quia. (Viuis) idest quia tibi peperci. (Quid fiet,) q.d. multo crudelius. (Sonti) Nocenti. (Cum agar rea laudis) idest eum accuser de eo, de quo laudem mereor, & est sententia ex Andria Terencij. Nam si illum obiurges vitæ qui auxilium attulit, quid facies illi, qui dederit damnum, aut malum? (Quondam centesima) Quia cum vos essetis quinquaginta fratres, & nos quinqua

* Lino est, quibus magis placet Lino.
* Scriptaque.

ginta ſorores, eram quinquageſima. (Cadam) Moriar. (Manente) Superſtite. (Attu) Nũc rogat Lynceum, vt aut ferat opem, vel eam ſepeliar. (Lynceu ſic legendum eſt. (Si qua cura) ſi quis amor. (Piæ) Quæ te amauit. (Sororis) Patruelis conſanguineæ. Quæque) ſubaudi. (Si tu dignus habes) ideſt ſi mereris. (Munera, quæ tribui) ideſt vitã. (Defunctaq; vita) ideſt mortua. (Furtiuis) Occultis, clandeſtinis, ſi aperte non audes mihi facere rogum. (Sepeli) ideſt tumula. (Perfuſa) Rigata. (Lacrymis fidelibus) ſcilicet tuis. (Sculptaque) Inciſa, inſcripta. (Titulo) Epigrãmate. (Exul) Ecce titulus. (Exul) Patria expulſa, vt ſupra dictum eſt. (Ipſa tulit) Paſſa eſt. (Mortem, quam depulit fratri,) ideſt quam a fratre remouit. (Precium iniquum) Appoſitio eſt, ideſt iniquam remunerationem. (Pietatis) Quia non merebar mortem. (Libet) Eſt animus. (Laſſa) Fatigata. (Pondere cathenæ) Quia pater meus iuſſit me ligati. (Et vires) Alia cauſa, quia non poſſit ſcribere, quia. (Timor) ideſt patris. (Subtrahit) Aufert. (Vires) ſcribendi.

ASCENSIVS.

ASC. QVID Iò freta longa pererras?) Horat. Iò producit dicens in Arte. Perfidus Ixion, Iò vaga triſtis Oreſtes. (Inachi) Vocatiuus à nominatiuo Inachis, & eſt patronymicum ſignificans Inachi filiam Iò. (Eadem ſequeriſque, fugiſque) Quia teipſam fugis. Cetera nota ſunt. (Vltima quid referam?) Ab antiquis tranſit ad ſua, ſuique temporis incommoda. (Senectus auctor) Auctor enim ab auctoritate communis eſt generis. vnde Iuno apud Virg. auctor ego audendi. Et Sappho apud hunc, auctoris nomina Sapphus. ab augeo dicitur hic auctor, & hæc autrix: auctor ergo ſenectus eſt, quia prima protulit, autrix fama, quia auxit. (Ille ferox) ſcilicet pater. (De fratrum populo) Quia patrueles etiam fratres dicũtur. aut quia maritorum fratres etiam fratres dici potuerunt ex affinitate. (Nam mihi quot fratres, totidem periere ſorores:) ſancta eſt hæc ſententia, qua vult malefactores & veneficа tunc interfici, quando interfici per iuſtitiæ executores merentur. perierunt ergo ſorores, quia perire meruerunt, aut ideo perditæ ſunt, quia perpetuo matrimonio ſpoliatæ. (Aut tu, ſi qua piæ &c.) ſumma eſt hæc votorum, quam ferè in fine epiſtolarum ponit Ouid. Quinetiam in ſoluta oratione poſt exordium, ac narrationem ſolemus ponere petitionem. (Precium pietatis iniquum) Virgilius de Culice: Parue Culex cuſtos pecudum nil tale merenti Funeris officium vitæ pro munere reddo.

IN XV. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.


DE iudicio Paridis inter tris Deas ſatis abunde dictum eſt in argumento primæ epiſtolæ. quod ad argumentum huius epiſtolæ pertinet, cum Paridi ob iudicium datum in fauorem Veneris, Venus promiſiſſet Helenam omnium mulierum pulcherrima: & ob eam Lacedæmona nauigaſſet, exceptus hoſpitio à Menelao, Helenam in amorem ſuum, quantum potuit, ſolicitare conatus eſt, & præſente marito. Sed poſtea Menelao profecto in Cretam, per hanc epiſtolam etiam ad relinquendum maritum: & ſe in Aſiam ſequendum exortatus eſt. Vtitur autem magno artificio, ſe ab omnibus commendans quibus amatores commendari ſolent: à pulchritudine nobilitate diuitijs, & robore corporis: & à vero ſinceroq; amore, & contra nititur ei adducere in odium, & inuidiam, & in contemptum Menelaum: & ſtudet ei perſuadere, tum ab vtili, tum ab honeſto eam debere eius amori adhærere, dicens eam nullam habituram infamiam propter hoc, & quòd abducta à Paride, aut nunquam repetetur à Menelao, aut ſi repetita fuerit: facile aduerſum eius vires defendetur.

PARIS HELENAE.
EPISTOLA XV.



HANC tibi Priamides mitto Ledęa salutem.
Quæ tribui sola te mihi dante potest.
Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ?
Et pius, quàm uellem, iam meus extat amor.
Ille quidem lateat malim: dum tempora dentur
Lętitię, mixtos non habitura metus.
Sed male dissimulo: quis enim cælauerit ignem.
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen expectas, uocem quoq; rebus ut addā:
Vror: habes animi nuncia uerba mei.
Parce precor fasso: nec duro cetera uultu
Per lege, sed formæ conueniente tuę.
Iandudū gratū est, ꝙ epistola nostra recepta est:
Spem facit, hoc recipi me quoq; posse modo.

HVB.



PRiamides) .i. ego Paris filius Priami, cū autē in Priamo syllaba prima propter sequentem uocalem naturaliter breuietur, in patronymico necessitate metri producitur. (Ledæa) Helena filia Ledæ. dictum est supra in epistola Hermiones de eius natiuitate. (Eloquar) Ex primā uerbis? Virg. Eloquar an sileam? (An non est opus indice nostræ flāmæ) .i. an potius non est opus indicare amorem meum, quia tu ipsa nosse debes? (Extat) Eminet apparet. (Malim) Potius uelim (Dum) Donec. (Tempora) Opprtunitates. (Metus mixtos lætitiæ) .i. q̄ tēpora sint sine ullo timore. (Male) Difficile. (Dissimulo) Cęlo, & occulto. (Quis .n.) q.d. nullus, nam supra dixit. (Quis.n.) Bene cæler amorem? (Suo lumine) Suo splendore. (Si tñ) .i. si tñ uis, ut uerbis dicam tibi id, quod est in re. Anno, te (Rebus) Effectui. (Fasso) Mihi confesso amorē meum. (Duro) Difficili. (Conueniente tuæ formæ) .i. uultu miti, & placido, qualē exigit pulchritudo tua, quia cum sis pulchra,, debes ēt esse placida. (Iādudū) Conciliato animo Helenę, nunc incipit narrationem. (Iandudum) Vel tandiu, ut sit tēporis, uel ualde. Terentius in Eunuc. Iandudum illa re amat. (Recepta est) Pro accepta à te. Notandū est, apud idoneos oratores non esse in usu, recepi epistolā tuam, sed accepi sed hic fuit necessitas metri. (Hoc modo) .s. quo epistola mea est recepta. Nam cum aliqua puella ab amatore accepit scriptū, & legit, signum est, quod sit semi expugnatam. ipse Ouid. in 1. de Arte, Quæ uoluit legisse, uolet rescribere lectis. Per numeros ueniunt ista, gradusque suos.

ASC.

HANC tibi Priamides) Artificiosa est, epistola, & insinuationi, personæque accōmoda, rem.n. inhonestam persuadere nititur, sed mulieri iam parumper à uiro neglectæ, atq; desertæ. Quocirca, quia nouit muliebrem sexum esse fragilem, gloriæ cupidum, & laudis, à forma, à genere, à facundia cupidissimum, omnia affert Paris, quæ sibi Helenes animū cōciliare possent, & quæ odium mariti, eiusque contemptum excitent. Cum uero contextu facillmus sit, nemo tam inscius, atque iners, qui non aliquid deliciarum, atque argutiarum illinc hauriat, erimus ergo in exponendo succincti. (Ledeæ) Autem possessiuum est pro patronymico, sed à matre positum, sicut 3. Aen. Ledęam Hermionem &c. potius autem Ledæam dicit q̄ Tyndarida, quia dicturus est Iouis esse filiam ex adulterio conceptā, ut ad cōsimile inuitet facinus. (Eloquar) Sic Aen. 3. Eloquar, an sileā? (An non est opus indice) .i. īdicio. (Flāmæ) .s. amoris. (Notę) .i. perceptę à te. (Et) .i. quia potuisset tñ dixisse nā plus q̄, aut si cōiungitur, notæ (dico) flāmę (Et meus amor extat) .i. eminet, & apparet, quasi extrinsecus stans. (Plus q̄ uellem) Quia malim, ut supp. (Ille lateat quidem) .i. certe, q.d. nō semper. (Sed dum) .i. donec (Tempora dentur nō habitura metns mixtos) .i. immixtos lętitię. (Quis enim cęlauerit ignem) Quasi dicat nemo. sed amor ignis est, īmo est ἐμφατικῶς amatores amatum, atque amicam ignem dicunt, ut in Bucolicis. Meus ignit Amyntas, &c.

(Iandudum gratum eſt) Aut ordo eſt.(Gratum eſt iandudum).i.ab eo tempore,quo epiſtola noſtra eſt,aut gratum eſt iam,ꝙ epiſtola noſtra recepta eſt,dudum.i. paulo ante. Et cauſam addit,quia. (Hoc).ſ.epiſtolam meam receptam eſſe. (Facit ſpem quoque).i.etiam me poſſe recipi.(Modo).i.iam,poſtquam epiſtolam legiſti,aut ſic, ſpem facit me quoque poſſe recipi hoc modo,quo.ſ.epiſtolam recipiſti.Quo uerbo hortatur poëta matronas pudicas, ut ſuſpectas literas repellant,quia quæ amatorias legit,ſe amari uelle indicat.

Quæ rata ſit:nec te fruſtra promiſerit opto,
Hoc mihi quæ ſuaſit mater Amoris iter.
Nanque ego diuino monitu, ne neſcia pecces,
Aduehor:& cœpto non leue numen adeſt.
Præmia magna quidem,ſed non indebita poſco:
Pollicita eſt thalamo te Cytherea meo.
Hæc duce,Sigæo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe uias.
Illa dedit faciles auras,uentoſque ſecundos:
In mare * nimirum ius habet orta mari.
Perſtet:& ut pelagi, ſic pectoris adiuuet æſtus:
Deferat in portus & mea uota ſuos.
Attulimus flammas:non hic inuenimus illas:
Hæc mihi tam longe cauſa fuere uiæ.
Nã nec triſtis hyems,nec nos huc appulit error:
Tænaris eſt claſsi terra petita meæ.
Nec me crede fretum merces portante carina
*Findere:quas habeo, Dii tueantur opes.
Nec ueni Graias ueluti ſpectator urbes:
Oppida ſunt regni diuitiora mei.
Te peto,quã pepegit lecto Venus aurea noſtro:
Te prius optaui, quàm mihi nota fores.
Ante tuos animo uidi,quàm lumine,uultus:
Prima fuit uultus nuncia fama tui.

* nil mi rum

*Scinde re

HVB. QVæ)Spes. (Rata) Firma, certa. (Mater Amoris) Venus. (Monitu diuino)Non ſponte mea , ſed Veneris mandato. (Neſcia pecces) .i. ut ſis admonita, ne per ignorantiam erres. (Non leue) .i.maximum,liptote eſt. (Non indebita) Quia ſunt promiſſa mihi ab ea cui licuit promittere.(Cytherea)Venus ita dicta à Cytheris inſula , ut alibi diximus. Virgi. At Cytheres nouas artes , noua pectora uerſat Conſilia. (Hac duce) Dicit Paris , ego ſuſcepi hanc nauigationem à Troia in Gręciam auctore , & Venere ipſa duce.i.regente me. (Dubias) Incertas , quales ſunt uiæ nauigationis.(A littore Sigęo) id eſt Troiano.Nam Sigæum promontorium eſt Troiæ , ut dictum eſt in prima epiſtola.(Puppe Phereclea) Neque Pharetrata,neque Pharetrea legendum eſt,ſed Pherelea. Fuit enim Phereclus , ut ſcribit Homerus lib.5. Il. filius Harmonidę fabri lignarii , qui naues Alexandro , qui & Paris dicitur , fabricauit, quæ fuerunt principium malorum Troianorum.à Phereclo igitur poſſeſſiuum ſit Pherecleus.(Phareclea puppe) .i. fabricata à Phereclεo,& hic eſt uerus ſenſus,& emendatus textus.(Orta mari) Ductum eſt ſupra in epiſtola Didonis ſuper eum locum , quia mater Amorum, Nuda Cythereiacis edita fertur aquis. (Perſtet).i.utinam perſeuerer,ut Virg.Talia perſtabat memoria,fixuſque manebat.(Aeſtum) Ad utrunque retulit hic ,& ad feruorem amoris,& ad motum maris,& eſt ſenſus , ut adiuuet nauigationem,ita aduiuet amorem meum.Ordo eſt. (Perſtet , & ita adiuuet æſtũ pectoris,ut pelagi).ſ.æſtum adiuuat.(Et).i.etiam.(Mea uota)Sicut & nauẽ.(Attulimus) Quia ex patria diſceſſimus huc propter amorem . non autem incepi ſolum te amare. poſtquam huc ueni.(He)Flammæ.(Hymes)Tempeſtas.(Error) Quia ignorarem quo uenirẽ. (Tænaris terra).i.Laconica,à Tænaro promontorio Laconiæ. (Petita).i.uenit claſſis mea dedita opera in hanc terram propter te.(Nec me) Occurrit obiectioni quia poſſet dici, q̃d propter alias cauſas ueniſſet,dicit ſe propter ſolam Helena ueniſſe. (Nec crede).i.nec crede me nauigare propter mercaturam,quia ſunt dies ſine hoc exercitio. (Tueantur) Seruent,quia ſatis ſunt mihi. (Spectator) Admirator,ut uideam pulchras urbes Græciæ.hæc

enim

enim solet esso multis causa nauigandi, vt in alienis terris videant præclara oppida. (Oppida) Vrbes, vt Virg. Ascreumque cano Romana per oppida carmen. (Diuitiora) Opulentiora, nam Asia ditissima est. Horat. Et dites Asiæ capos. Virg. Troianas vt opes. Cic. in Orat. pro lege Manilia de laudibus Pompeij. Asia vero tã optima est, & fertilis, vt Vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earũ rerum, quæ exhortantur, facile omnibus terris antecellat. (Aurea) Formosa (Pepigit) Promisit, vt in argumẽto primæ epistolæ, & huius diximus. (Animo) Cogitatione, desiderio. (Quam lumine) Quã oculis corporis. (Fama fuit pr. nũc. tui val.). i. prius audiui dici de pulchritudine tua.

QVAE rata sit) progrediens docet non inanem suam spem esse debere, cũ stabilita sit pollicicitatione Veneris, quæ Dea amorũ est. (Quæ) igitur spes. (Sit rata). i. firma, & non irrita. (Nec mater Am.). s. Venus, quæ sua fit mihi hoc iter. (Promiserit mihi te frustra). i. in vanum. Nam sup. quod dico tibi. (Nescia preces) Quasi peccatum sit contra Veneris iusta facere. (Ego aduehor monitu diuino). i. Deæ Veneris, & s. (Numen non leue). i. futile, nec cõtemptibile. (Adest). i. auctoritatem dat. (Cœpto). i. incepto meo. (Posco quidem magna præmia) Hoc in assentationem dicit, quasi pluris faciens adhuc præmia Veneris, quàm Palladis, ac Iunonis. (Cytherea) dicitur Venus à Cytheris Cypri luco. (Ego feci hac duce). i. Venere ducente. (Vias dubias). i. incertas, & incognitas mihi. A littore Sigæo). i. Troiano. Nam Sigæum promontorium est Troiæ. teci (dico.) (Puppe Phereclea). i. à Pherecle ædificata. (Vias dubias per longa freta). i. maria. (In mare nimirum) Vnde Neptunus ad eam Aen. 5. Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis. Vnde genus ducis. Nam è spuma maris nata dr̃ (Perstet). i. perseueret, optò Ven⁹. (Et vt) supple adiuuit æstus. i. feruores pelagi, sic adiuuet æstus pectoris mei. (Et deferat mea vota in suos portus). i. ad optatũ finem. Vt autem non seui nec dudum parto amore, se captum fateatur, addit. (Attulimus flãmas, tristis hyems). i. tempestas nautis tristitiam asserens. (Terra tænaris) Pro tænaria, patronymicũ à loco. (Quas habeo, Dij tueãtur opes) Aut satis diuitem se significat, nec propter diuitias velle negociari, aut se significat, q. d. nõ alias merces aduexi, quam meipsum. (Oppida sunt regni diuitiora). i. secũdũ artem à diuite, nam, sicut raro dicitur homo dis, sed diues, ita raro hõ diutior, sed diutior. (Ante tuos) Ante. i. prius vidi. (Animo). i. consideratione. (Vultus tuos, quàm lumine). s. externo oculorum. (Minor est tua gloria vero) Idem dixit regina Sabea ad Salomonem, sed non id notũ erat Paridi, qui & prior erat, & ethnicus. (Fame est pene). i. quasi (Maligna) Ex quo multo minus dixit, quasi per malignitatem, quam sit.

Hæc cẽtum & quatuor carmina nõ inueniũtur in antiquis exemplaribus, & quin & Planudes eos non agnouit, neque tamen dubium esse vlli potest, quin Ouid. ipsius sint, sed fortasse credendum est, cum epistolam hanc composuisset, aut dempsisse illum hæc, vt nimiã luxuriam, & loquacitatem quasi quãdam resecaret, quæ in his versibus cernitur, aut addidisse potius venustatis gratia (venusta enim & elegantia sunt eorum multa) luxuriam autem & abundantiam non solum hic poëta ut vitiũ nunquam fugit, sed & vt veritetem semper appetiuit. Animaduertendum tamen est, si hæc relinquantur carmina summouenda duo illa paulo inferius. Cum Venus, & Iuno Pallasque in vallibus Idæ, Corpora iudicio supposuere meo. Permoleste enim sæpius idem diceretur.

Nec tamen est mirum, si, sicut operat, arcu
Missibilibus telis eminus ictus amo.
Si placuit fatis, quæ ne conuellere tentes:
Accipe cum vera dicta relata fide.
Matris adhuc vtero partu remorante tenebar:
Iam grauidus iusto pondere venter erat.
Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.
Territa consurgit, metuendaq; noctis opacæ
Visa seni Priamo, vatibus ille refert.
Arsurum Paridis vates canit Ilion igni.
Pectoris vt nunc est fax fuit illa mei.
Forma, vigorq; animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erat.
Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idæ,
Deuius, & piceis, iliciumque frequens.
Qui nec ouis placidæ, nec amantis saxa capellæ,
Nec patulo tarde carpitur ore bouis.
Hinc ergo Dardaniæ muros, excelsaq; tecta,
Et freta prospiciens, arbore nixus eram.

Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moueri:
Vera loquar, vero vix habitura fidem.
Constitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni, Pleionesq; nepos.
Fas vidisse fuit: fas sit mihi visa referre:
Inq; Dei digitis crea virgo fuit.
Tresq; simul diuæ, Venus, & cum Pallade Iuno.
Graminibus teneros imposuere pedes.
Obstupui: gelidusq; comas erexerat horror:
Cum mihi, pone metum, nuncius ales ait.
Arbiter es formæ: certamina siste dearum:
Vincere quæ forma digna sit vna duas.
Ne ne recusarem, verbis Iouis imperat: & se
Protinus ætheria tollit in astra via.

* Tui.

Mens mea conualuit: subitoq; audacia venit:
Nec timui vultu quanque notare meo.
Vincere erant omnes dignæ: iudexq; verebar
Non omnes causam vincere posse suam.
Sed tamen ex illis iam tunc magis vna placebat:
Hanc esse vt scires, vnde mouetur amor.
Tantaq; vincendi cura est: ingentibus ardent
Iudicium donis sollicitare meum.
Regna Iouis coniux, virtutem filia iactat:
Ipse potens dubito, fortis an esse velim.
Dulce Venus risit: nec te pari munera tangant
Vtraque suspensi plena timoris, ait.
Nos dabimus quod ames: & pulchræ filia Ledæ
Ibit in amplexus pulchrior ipsa tuos.
Dixit: & ex æquo donis, formaq; probata
Victorem cælo rettulit illa pedem.
Interea (credo versis ad prospera fatis)
Regius agnoscor per rata signa puer.
Læta domus nato per tempora longa recepto:
Addit & ad festos hunc quoque Troia diem.
Vtq; ego te cupio, sic me cupiere puellæ:
Multarum votum sola tenere potes.
Nec tantum regum natæ petiere, ducumq;:
* *Sed nymphis etiam curaq;, amorq; fui.*
At mihi cunctarum subeunt fastidia: postquam
Coniugij spes est Tyndari facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam:
Lumina cum placido victa sopore iacent.

* Quid est qđ nymphis curæ se fuisse dicit, An ꝙ alias præter Oenonem amarit?

* Per vsquam Phrygiam ne.

Quid faciet præsens, quæ nondum visa placebas?
Ardebam: quamuis hic procul ignis erat.
Nec potui debere mihi spem longius istam:
Cærulea peterem quin mea vota via.
Troia caduntur Phrygia pineta securi,
Quæque erat æquoreis vtilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara siluis:
Innumerasq; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naues:
Texitur & costis panda carina suis.
Addimus antemnas, & vela sequentia malos:
Accipit & pictos puppis adunca deos.
Qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine paruo,
*Sponsor coniugij stat dea picta * sui.*
Imposita est factæ postquam manus vltima classi:
Protinus Ægæis ire iubebar aquis.
Et pater, & genitrix inhibent mea vota rogando:
Propositumq; via voce morantur iter.
Et soror effusis, vt erat, Cassandra capillis,
Cum vellent nostræ iam dare vela rates:
Quò ruis? exclamat: referes incendia tecum:
Quanta per has, nescis, flamma petatur aquas.
Vera fuit vates: dictos inuenimus ignes:
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portibus egredior: ventisq; ferentibus vsus,
Applicor in terras Oebali nympha tuas.
Excipit hospitio vir me tuus: hoc quoque factum
Non sine consilio, numinibusq; deum.
Ille quidem ostendit: quidquid Lacedæmone tota.
Ostendi dignum, conspicuumq; fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.
Vt vidi, obstupui: præcordiaq; intima sensi
Attonitæ curis intonuisse nouis.
His similes vultus, quantum reminiscor, habebat.
Venit in arbitrium cum Cytherea meum.
Si tu venisses pariter certamen in illud:
In dubium Veneris palma futura fuit,
Magna quidem de te rumor præconia fecit.
Nullaq; de facie nescia terra tua est.
*Nec tibi * par vsquam Phrygiæ, nec solis ab ortu*
Inter formosas altera nomen habet.

HVB. Credis & hoc) Extollit eius pulchritudinem, vt ita laudando eam alliciat ad amorem suum: nulla enim est mulier, quę laudibus suæ formæ non delectetur. Ouidius in 1. de arte: Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos. Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Credis & hoc nobis? minor est tua gloria vero:
Fama quę de forma penè maligna tua est.
Plus hic inuenio, quàm quod promiserat illa:
Et tua materia gloria victa sua est.
Ergo arsit merito, qui nouerat omnia Theseus:
Et visa es tanto digna rapina viro:
More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra

Ludis:& es nudis fœmina mixta uiris.
Quòd rapuit,laudo:miror, quòd reddit unquã:
Tam bona conſtanter prꝯda terenda fuit.
Ante receſsiſſet caput hoc ceruice cruenta:
Quàm tu de thalamis abſtraherere meis.
Te ne manus unquam noſtræ dimittere uellent?
Te ne meo peterer uiuus abire ſinu?
Si reddenda fores:aliquid tamen ante tuliſſem:
Nec Venus ex toto noſtra fuiſſet iners.
Vel tua uirginitas eſſet libata:uel illud,
Quod poterat ſalua uirginitate rapi.
Da modo te,quæ ſit Paridis conſtantia,noſces:
Flamma rogi flamma finiet una meas.
Præpoſui regnis ego te : quę maxima quondam.
Pollicita eſt nobis nupta,ſororque Iouis.
Dumque tuo poſſem circundare brachia collo:
Contempta eſt Virtus , Pallade dante,mihi
Cum Venus,& Iuno, Pallaſque in uallibus Idæ
Corpora iudicio ſuppoſuere meo:
Nec piget:aut unquam ſtulte elegiſſe uidebor:
Permanet in uoto mens mea firma ſuo.
Spem modo ne noſtram fieri patiare caducam
Deprecor,ò tanto digna labore peti.
Non ego coniugium generoſę degener opto:

Delectant etiam caſt ras pręconia formę &c. (Minor eſt uero) Quia minus dicitur de te,quam ſit. Maligna auara , & detractatrix , quia minus dicit , qua debet. (Gloria) Laus commendatio. (Eſt uicta ſua materia) id eſt à pulchritudine tua,quę eſt materia ipſius gloriæ. (Rapina) Præda , dictum eſt in epiſtola Hermiones, & Oenones de Helena rapta à Theſeo. (More) Cõſuetudine. (Tuę gentis) id eſt Laconicę . nam Lacedęmonii pręcipue palęſtra delectati ſunt, cuius etiam inuentores creduntur, unde Propert. Multa tuę Spartę miramur dona palęſtrę. (Nitida) Propterea,quod corpora oleo ungebatur , palæſtra autem latinę luctandi certamen ſignificat. (Conſtanter) Fortiter, animo ſe. (Ante) id eſt potius. (Hoc).i.meum. (Abſtrahere).i. eripereris.i.ante paſſus eſſem mihi incidi caput , quam te reddidiſſem. (Ne) An. (Vellent dimittere) q.d.non. (Viuus) Dum uiuerem. (Fores).i. fuiſſes propter neceſſitatem. (Tuliſſem) Accepiſſem. (Ante) Quàm fuiſſes reddita. (Ex toto) Penitus. (Libata) Deſumpta,guſtata. (Vel illud).ſ. oſcula. (Da modo) Quia poſſet obiici, ita dicis,ſed fortaſſe ita non faceres,dicit,fac periculum,& proba,uidebis quæ conſtantia ſit in me. (Flãma rogi).i.amor meus ſola morte finietur. Terent.in Andro. Hanc mihi , niſi mors,adimet nemo. (Flamma) In qua comburetur cadauer meum, cum ero mortuus. (Flammat) Amoris. (Quę maxima).ſ.regna. (Pollicita eſt) Vt plenè demonſtrauimus in argumento primę epiſtolę. (Nupta) ſororque Iouis.i. Iuno. (Virtus) ſapientia. (Contempta) ſpreta. (Dante) Dare uolente. (Elegiſſe ſtulte).ſ.quod te , potiuſquam regna , uel uirtutem elegerim. (In ſuo uoto) Quod primum habuit,ut te haberem coniugem. (Caducam) Fluxam, uanam. (Non ego) Incipit ſe laudare à nobilitate. (Non degenerer) Vel uilis genere,uel à maiorum uirtute remotus. (Generoſę) Tui nobiliſſimę.

A S C E N S I V S.

ET ſua) Alii legunt,& tua,ſed non procedit,quia ordo eſt. Et gloria ſua.ſ.quam ipſa cõferre poteſt.eſt tamen inepta utcunqpe legatur,reciprocatio,niſi dicatur,ſua.i.propria ipſi famę,quę gloriam conferre poteſt etiam inanem. (Eſt uicta).i.ſuperata. (Materia tua) Id eſt ſubiecto circa quod uerſatur gloria, quod illi prębes , quia plus materię glorię prębes famę,quàm ipſa retribuere poteſt glorię , ex quantitate autem cognoſcitur , quod ſua nominatiui eſt caſus,nam corripitur,tua autem,qui ablatiui caſus,produci deberet, unde malos eſſet uerſus legendo,tua &c. (Ergo arſit merito) Probat formam Helenes , etiam aliis probatam,nam ob eam rapta eſt à Theſeo , uerum integra reſtituta , quod ſignum cenſet, quia minus amauit,quàm ipſe,qui aliquid.i.ab ea pręlibaſſet, aut uirginitatem,aut ſaltem

oſcula,uidit autem,formã eius,inquit Theſeus,dum more uirginum Lacænarum nuda palęſtram exerceret.(Abſtraherere).i.abſtrahereris,nam inflectitur abſtraherer,abſtraheris &c.(Te ne)Nequaquam,nunquam.(Aliquid)Florem uirginitatis intelligit.Sicut Silenus in Buc.Huic aliud mercedis erit.(Tuliſſem).i.abſtuliſſem.(Libata).i. primũ cõtacta. Tractum à libaminibus,quæ ſummo tenus attinguntur ore. (Flamma rogi).i. exuſtionis meæ rogalis. (Finiet una).i.ſola,non ſimul,quia aduerbium eſſet,& ultimam produceret. (Meas flammas).ſ.amoris.i.ad mortem uſque te amaſſem,&tui amore arſiſſem.(Præpoſui regnis)Docet quanti eam faciat,& fecerit.Cum enim tres illæ ſummæ. Deæ iudicium pulchritudinis ad Paridẽ referrent,& Iuno regnorum Dea(eſt enim aër ſuper terram, ubi geritur omne ex mortalium regnum)promitteret pulcherrimũ regnum,& Pallas Dea ſapiẽtiæ(nam ex cerebro Iouis.i.puriore igne nata dicitur,unde uis ingenij & intellectus infundi putatur)promiſiſſet bellandi peritiam dicens:Te, ſi me ſequeris, non abſtrahet inuidus error: Venus autem per quam omnia, quæ naſcuntur,ueniunt,& oriuntur,pulcherrimam puellam promitteret,dicens(ut non ignobilis auctor deſcripſit) Plectra ſonora, ioci plauſus,laſciua uoluptas.Hæc mea,ſi reliquia me præfers ipſa puellam, Pro mercede dabo, qua non formoſior ulla.Reſpondit Paris:Grata mihi tua forma Venus,tua munera grata.Plus alijs mihi mente ſedes certaminis ecce Pignus habes uictrix auri ſpectabile malum.In qua re ſignificatur,quod hic poëta expreſſe docet,quia Paris,dum Helenã rapuit ob pulchritudinem,cum quia neque regnum,neque bellandi gloriam,aut peritiam habere potuit,uoluptatem gloriæ & ſapientiæ prætulit.Triplex enim aiunt bonũ,honeſtũ,ut ſapientiæ, quod Pallas cõfert,utile,ut regnorũ,cuius Iuno adminiſtratrix,unde Aeolus ad eam lib. Aen.1. Tu mihi quodcunque huc regni,tu ſceptra Iouemq́ue concilias. & delectabile, ut uoluptatum,quæ beluis cum hominibus communes ſunt. Ideo dicit dictorum carm. auctor. Hac in lite,triplex hominum mellita poëſis Depinxit ſtudium, quorum datur optio cunctis. Falluntur tamen optando plerique ſequaces.Luxus habet multos,honor,& ſapientia paucos,&c.(Nupta ſororq́ue)Et ſoror,& coniux Iouis Iuno, ſcilicet. (Contempta eſt uirtus) .ſ.bellica,quæ ſine ſapientia non recte adminiſtratur,unde Pallas tam ſapientiæ, quàm bellorum Dea eſt.(Nec piget,aut unquam ſtulte elegiſſe uidebor)ſuppple mihi,non uegat qn elegerit ſtulte,ſed tamen amanti non ita uidetur,unde cæcus fingitur amor.(Spẽ modo).i. dummodo, reperit autem,unde inceperat.Quę rata ſit &c.(Non ego coniugium) Docuit licitum eſſe,quod petijt,quia diuino monitu,& promiſſu,docet etiam ex perſona ſua, quia non minus nobilis ſit,imo nobilior,& ditior,& formoſior,& tali fęmina dignior,quàm Menelaus,deinde quòd eam non ad concubinatum,ſed ad coniugium poſcit.Nobilitatem autem Phrygum probat ex Ganymede deorum pincerna,Tithono Auroræ coniuge,&Anchiſa Veneris amato,imo(ſi Heleno Virgiliano credimus)Coniuge,dicit enim.Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

HVB. Turpiter) Dedecoroſe, ſed cũ magna laude tua. (Pleiada)ſuæ genealogiæ uetuſtatem repetit à Ioue,& Electra. Nam Iupiter concubuit cum Electra filia Atlantis quę fuit una ex ſeptem Pleiadibus,quæ in cœlum,in ſtellas translatæ ſunt,& ex ea genuit Dardanum, à quo Troiani originem, & nomen ducũt Ouid.in Faſt. Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum?.ſ. Electræ cõcubuiſſe Io

Nec mea(crede mihi)turpiter uxor eris.
Pleiada,ſi quæras,in noſtra gente,Iouemq́ue
Inuenies:medios ut taceamus auos.
Sceptra parens Aſiæ,qua nulla beatior ora eſt:
Finibus immenſis uix obeunda tenet.
Innumeras urbes,atque aurea tecta uidebis:
Quæque,ſuos * dicas templa decere deos.
Ilion aſpicies,firmataq́ue turribus altis
Mœnia,Phœbæ ſtructa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem,numeroq́ue uirorum?
Vix populum tellus ſuſtinet illa ſuum.

* dices

Occur-

Occurrent denſo tibi Troades agmine matres:
Nec capient Phrygias atria noſtra nurus.
O quoties dices:quam pauper Achaia noſtra eſt.
Vna domus quæuis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere ueſtrã:
In qua tu nata es,terra beata mihi eſt.
Parca ſed eſt Sparte:tu cultu diuite digna:
Ad talem formam non facit iſte locus.
Hanc faciem largis ſine fine paratibus uti,
Delitiisque decet luxuriare nouis.
Cum uideas cultos noſtra de gente uirorum:
Quales Dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem: nec dedignare maritum
Rure Therapnæo nata puella Phrygem.
Phryx erat noſtro genitus de ſanguine,qui nunc
Cum Diis potando nectare miſcet aquas.
Phryx erat Auroræ coniux: tamen abſtulit illum
Extremum noctis quæ dea finit iter
Phryx etiam Anchiſes:uolucrũ cui mater amorũ
Gaudet in Idæis concubuiſſe iugis.
Nec puto collatis forma Menelaus,& armis,
Iudice te nobis,anteferendus eris.
Non dabimus certe ſocerum tibi clara fugantẽ
Lumina,qui trepidos à dape uertat equos.

uem?Pleida).i. Electrã, quæ ita dicta eſt,uel à Pleione matre,uel à πλέω græce nauigo, quia nauigantes ſolent Pleiadas ipſas obſeruare. (Medios auos) .i.qui ſunt inter Iouem,& nos intelligit Erichthonium, Troem, Ilũ, Aſſaracum, capim,& reliquos. (Ora)Regio. (Beatior) Ditior, ut diximus ſupra. (Obeunda) Circumeunda.(Finibus immenſis)Propter magnos fines, & ambitus.) Innumeras) Infinitas. (Quæ dicas decere ſuos deos).i. quæ ſint ornata, & talia,quę deceant,quibus ſunt dicata. (Iliõ) Commemorat hoc oppidũ præcipue, in quo ſedes erat regnum Aſiaticorum. (Structa) Aedificata.(Canore.i.ſono ablatiuus eſt caſus. (Lyræ Phœbæ) Quia, ut alibi diximus, Neptunus, & Phœbus męnia Ilii condiderũt. eſt autem Ilium oppidum ipſius Troiæ maximum, & celeberrimum, nam Troia eſt regio. (Troades) Mulieres Troianæ. (Occurrent) Venient obuiam. (Agmine) Multitudine (Captent) Continebunt,quia erunt plures,quam poſſint ſtare in noſtra domo. (Achaia) Græcia.

(Vna domus) Quælibet ſola domus noſtræ regionis habebit opes unius ueſtræ urbis. (Nec mihi)Ne uideatur ſpernere Græciam,dicit ſe uenerari plurimũ Lacedæmona terrã natalẽ ipſius Helenæ.(Sparten)Lacedæmona. (Beata)Felix.(Mihi)Iudicio meo. (Parca) Non luxurioſa,neque ſumptuoſa in ueſtibus.(Tu digna cultu diuite).i.tu mereris ornatũ ſumptuoſum)Non facit)Non conuenit.(Paratibus)Ornatibus,cultibus.(Sine fine)Infinite.(Luxuriare(Abundare affluere.(Cum uideas) Sumit argumentum ornatus mulierũ ab ornatu uirorum,qui ſolẽt eſſe minus delitioſi.cũ ergo uideas uiros ita cultos. (Qualẽ,) q.d.multo ſumptuoſiorem,& ſplendidiorem.(Nurus)Puellas.(Facilem) Exorabile nõ duram,ut,Faciles uenerare Napeas.(Rure Therapnæo)Therapne Laconiæ oppidũ eſt. (Põponius Mela in Laconide Therapne,Lacedæmon,Amyclę.(Phryx erat)Laudat Phrygum nobilitatem.(Qui nunc cum diis potando)Ganymedem intelligit.Hic filius fuit Trois regis Troianorum,amatus à Ioue,qui cũ in Ida uenaretur,à Ioue in formam Aquilę transfigurato raptus eſt,& expulſa Hebe,quæ ſibi miniſtrabat,pincernam ſuum inſtituit.Ouid. lib.10.Met.Arripit Iliaden,qui nunc quoque pocula miſcet, Inuitaque Ioui nectar Iunone miniſtrat.)Nectare)Nectar potio eſt deorũ.(Aurorę coniux).i.Tithonus.Is frater fuit Laomedontis,qui ab Aurora amatus ex ea genuit Memnona,quẽ poſtea in auxiliũ Troianorum miſit.(Quæ finit extremũ iter noctis) Quia Aurora tenet cõfinia lucis,quã inchoat & noctis,quã finit.(Anchiſes)Is filius fuit Capis,formoſiſſimus, amatus à Venere,cum quo concũbens in mõte Ida poſtea apud Simoënta fluuiũ genuit Aen. (Volucrũ) Velociũ, habentiũ alas.(Amorũ)Sũt enim gemini,ut alibi diximus.(Gaudet) Quaſi te honeſta,uñ

& apud Virg. Cõiugio Anchisa Veneris dignate superbo. (Iugis) Vertice. (Nec puto) Laudat se à pulchritudine, & fortitudine, quib. duabus rebus prçponit se Menelao. (Collatus) Comparatus. (Iudice te) Iudicio tuo. (Non dabimus) Ita laudat se, ut deprimat patrē Menelai. dicit. n. se non habere patrum, qui sit futurus socer Helenæ, qui filios coxerit, & Solē eos scelere fugauerit. (Fugantem) Repellentem. (Trepidor) Vel territos, uel festiuos. (Adipe) A conuiuio suo scelerato. Fabula hoc habet. Atreus & Thiestes fratres fuerunt, filii Pelopis. Atreus uxorem habuit Aeropen nomine, quam cum frater Thyestes ardenter amaret cum ea concubuit, quod cum frater intellexisset, in ultionem huius sceleris filios coxit, & comedendos fratri apposuit assimulata cum eo concordia. hanc rem ne Sol uideret, dicitur auertisse se. De hac re scripta est Tragœdia apud græcos. ex Atreo creditur natus esse Menelaus, unde esset socer Helenæ. dicit ergo, non dabo tibi talem socerum. qualis fuit Atreus, qui humanas dapes fratri apponat.

ASC. PLEIADA) .s. Electram Dardani matrem ex qua Iupiter Dardanum genuit Troianorum progenitorem. (Beatior). i. ditior, & melius habens. (Canore). i. cantu sonoro, hic canor, huius canoris. dicitur. n. Apollo cum Neptuno mœuia Troiana fabricasse conuocādo saxa ad sonum liræ, quomodo Amphion ad constructionem menium Thebanorum. unde Horat. in arte. Dictus & Amphioni Thebanæ conditor Arcis Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere, quo uellet. Quod ideo fictum est, quia eloquentia, ut dicit Cic. lib. 1. Rhetor. in præfatione, uidelitet uir quadam eloquentia (quem per canorē hic intelligit) præditus primus homines siluestres in ciuitatis concordiam, & ad mœnia construenda concitauit, ut in dicto libro attestatur Hora. Neptunus autem, quia aquarum Deus est, adiutor fuisse dicitur, quia sine aquis non fit conglutinatio, & ad eas descendunt fundamenta, quæ Neptuno sacrantur, unde quia (ut in fabulis est) iusiurandum non seruauit Laomedō, dicitur Aen. 2. Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. (Opes urbis). i. quæ sufficiant urbi. (Sparte) Græce, nam Latine dicitur Sparta. (Non facit. i. non est idoneus locus iste. i. uilis. (Luxuriare). i. superfluere in quauis re, unde & segetes nimium uegetæ dicuntur luxuriare: &, quia habito nimis ampla Venerem excitat, uocamus carnis petulantiam, luxuriam. Cum uideas cultus nostra de gente uirorum. Hunc damnat in Aenea Iarbas Aen. 4. dicens. Et nunc ille Parie cum semiuiro comitatu, Mœonia mentum mitra crimenque madentem Subnixus rapto potitur &c. Et eundem laudat Paris, sed mulieri, ueruntamen sunt quibus animus est longe alius, de quibus uidelicet dicit Iuuen. Sat. 6. Ferrum est, quod amant. (Nec puto collatis forma Menelaus, & armis) Quod summe necessarium erat, incipit Menalai amorem excludere, sicut Maro dicit, abolere Sichæum. (Socerum). s. Thyestem, sed Priamum. Nam à cœna Thyestæ auertit Sol equos, ad quod alludit Dido Aen. 1. dicens. Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab urbe.

Nec pater est Priamo soceri de cæde cruentus:
Et qui Myrtoas crimine signat aquas.
Nec proauo stygia nostro captantur in unda
Poma: nec in mediis quæritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? si tenet ortus ab illis:
Cogitur huic domui Iupiter esse socer.
Heu facinus, totis indignus noctibus ille
Te tenet: amplexu perfruiturque tuo.
At mihi conspiceris posita uix denique mensa:
Multaque, quę ledāt, hoc quoq; tēpus habēt.
Hostibus eueniant conuiuia talia nostris:
Experior posito qualia sæpe mero.

HVB. NEc pater est) id est nec pater Priami auus meus socerum suum interfecit, sicut Pelops auus Menelai. diximus supra in epistola Hermiones fabulam Oenomai patris Hyppodamię, quam Pelops cuisu uicit. Is autem Pelops, ut regno soceri poteretur, eum interfecit. (Et qui Myrtoas) id est nec dabimus auum. qui aliquem in mare præcipitauerit submergendum, sicut Pelops Myrtilium aurigam Hippodamiæ, quo fauente eam uicerat, in mare præcipitauit, à quo mare Myrtoum

Pœnitet hoſpitii:cum me ſpectante lacertos
 Imponit collo ruſticus ille tuo.
Rumpor: & inuideo(quid nũc tamen omnia narrem?
 Membra ſuperiecta cum tua veſte fouet.
Oſcula cum vero coràm non dura daretis:
 Ante oculos poſui pocula ſumpta meos.
Lumina demitto,cum te tenet arctius ille;
 Creſcit & inuito lentus & in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus:& te laſciua notaui,
 In gemitu riſum non tenuiſſe meo.
Sæpe mero volui flammam compeſcere: at illa
 Creuit:& ebrietas ignis in igne fuit.
Multaque ne videam,verſa ceruice recumbo:
 Sed reuocas oculos protinus ipſa meos,
Quid faciam, dubito:dolor eſt meus illa videre:
 Sed dolor à facie maior abeſſe tua eſt.
Qua licet,& poſſum luctor cęlare furorem:
 Sed tamen apparet diſsimulatus amor.
Nec tibi verba damus:ſentis mea vulnera,ſentis:
 Atque vtinam ſoli ſint ea nota tibi.
* Ah quoties lacrymis venientibus ora reflexi:
 Ne cauſam fletus quæreret ille mei.
Ah quoties aliquem narraui potus amorem,
 Ad vultus referens ſingula verba tuos.
Indiciumque mei ficto ſub nomine feci:
 Ille ego,ſi neſcis,ſterus amator eram.
Quin etiam,vt poſſem verbis petulantibus vti:
 Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.
Frodita ſunt(memini)tunica tua pectora laxa:
 Atque oculis aditum nuda dedere meis:
Pectora vel puris niuibus,vel lacte,tuamque

dictum eſt.hęc fabula loco ſupra dicto narrata eſt. (Nec proauo) Amplificat odium gentis Menelai,dicẽs,nec proauus meus damnatus eſt apud inferos eadem pęna,vt aquam vſque ad os habeat & poma,neque tñ bibere,aut comedere poſſit,ſicut Tãtalus proauus Menelai,Tantalus enim cũ eſſet familiariſſimus deorum, & Iouem cum ceteris dijs ad conuiuium inuitaſſet, dicitur Pelopẽ filium ſuũ coxiſſe, & deis comedendũ appoſuiſſe,vt eorum diuinitatem tentaret,à quo oẽs abſtinuerũt excepta Cerere,quæ humerũ eius conſumpſit. poſtea cũ ad vitã reuocare vellent, humerus eſt ei eburneus reſtitutus:vnde Virg.Humeroque Pelops inſignis eburno. Inde Tãtalus hac pœna damnatus apud inferos dicitur,vt nec vndis,nec pomis tãgentibus ora perfruatur.Sunt tamen, qui eum hac pœna non ꝑ cædem filij,ſed quia indicauerit arcana deorum, damnatum putẽt, quod quidẽ Ouid. in 1.Am. ſignat.Quærit aquas in aquis,& poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit, & idem lib. 4. Am. Sic aret medijs tacitis vulgator in vndis. Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet. Euripides dicit eũ ſuſpenſum in aëre, propterea quod aduerſus deos eſſet maledicus. (Quid refert?) Quid intereſt? quid mihi prodeſt,maiores Menelei tales eſſe? (Si ort⁹).i.ſi Menelaus natus ab illis. (Tenet te)Placet tibi. (Cogitur)ſubaudi,ſi.(Iupiter cogitur eſſe ſocer huic do.).i.contra voluntatem ſuam cõpellitur eſſe ſocer ipſius Menelai,qui eſt de gente ita ſcelerata, & impia, nam ſi Helena, quæ eſt filia Iouis,ſi eius vxor, neceſſario Iupiter erit eius ſocer.(Heu facinus)Pergit adducere eũ in odium. (Indignus) Qui non meretur talẽ vxorẽ.(Mihi)q.d.qui te amo ex corde.(Vix deniq;).i.etiã cũ difficultate.(Poſita) Parata.(Hoc tẽpus)Menſæ,& cœnę. (Quæ lædãt) Quæ diſpliceant.(Eueniãt) Optãtis eſt. (Talia)Ita acerba.(Pœnitet hoſpitij).i.pœnitet me eſſe in ea domo.(Ruſticus)Incultus,ſine moribus,& blanditijs.(Rũpor).ſ.dolore (Cũ ille)Menelaus.(Fouet tua mẽbra veſte ſuperiecta).i.cũ te amplectit,& tenet in vlnis ſub veſte ſua. (Quid nũc)Hæc dicta ſunt ꝑ parẽtheſim.(Nõ dura)Mollia,& laſciua. (Poſui pocula ante oc.)Ne viderẽ (Demitto)Inclino.(Arctius)ſtrictius.(Creſcit in ore cib.)vr̃ creſcere,quia præ dolore comedere nõ poſsũ. Iuue.Interq; molares difficili creſcẽte cibo.Ex anxietate.n.cib.multũ cõmaſticat⁹,& cõmã

ſus

*. Hæc omnia ab amatore eſſe faciẽda oſtẽdit Oui.2. de Arte amandi.

ſus vix poteſt demitti per fauces.(Notaui) Aduerti. (Compeſcere coërcere. (Ebrietas fuit ignis in igne) Quia ex vino creſcit amor. Ouid. lib. 3. de Arte. Cum veneris puero non male Bacche facis. Idem: Vina parant animos, faciuntq́; caloribus aptos, vnde Paulus apoſtolus. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. (Recumbo) Diſcumbo ad menſam. (Ceruice verſa) Verſo capite in aliam partem. (Protinus) Statim, quia non diu poſſum manere, quin te aſpiciam. (Maior). ſ. quam videre. (Ab eſſe) Diſcedere. (Qualiter) Quatenus licet. (Luctor) Conor. (Diſſimulatus) Occultatus. (Nec damus verba) Nec te decipimus. (Tibi ſoli) Ne alius aduertat. (Reflexi) Retroflexi, ne videret lacrymari. (Ipſe) Maritus tuus. (Potus) Cum bibiſſem. (Aliquem amorem). i. amorem alicuius. (Referens) Conuertens. (Ad tuos vultus) Vt intelligeres me ea dicere pp te. (Indicium) Demonſtrationem mei ipſius. (Sub nomine ficto) Nam cum alium nominarem amãtem de me ſignificabam. (Ille) Cuius amorem narrabam. hæc autem omnia eſſe facienda ab amatore oſtẽdit Ouid. libr. 2. de arte. Hic tibi multa licet ſermone latentia tecto Dicere, quæ dici ſentiat illa ſibi, Blanditiasq́; leues tenui perſcribere vino, vt dominam in menſa ſe legat ille tuam, Atque oculos oculis ſpectare fatentibus ignem, &c. (Petulantius) Licentius, audacius. (Non ſemel). i. ſæpius. (Simulata). i. oſtendit me eſſe ebrium, quod Ouid. in 2. de arte præcipit. Ebrietas, vt vera nocet, ſic ficta iuuabit. Fac titubet bleſo ſub dola lingua ſono. Et quidquid dices facies ue proteruius æquo: Credatur nimium cauſa fuiſſe merum. (Prodita) Aperta. (Tunica laxa). i. veſte laxata, & largius aperta. (Nuda). ſ. pectora. (Dedere aditum oculis). i. viſa ſunt oculis meis. (Pectora) Laudat pulchritudinem, & candorem eius pectoris, dicit potuiſſe comparari vel niuibus intactis, vel lacti, vel ei cygno, in quem Iupiter transformatus concubuit cum Leda eius matre, cum enim omnes cygni ſint candidi, credibile eſt, illum fuiſſe candidiſſimum.

ASC. NEC pater). ſ. Pelops Thyeſtæ pater. qui Pliſthenem genuit, vnde Agamemnon, & Menelaus nati ſunt, quamuis Atride dicantur. (Nec proauo). ſ. Tãtalo, qui proauus eſt Menelai, quia pater Pelopis. (Cogitur huic). ſ. tam ſceleſtæ (Domui). i. familiæ. (Iupiter eſſe ſocer,) q. d. tam bonus deus, qui Iupiter dictus eſt. i. iuuans pater. indignum ergo cenſet Helenam filiam Iouis ex Leda Tyndari vxore progenitam, in tam ſceleſtam familiã detruſam, innuens contra ſe ea dignum, quidpe qui de ſanguine Iouis ortus ſit. (Et te laſciua) Per gratam petulantiam, libertatem, ac proteruiam hoc profert Paris, quaſi inuidia percitus & Zelotypia æſtuans, qua re nihil gratius amantibus. Sic Maro. Malo me Galathea petit laſciua puella. (Ebrietas). i. ſuperabundantia vini. (Fuit ignis). i. incendium. (In igne). i. in amore. (Aut Ebrietas ignis). i. amoris. (Fuit in igne). ſ. indignationis. (Quid faciam dubito) Amatorie docet cruciatum ſuum, cum neq; videre, neq; nõ videre patiatur eam. nam videnti dolet à ruſtico tractari, non videnti, non poſſe talem vultum contemplari. (Narraui potus) Quia poſt potum & laſciua narrari ſolent, & liberius, incautiusque. vnde Flaccus dicit. Reges dicuntur multis vrgere cululis, Et torquere mero, &c. (Prodita ſunt) Quia gaudẽt ſummopere formoſæ laudari, laudat eam à forma, & lepore corporis.

Complexo matrem candidiora Ioue.
Dum ſtupeo viſis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis a digitis excidit anſa meis.
Oſcula ſi natæ dederas: ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modo cantabam veres reſupinus amores:
Et modo per nutum ſigna tegenda dabam.
Et comitũ primas Clymenẽq́;, Aethrãque tuarũ
Auſus ſum blandis nuper adire ſonis.
Quæ mihi nil aliud, quàm formidare locutæ,
Oranti medias deſeruere preces.

HVB. DVm ſtupeo). i. vix ſum apud me. (Viſis). ſ. pectoribus tuis. (Anſa) dicitur in proculis ea pars, qua manu capitur, & tenetur poculum, Virgi. in Buc. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa, nam manubrium, & capulum de gladijs dicimus. (Tortilis) Fiebat enim anſa torta. (Excidit) ideſt cecidit à manu. (Nam pocula) Per parentheſim legendũ eſt. (Nate) Filię tue Hermione. (Ego tuli illa,) ideſt ego oſculabar illam, vbi tu de-

Dii facerent, precium magni certaminis esses:
Teque suo posset uictor habere toro.
Vt tulit Hippomenes Schœneida pręmia cursus:
*Venit ut in Phrygios Hyppodamia sinus.
Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit:
Dum petit amplexus Deianira tuos
Nostra per has leges audacia fortiter isset:
Teque mei scires esse laboris opus.
Nunc mihi nil superest: nisi te formosa precari:
Amplectique tuos, si patiare, pedes.
O decus, ò præsens geminorum gloria fratrum.
O Ioue digna uiro, ni Ioue nata fores.
Aut ego Sigæos repetam te coniuge portus:
Aut hic Vænaria contegar exul humo.
Non mea sunt summa leuiter districta sagitta
Pectora: descendit uulnus ad ossa meum.
Hoc mihi (nam repeto) fore, ut à cœleste sagitta
Figar, erat uerax uaticinata soror.
Parce datum fatis Helenę contemnere amorem:
Sic habeas faciles in tua uota deos.
Multa quidẽ subeũt: sed corã ut plura loquamur,
Excipe me lecto nocte silente tuo.
An pudet? an metuis uenerem temerare maritã?
Castaque legitimi fallere iura tori?
Ah nimium simplex Helenæ, ne rustica dicam,
Hanc faciem culpa posse carere putas?
Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est:
Is est cum forma magna pudicitiæ.
Iupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis:
Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem.
Vix fieri, si sint uires in semine amorum:
Iouis & Ledæ filia, casta potes.

deras oscula tua. (Modo) Interdum. (Tegenda) Cælanda. (Per nutus) Vt ipse in 1. Amor. Me specta, notusque meos, uultumque loquacem. (Primas) id est præcipuas, & tibi intimas. (Aethram) Hæc creditur fuisse mater Thesei, ut alibi diximus. (Adite) Alloqui, hoc præcepit Ouid. in 1. de Arte. Sed prius ancillam captate nosse puellæ Cura sit, accessus molliet illa tuos. (Quæ) Comites tuæ. Non locutæ aliud) .i. aliud respondentes. (Quam formidare) Quam se timere. (Deseruere medias preces) .i. noluerunt audire omnes meas preces. (Precium certaminis esses) id est ut proponereris precium ei, qui te in aliquo magno certamine uincendo consequeretur. (Vt tulit) Sumit exempla quorundam, qui certarunt pro amore, quos dicit se esse imitaturũ. (Schœneida) Atalantam filiam Schœnei, quæ cũ ab oraculo accepisset, ut uitaret coniugium, cum esset pernicitate pedum præstantissima. & multi eam uxorem peterent. hanc cõditionem procis imponebat, ut à se currendo uicti morte plecterentur, uictor eius coniugio potiretur. Cum igitur inter multos, qui eam petebant, adesset Hippomenes illius pulchritudine incensus, uenerem in auxilium rogauit, quæ ex Damasceno agro Cypri tria mala aurea ei attulit, monuitq; ut intercurrendum uirgini ea obiiceret, fore enim ut illorum cupiditate tardaretur. parens igitur eius præceptis unum in obliquum coniecit, ad quod primum capieudum Atalãta à cursu diuertit, mox alterum, & postremo territum, quæ omnia dũ puella cupida attollere curat, cursu ab Hyppomene est pręuenta, & superata. postea ingratus aduersus Venerem fuit. quare illa indignata impatientiam libidinis in eos immisit, ita ut in loco sacrato Cybele matri deorũ concubuerint, ob quam causam in leones conuersi sunt à Cybele. ut scribit Ouid. lib. 10. Met. Dicit ergo Paris, quod sicut Hippomenes non territus conditionẽ mortis certamine cursus Atalantã meruit, ita & ipse idẽ facerẽt pro Hele. (Alcides Hercules. (Cornua Acheloia) .i. cornua Acheloi, q & ipso ꝑ Deianira certauit. dictũ est ĩ epistola Deianire in eo loco, Ne pigeat, pugnæ bis tibi causa fui Cornua flẽs legit rapidis Achelous in undis. (Nostra) subauditur sic. (Per has leges) Per tales conditiones ausus

*Addũtur ĩ aliquibus hęc duo carmina. Quę ꝑ pero cursu uicerat ante procos. Sic & tu Phrygias uenies regina per urbes.

essem

essem ire.(Te esse opus mei laboris).i.te meo labore esse comparandam.(Nil superest) Nil restat,quia non proponeris talibus certaminibus.(Amplecti pedes)Quod precantes facere solent.(O deus)Precatur eam,& laudat simul.(Fratrũ)Castoris,& Pollucis. (Digna Ioue uiro.)Digna,quæ esses uxor Iouis,nisi esses filia(Sigæos)Troianos(Te coniuge)Te abducta mecum in coniugem.(Aut cõtegit)Sepeliar.(Humo Tænarea)In hac tua terra Laconica.(Exul)Nunquam amplius domum reuersus.(Districta)Percussa. Leuiter)Parum, sed uehementer.(Vulnus)Amoris.(Ad ossa)In medullas.(Hoc)Ostendit amorẽ suum esse fatalem,quem dicit prædictum sibi fuisse à Cassandra sorore sua diuinatrice.(Repeto)In memoriam reduco.(Fore)Futurum esse.(A sagitta cœleste).i.ab amore cœlestis mulieris. notandus est autem hic ablatiuus cœleste in e cõtra regulam desinens necessitate metri.(Parce)Serua,noli.(Helenę)Vocatiuus est à nominatiuo Helenę.(Sic) Adiurãtis est.(Faciles) Exorabiles,benignos.(In tua uota)Ad ea,quæ optaueris.(Subeũt)Succurrunt,ueniunt in mentem,quæ possem scribere.(Coram) Præsentes.(An pudet)Excipere me lecto tuo?(Legitimi)Menelai,quem legitimam tibi putas.(Simplex)Imprudẽs.(Ne rustica dicam)q.d. quod etiam possum dicere,si habes hunc timorem.(Hanc)Talem.tam pulchram. (Putas) q.d.falleris.(Mutes faciem)Vt non sis pulchra.(Non dura).i.facilis. (Lis est) Sententia est rhetorica,pudicita,& pulchritudo non concorditer simul esse possunt.Iuuen.Rara est adeo concordia formæ atque pudicitię.(Furtis) Adulterijs. (Hæc) Talia. (Iouem patrem tibi) Quia nisi mater tua,quæ uxor erat Tyndarei cum Ioue concubuisset,non esset pater tuus. (Vix fieri)Latenter ostendit filios;filias ue trahere mores à parentibus,dicit enim cum sis filia Iouis, & Ledæ,qui adulterio delectati sunt,uix potes esse casta Ordo.Tu filia Iouis,& Ledæ uix potes esse casta.(Si uires amorum sunt in semi).i.sunt in generatione.i.si filij trahunt uim amoris à generatione parentum.

ASC. IOVE complexo matrem)Quia conuersus in cygnum complexus est Ledam,quæ ex eo,& Tyndaro duo oua concepit,ex quorũ altero natus Pollux,& Castor . unde Horatius, ouo prognatus eodem,& cetera.Creditur tamen Castor Tyndari filius , & ob id mortalis fuisse.(Anse)Est,qua capitur poculũ,in Bucolicis,Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.Erant autem aliquando ansæ tortiles.i.intortæ,& interdum sculptæ.Vnde in eisdem.Et molli circum est ansas amplexus acantho.(Et comitum primas).i.principes inter pedissequas,ac comites tuas,quia ab illis(ut Ouid.in arte docet)Auspicãdus est amatoribus aditus.(Quæ non locutæ mihi aliud,quam formidare)Supp.se.(Deseruere medias preces orãtis).s.mei,hoc est preces meas orantis eas,& ita significat longe aliud respondisse,sed minatas fuisse illi mortẽ,si amplius loqueretur,nec uoluisse auscultare,unde quia seclusa est uia per eas,exclamat,q.d.O utinam dij facerent,&c.(Dij facerẽt)Subaudi utinam, q.d.si darẽt aliqua tui acquirendæ uia,adirem,etiam cũ uitæ periculo,sicut Atalantam acquisiuit Hippomenes,& Deianiram Hercules.ut in Deianira prætactum est.(In phrygios sinus)Hos uersiculos non omnes codices habent,immo paucissimi.(Vt à cœleste)Rara declinatio,nã cęlesti regulariter dicitur,uerum sicut cœleste licenter dixit,ita & in genitiuo plurali cęlestũ,pro cœlestium,sicut & Maro.Cœlestum uis magna &c. (Lis est cum forma) Sic Iuuen. Rara est concordia formæ,Atque pudicitiæ.

Casta tamen tunc sis:cum te mea Troia tenebit:
  Et tua sim quæso crimina solus ego.
Nunc ea peccemus,quæ corriget hora iugalis:
  Si modo promisit non mihi uana Venus.
Sed tibi & hoc suadet,rebus, non uoce,maritus:
  Neue sui furtis hospitis obest,abest.
Non habuit tempus, quo Cresia regna uideret
  Aptius:ò mira calliditate uirum.
*Exit:& Idæi mando tibi,dixit iturus.

HVB. CAsta tamen) Dicit nunc ueli fallas maritum tuum: sed cum eris mecum, sis casta , & cũ nullo pecces , nisi mecum . (Ea committiamus. (Quæ hora iugalis corriget) id est quæ postea emendabit matrimonium,& faciet non esse peccatum , corrigitur enim adulterium cum adulteri legitimo copulantur matrimonio.(Non uana) Non fal-

*Ille abit,id est i

Curam

Curam pro nobis hoſpitis vxor agas.
Negligis abſentis(teſtor) * mandata mariti:
Cura tibi non eſt hoſpitis vlla tui.
Hunccine tu ſperas hominē ſine pectore, dotes
Poſſe ſatis formæ Tyndari noſſe tuæ?
Falleris: ignorat: nam ſi bona magna putaret,
quæ tenet: externo crederet illa viro?
Vt te nec mea vox, nec te meus incitet ardor:
Cogimur ipſius commoditate frui:
Aut erimus ſtulti, ſic, vt ſupremus & ipſum:
Si tam ſecurum tempus abibit iners.
Penè ſuis manibus ad te deduxit amantem:
Vtere mandantis ſimplicitate viri.
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili:
In viduo iaceo ſolus & ipſe toro.
Te mihi, meque tibi communia gaudia iungant.
Candidor medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina: meque
Aſtringam verbis in ſacra iura meis.
Tunc ego, ſi non eſt fallax fiducia noſtri:
Efficiam, præſens vt mea regna petas.
Si pudet: aut metuis, ne me videare ſecuta:
Ipſe reus ſine te criminis huius ero.
Nam ſequar Aegidę factum, fratrumq; tuorum:
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theſeus: geminas Leucippidas illi:
Quartus in exemplis annumerabor ego.
Troica claſsis adeſt armis inſtructa, viriſque:
Iam facient celeres remus, & aura vias.
Ibis Dardanias ingens regina per vrbes:
Teque nouam credet vulgus adeſſe deam.
Quaq; feres greſſus, adolebũt * cinnama flãmæ:
Cæſaq; ſanguineam victima planget humum.
Dona pater, fratresq;, & cum genitrice ſorores,
Iliadeſque omnes, totaque Troia dabit.
Hei mihi vix a me pars dicitur vlla futuri:
Plura feres, quàm quæ littera noſtra refert.

ſa, quod ſis futura vxor mea. (Sed tibi) arguit à cõmoditate, q̃ abſentia mariti ei prȩſtat. (Rebus) Effectu. (Non voce) Quia non dicit tibi, vt hoc facias, ſed ſignificat ſe eſſe contentũ, cum me hic pñte diſceſſit. (Et abeſt) ne obſtet furtis ſui hoſp.). i. ne præſentia ſua impediat amorem, & concubitum meũ tecum. (Creſſia) Cretenſia. Nam vt dixi, Menelaus profect⁹ fuerat in Cretã, quo tp̄e Paris in eius domo hoſpitabatur. (O mira cal.) Pro miræ calliditatis, & aſtutiæ, & ironia, q.d. ò ſimplicẽ, & ſtultũ hominem. (Ipſe,) q.d. ſtultus. (Iturus) Abiturus. (Dixit ò vx.) O Helena. (Mando) Committo tibi, & præcipio. (Hoſpitis Idæi) Paridis Troiani, ab Ida monte Phrygiæ. (Negligis) quia ei non pares. (Tyranni) Regis, vt Virg. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyrãni. Legit̃ tñ etiam hic mariti. (Hunccine) Adducit Menelaũ in contemptum dicẽs eſſe fatuũ, & ſtultum qui nõ poſſit cognoſcere pulchritudinem ipſius Helenæ. (Hunccine) pro hũc ne. (Sine pe.). i. ſine ſapientia. Hor. in epiſt. Non tu corpus eras ſine pectore. (Dotes) Precium excellentiam. (Tyndari) O Helena. (Magna b.) .ſ. pulchritudinem. (Non cr.) Non cõmitteret. (Vt) Quamuis. (Mea vox) mea verba & eſt ſenſus, licet nec verbis meis, nec vehementi meo erga te amore exciteris, tñ eſt fallendus maritus tuus, & debes mihi morẽ gerere, quia ſimplex eſt, & ſtultus. (Vt ſuperemus & ipſum). i. vt ſimus etiá ipſo ſtultiore. (Iners) ideſt ſine effectu amoris, & concubitus. (Amantem) Me. (Penè) Ferè ſuis manibus, quod ſolẽt facere leones, & lenæ. Tibul. Hæc mihi te abducit tenebris, multoq; timore. Coniungit noſtras clam taciturna manus. (Sola) Dicit eſſe conueniens, vt ei morem gerat, & vno lecto coniungantur, quia ambo ſoli dormiũ. (Cõmunia) Quę vterq; capiemus. (Gaudia) Voluptates. (Candidior). i. erit mihi ita iucũda, vt videat̃ eſſe lætior medio die. (Quæuis) quælibet. (In ſac. iu.). ſ. matrimonij. i.

mando tibi (dixit iturus.)

* Mandata tyranni.

* Cinnamum, ideque cinnamomũ, gen⁹ aromatis odoriferi ex frutice, vide Plin. li. 20. c. 30

obligabo

obligabo me futurum semper maritum tuum.(Petas mea reg.).i.venias in Troiam. (Si pudet)Occurrit obiectioni.(Ne videare sec.me).i.ne videaris spōte'discessisse.(Ipse ero reus) Volo oēm culpā huius facti in me transferri.(Sequar)Imitabor.(Aegidæ)Thesei.(Fratrū tuorum)Castoris,& Polluci.(Te rapuit)Dictum est supra.(Illi)Castor,& Pollux.Geminas Leucippidas).i.duas filias Leucippi subaudi rappuerunt.Fabula autem hoc habet. Leucippus duas habuit filias Phœben,& Elairam,quæ desponsatę Idę,& Lynceo iuuenibus fortibus,die nuptiarum à Castore,& Polluce earum amore accensis raptæ sunt, cum Castora Lynceó interfectum dicunt.hanc fabulam scribit plene Ouid.lib.5. Fast.& eam breuiter tetigit Propter.Eleg.2.his verbis.Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe,Pollucem cultu nō Elaira soror.(Propiore)Quam fratrum tuorum.(Tangi)Moueri,incitari. (Troica) Arguit à facilitate discendendi.dicit enim se habere omnia parata.(Ibis)Pollicetur ei magnos honores in regno Troiæ.(Quaq; feres)Dicit quod ei fient honores,tanq̃ deæ.(Adolebunt)Cremabūt.(Cinnama)Genus est aromatis odoriferi ex arbuscula,quam Aethiopia mittit.(Cæsa)Interfecta sicut numinibus.(Planget)Percutiet,cum in terram cadet. (Dona)Allicit eam munerum pollicitatione.(Iliades)Troianæ mulieres. (Tota Troia)Continens pro contento.i.omnes Troiani.(Vlla).i.minima.(Feres)Accipies.

ASC. SED tibi & hoc suadet &c.)Docet maritum quasi consentientem opportunitatem fecisse,qui in Cretam proficiscens hospitem domi suæ derelictum coniugi tam formosæ commendauerat,vñ per ironiam manifestā exclamat,o mira caliditate virum.(Hunccine,&c.) Argute probat Menelaum esse indignum tam formosa coniuge,nam pulchritudo & forma potest satis coli,& amari ab eo,qui eam ignorat, quemadmodum Menelaus, qui tam stolidus,atq; rerum imperitus erat,vt coniugem hospiti,atq; hospitem coniugi commendaret. vocat ergo hominem sine pectore,idest sine corde. Nam in pectore,& corde videtur prudentia,vnde cordatos vocamus, quibus res suæ cordi sunt, atq; eas prudenter curant.(Tyndari)Patronymicum putatiuum putabatur enim Tyndari filia.est ergo vocatiuus à nominatiuo Tyndaris.(Commoditate ipsius).i.quam ipse nobis per abscentiam suā præstat.(Aut erimus stulti)Si.s.tam expectandam opportunitatem in vacuum transire sinamus. (Tempus securum)In quo nos securi esse possumus,cum absit maritus, & hospitio tuo susceptus sim.(Vtere mandantis supplicitate viri).i.tam simpliciter,hoc est sine caliditate obsequere,vt ille mandauerat.(Cādidior).i.melior,& aptior, quia bona tempora candidis lapillis signabant Cretes, & Thraces.) Ipse reus sine te).i.in me omnem culpam assumam, nec dicam te secutam me,sed raptam à me.(Factum,Aegidæ).i.Thesei,qui ipsam prius rapuerat, vt ipse declarat persequentia. (Troica classes adest) Docet faciliter rapi posse, & difficulter repeti,raptam quoque magis veneratum iri,quam dimissam,cum pro dea apud Troiam habenda sit.(Adolebunt).i.incendent,cremabunt.(Victima planget humum sanguineam).i. quam sanguineam faciet plangēdo.i.concutiendo eam pectore suo. Vnde planctus proprie fit cum percussione pectoris,sicut de Anna dicitur Aeneid.4.Vnguibus ora soror fędans,& pectora palmis.(Hei mihi)Dici solet,quando rebus dicendis impar est,qui dicit.(Vt,ei mihi) Qualis erat, quasi dicat eloqui nesciam.

HVB. NEc) Occurit obiectioni, & eam refutat,quod nulla bella propter eam mouebuntur, & probat id exemplo multarum, quæ raptæ sunt, nūquam tamen repetitæ. (Conciter) Commoueat contra me. (Quæ) q.d.nulla. (Vanos) Stultos, & sine causa. (Nomine Aquilonis) Historiam tetigit, non fabulam. (Erechtheus rex Ateniensium filia dua habuit formosissimas qua-

* Magna.
* ecquæ est repetita.
* Et tuta a bello.

Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur:
Concitet & vires Græcia * tota suas.
Tot prius abductis, * quę nam est repetita per arma?
Crede mihi, vanos res habet ista metus.
Nomine reperunt Aquilonis Erechthida Thraces:
* Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.
Phasida puppe noua vexit Pegasæus Iason:
Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.
Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Theseus:

Nulla

Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.
Terror in his ipſo maior ſolet eſſe periclo:
Quæq; timere libet, pertimuiſſe pudet.
Finge tamen, ſi vis, ingens conſurgere bellum:
Et mihi ſunt vires: & mea tela nocent.
Nec minor eſt Aſiæ, quàm veſtræ copia terræ:
Illa viris diues, diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quàm Paris: aut armis anteferendus erit.
Pene puer cæſis abducta armenta recepi
Hoſtibus: & cauſam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes vario certamine vici:
In quibus Ilioneus, Deiphobusq; fuit.
Ne ue putes, non me niſi cominus eſſe timendū:
Figitur in iuſſo noſtra ſagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ:
Inſtruere Atridem non potes arte mea.
Omnia ſi dederis: nunquam dabis Hectora fra-
Vnus is innumeri militis inſtar erit. (trem:
Quid valeam, neſcis: & te mea robora fallunt:
Ignoras, cui ſis nupta futura viro.
Aut nullo igitur belli repetere tumultu:
Aut cedent Marti Dorica caſtra meo.
Nec tamen indigner pro tanta ſumere bellum
Coniuge: certamen præmia magna mouent.
Tu quoque ſi totus de te contenderit orbis:
Nomen ab æterna poſteritate feres.
Spe modo non timida, diis hinc egreſſa ſecūdis,
Exige cum plena munera pacta fide.

rum Procris nupſit Cephalo, vt ſupra diximus in epſtolā. Phæd. alteram Orithyam nomine cū Rex Thracum vxorem petiuiſſet, & non impetraſſet, ille parata & inſtructa claſſe miſit, qui eam reperent & quoniam ſpirante Borea vento, qui flat ex Attica in Thraciā nauigantibus abducta eſt datus eſt locus fabulæ, quod Boreas ventus eam abſtulerit. (Nomine) Parte. (Aquilonis) Boreæ. (Ora) Regio. (Biſtonis) Thracia. nominatiuus eſt caſus, & forma patronymici fœminini generis, eſt autem Biſtonum ſtagnum Thraciæ. (Pagaſeus) Theſſalicus, à pagaſeo ſinu, vnde ſoluit nauem, vt diximus ſupra. (Phaſida) Medeam. (Manu Col.) Exercitu, & virib⁹ Colchorum. narrata eſt hæc fabula ſupra in in epiſto. Hypſipyles, & in epiſto. Medeæ ad Iaſona. (Minoida) Ariadnem, viſa eſt fabula ſupra in epiſto. Ariadnes, & in epiſto. Phędræ. Cretas) Accuſatiuus eſt gręcus, cuius nominatiuus eſt Cres. (Terror) Timor. (Maior periclo) Eſt ſecundum eam ſententiam, peior bello timor ipſe belli. (Pudet pertimuiſſe) Eſt poſtea pudor pertimuiſſe ea, quæ aliquis voluit timere. (Finge) Pone, fac. (Et) id eſt etiam. (Mihi) ſicut Græcis. (Copia) Multitudo virorum. (Illa) Aſia dixit autem illa quia quando hæc ſcribebat erat in Græcia. (Plus animi) Plus audaciæ. (Anteferendus) Præponendus mihi. (Pene puer) Narrat teſtimonia ſuæ probitatis, & fortitudinis, incipiens vſq; à pueritia. (Pene puer) Adoleſcens, adhuc teneræ ætatis. (Recepi) Recuperaui. (Cæſis) Interfectus. (Cauſam nominis) Fallantur multi qui credunt eum ob hoc dictum Parin à paritate, cum dicto græca non deriuetur à latina, ſed vt Porphyrius in lib. 12. Iliad. ſcribit Paris dictus eſt à παρίημι verbo græco, quod eſt tranſeo quoniam fatalem mortem tranſiuit, cum expoſitus à matre, à bulbuco nutritus eſt, poſtea Alexander dictos eſt, quaſi auxiliator vir, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς idest à viro, & ἀλέγω. ideſt auxilior, quod futurum facit ἀλέγω, quia hoſtibus armenta abducentibus (vt nunc refert) auxilium ſuis tulit, & armenta recuperauit, ex quo hoc, quaſi agnomen meruit. (Cauſam nominis) Quia dicor Alexander. Inde ab auxilio dato. (Vario certamine) In ludis agonalibus, diximns in argumento primæ epiſtolæ (Ilioneus) Qui non ſolum eloquentiſſimus, ſed & fortiſſimus fuit, vnde & Virgil. Maximus Ilioneus. (Deiphobus) De quo Virgil. Deiphobe armipotens genus alto à ſanguine diuum. Fuit enim bellicoſiſſimus. (Niſi cominus) .i. certamine, in quo prope, & manu ſo

lum pugnatur.(Figitur)Locatur.(Loco iuſſu)Vel ab aliquo, vel mihi placito. (Nō potes) Extollit ſe,& Menelaum deprimit,oſtendens eum non habere hos titulos.(Arte mea)ſagittandi.Si quamuis.(Hectora fratrem)Talem,& tam fortem fratrem,qualis eſt Hectora. (Is vnus).i.ſolus. (Inſtar) ſimilitudo. (Innumeri militis) Pro innumerorum militum.i.ipſe ſolus eſſe poteſt pro vno exercitu.(Fallunt te) Ignorantur à te. (Cui viro) Quali merito. (Aut igitur)Concludit epiſtolam inferens ex ſupradictis,quòd aut nō reperitur bello,aut ſi repetita fuerit,defendetur,& ei erit maxima gloria,quod propter eā Europa, & Aſia magno bello certauerit.(Tumultu belli).i.motu belli.(Dorica)Græca. (Cedent)Vincentur. (Magna præmia)Digna,propter quę non debeat me pudere ſumere bellum,puderet autem ſi præmia eſſent parua,& vilia.(Contenderet)Certauerit. (De te)Propter te,nam de interdum propter ſignificat.Terent.Quantū me amas de fidicina hac.(Feres) Accipies. Ab æterna poſteritate).i.ab omnibus poſteris, qui erunt vſque ad finem ſeculorū. (Spe modo)Hortatur eam,vt non dubitet diſcedere, & diſceſſura petere ab eo quidquid ipſa voluerit, quod promittit ſe fideliter præſtaturum. Ordo eſt.(Tu modo).i.tātummodo.(Egreſſa hinc) Ex domo Menelai,& ex Lacedæmone. (Spe non timida).i.firma, & certa ſpe, non dubitans de me.(Exige)Repoſce.(Pacta)Promiſſa tibi à me.(Cum fide plena).i.pleniſſime,& ſine fraude, vel ſine dubitatione.

TOT prius abductis(Argumentum eſt ab exemplis,idque Rhetoricum, atque probabile,ſed non neceſſario cōcludens,vnde fallitur Paris.(Biſtonis ora).i.Thracia. Manu Colcha).i.exercitu Colchico.(Cretas)Accuſatiuus à nominatiuo Cres Cretis,hi Cretes,hos Cretas.(Quęque timere libet,pertimuiſſe pudet)Docet hoc verſiculo poëta, quid interſit inter timere,& pertimuere, ac conſimilia. Nam timere eſt qualitercunq;,ſiue perfecte, ſiue imperfecte,pertimere ad finem vſque conſumatione eius,de quo erat timor.Sed vt dixi,nihil eſt poëta hoc facilius,& expoſitius.(Finge tamen,ſi vis &c.)Quia Argumentū ab exemplis inualidum eſt poſſetq; dicere Helena ſe potius repetendam, quam ſuperiores aut quia marito ſuo carior ſit, aut quia maritus potentior cum fratre preſertim Agamemnone purgat obiectionem dicens, etiam ſi Grecia tota bellum moueat in Troianos, nihil verendum eſſe,cum maiores vires,& copię ſint in Phrygia,quā in Gręcia.(Illa viris diues) Alij legūt, Fortibus illa viris diues,abundat equis,& eſt melior lectio. (Nec plus Atrides)Cōfert ſpecialiter ſe cum Menelao,atq; illi ſe præfert,oſtentans facinora ſua egregia.,Nā(vt in Troicis ſcripſit Nero)Paris ſiue Alexander etiā Hectorem vicit luctando,vnde dicit, & cauſam nominis inde tuli.Eſt enim Alexāder vocatus ab ἀλέγω,verbo,quod ſignificat arcea, & ἀνὴρ vir,quaſi arcens,& cōſtringens in lucta viros.(Cominus)Dicitur,quaſi cum manu, hoc eſt conſerendo manus.Eminus contra,quaſi è manu,quando telum longe iacitur. (In loco iuſſo).i.quem iuſſero figere,& eſt rara locutio,vim hypallages habēs.non enim locus iubetur, ſed ſagittæ in locum.(Omnia ſi dederis)Cōtra Agamemnona Hectorem obijcit.(Inſtar) .i.æquiualens,quaſi in ſtatum & valorem.(Tu quoq;) Pollicetur eam inſignem fore,ſi pro ea bellum moueatur,quam laudem mulierculæ nonnunqnam affectant, nā nihil glorioſius ducunt,quam ob formam multis complacere,ſed in te manifeſtaria finem facio.


IN XVI. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

VT alibi diximus,ſcribis Ouid.in 2.de Arte. Quæ uoluit legiſſe,volet reſcribere amanti *Helena igitur lecta Epiſtola Paridis cum ea delectata eſſet,licet oſtendat ſe indignatam, non potuit tamen non reſcribere,ita lenita eſt,& demulſa blandities. Paridis,quas magno artificio contexuit. Reſpondet igitur Epiſtolæ Paridis & primum quidem oſtendit ſe valde iratam, quòd Paris auſus ſit eam talibus ſcriptis ſolicitare,mox ita detegit ingenium,vt det ſpem Paridi & quodammodo ei aperiat conſilium, & viam vt poſſit ea potiri Oſtenditur autem mulicbre ingenium varium,& mutabile,& id,quod Ouid.in Arte ſcribit.*

Forſitan & primo veniet tibi littera triſti.
Quæque roget ne ſe ſollicitare uelis.
Quod rogat,illa timet,quod non rogat,optat,ut inſtes,dicit ergo.

Helenæ

HELENAE PARIDI.
EPISTOLA XVI.



Vnc oculos tua cum uiolarit epistola nostros:
Non rescribendi gloria uisa leuis.
Ausus es hospitii temeratis aduena sacris
Legitimam nuptę sollicitare fidem?
Scilicet iccirco uentosa per æquora uectum.
Excipit portu Tænaris ora suo?
Nec tibi diuersa quamuis à gente uenires:
Oppositas habuit regia nostra fores?
Esset ut officii merces iniuria tanti?
Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras?
Nec dubito, quin hæc, cum sit tam iuxta: uocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo.
Rustica sim sanè: dum non oblita pudoris:
Dumque tenor uitæ sit sine labe meæ.
Si non est ficto tristis mihi uultus in ore:
Nec sedeo duris torua superciliis?
* Fama tamẽ clara est: & adhuc sine crimine uixi:
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror: quæ sit fiducia cœpto:
Spemque tori dederit quæ tibi causa mei.
An, quia uim nobis Neptunius * intulit heros:
Rapta semel, uideor bis quoque digna rapi?
Crimen erat nostrum, si delinita fuissem:
Cum sim repta, meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen è facto fructum tulit ille petitum:
Excepto redii passa timore nihil.
Oscula * luctanti tantummodo pauca proteruus
Abstulit: ulterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset.
Dii melius: similis non fuit ille tui.

HVB.



VM tua epi sto.) Qua conatus es alienare me ab amore mariti, & ad tuũ solius citare. (Violarit) Læserit. (Non rescribendi) sunt qui ita dicant, gloria nõ rescribendi est uisa mihi leuis. i. facilis. sed melius, Leuis, pro uili, & parua accipitur, uel certe sic uerius, gloria rescribendi est uisa mihi non leuis. i. non parua. i. putaui magnam gloriam mihi fore rescribere tibi, quia affecisti me magna iniuria. (Ausus) Obiicit ei ingratitudinem, & impietatem, quod uiolauerit iura hospitii. (Temeratis) Violatis. (Sacris) Quia, quando aliquis vir magnis excipiebatur hospitio, Ioui, & diis hospitalibus sacra fiebãt, quod Virg. Ostẽdit lib. 1. Aen. cũ Dido Aeneã excepit. Sic memorat, simul Aeneã ĩ regia ducit honorẽ. Tecta, simul diuũ tẽplis dicit (Solicitare) Cõmouere. (.s.) Dictio est apta ad ironiã, & ĩdignationẽ. (Tęnaris) Laconica (Oppositas) Occlusas tibi. (Agẽte diuersa) Remota, & q̄ nobiscũ non habuisset cõsuetudinem. (Iccirco) Propter Hanc causam. (Vt iniuria) Quã pars mihi inferre. (Esset merces). i. remuneratio, & pręmium. (Tanti off.). i. beneficii accepti à nobis. (Sic) Ea intẽtione, ut mihi iniuriam faceres & me abduceres. Hostis an hospes) Quasi dicat potiꝰ hostis. (Nec duris). i. scio, ꝙ licet iuste de te cõquerat, iudicabis me tamen rusticã, quæ cõquerar de eo, q me amet. (Sim) Concedẽtis est. (Dũ) Pro dũ modo. (Tenor) Perseuerantia. (Sine labe) sine macula, & infamia. (Si nõ) Respõdet ei parti, q̄ dixit, Vultu nõ cetera duro Perlege, sed formę cõueniẽte tuæ dicit. n. quod si nõ est seueri, & duri uultus, est tamẽ pudica. (Torua) Terribilis. (Superciliis) Quib. ostẽditur seueritas. Virg. Cõueniẽs Latio pone superciliũ. (Vixi) Legitur & lusi. i. fui læta, & iocata sum, salua tamen puditia mea. (Laudẽ de me) Vt possit se iactare de cõcubitu meo. (Quo) Qua re, quam ob rem. (Cœpto) Audaciæ tuę. (Mei tori) Mei concubitus.

* Lusi

* attulit heros:

* luctando.

cubitus.(Neptunius heros).i.Theseus nepos Neptuni.(Attulit vim).s.in rapiendo.(Rapta,semel)A Theseo.(Bis)Etiam à te.Aduertendum est,quod,licet hoc exemplum videatur dissuadere Paridi, ne eam rapiat, tamen latenter ad incitandum positum est. (Delinita).i. blanditijs captata,& illecta.(Erat nostrum crimen).i.fuisset mea culpa. (Rapta)Violenter abducta,(Quid fuit?meum).i.quid potuit imputari mihi?(Nisi nolle).i.quod nolui,& voluntas mea non fuit.(Ex facto).i.ex rapina sua.(Petitum)Desideratum.(Redij) Ab eo discessi.(Passa nihil excepto timore)Quæ nihil ab eo mali habui,nisi quod timui.(Abstulit) Accepit.(Luctando)Contendendo,non spõte mea.(Nil mei.)Nil de me. (Vlterius)Vltra Oscula. (Quæ tua)Dum simulat Helena se dicere iniuriam Paridi, cũ magis incitat, dicit enim,tu non fuisses contentus his quia voluisset aliud præter oscula. Ordo est. (Nequitia) .i.libido,vt,Nequitia est,quæ te non sinit esse senem.(Quæ est tua)Quę est tibi.(Non fuisset contenta his) .s.paucis osculis. (Dij melius) Voluerunt, & consulerunt mihi. (Similis tui)Ita proteruus, & libidinosus, vt tu es quia me vitiasset.

ASC. NVNC oculos &c.) Epistola hæc responsiua Helenæ parum quidem in rebus difficultatis habet,eo quòd argumentum à Paridis epistola dependet, nec multum in verbis,est.n. facilior,& pedestrior, quàm Ouidiana compositio, vnde ex sola Phrasi Ouidianam neges. In principio autem alij nunc,alij tunc legunt,& vtrunque tollerari potest.Ego autem legerem potius nunc,sub hoc sensu.Cum.s.ita sit,quòd epistola tua.(Violarit)Pro violauerit, hoc est læserit.(Nunc nostros oculos)Quia ante hac nihil spurcum, aut lasciuum viderãt, aut legerant (nam & oculi legunt) Gloria non rescribendi).i.quæ esset ei non rescribendo. (Est mihi visa leuis).i.modica. Præsupponit ergo peccatum esse in legendis epistolis amatorijs,& in rescribendo,sed maius in legendis,vsque adeo,vt violata legendo parum gloriæ mereatur non rescribendo,& is certe animus est mulieribus,vbi semel libata est pudicitia, nihil in eis post illam commendandum est. Et ideo (vt monet Naso noster)Principijs obstandum est.Nam quia ex visu,cuius prima est amoris linea,ad alias gradatim peruenitur, quia ergo violatam se sensit legẽdo.paruifacit, ne amplius violetur rescribendo. Rescribit tamen criminando,sed ea quoq; est mulierum natura, vt quod libentissime facturæ sunt,in principio negent,sic tamen,vt nisi instes,ipse se corrigant,& placari posse significẽt.De iure hospitalitatis autem scias,quòd id apud antiquos erat scissimum,ita vt Iouem ei præesse significent.vnde 1.Aen.Iupiter(hospitibus nam te dare iura loquũtur)&c.Erat autem hospitium amicitię nõ mercedis gratia, nam caupona dicitur diuersorium mercenarium, qđ tunc nõ tam frequens erat,vt nunc,qua pp necesse erat sibi hospites comparare, inter quos magna fides obseruabatur,quam Paris solicitando coniugem hospitis violasse criminatur. (Ora Tænaris)Pro tænaria, nam tænarius promontorium est Laconiæ pro quo imperiri. Tenarius legunt apud Alexandrũ.Tænarus inferni &c.(Hospes,an hostis eras,)q.d.potius hostis,qui sit non cum tãta hospitalitate,sed tali animo intrabas.(Nec dubito)Callide iudicium illius laudat suamq; pudicitiã cõmendat,in qua videlicet laborat.(Vultus tristis) seuerus,& atrox.Et bene vultus potius,quam facies. Nam vultus quasi à volendo dr̃,facies à faciendo,& ita facies à factore fit,nec mutatur.(Vultus)A voluntate alius,& alius fit.(Et laudem)Quasi laudis sit habuisse cõmercium cum tam formosa,quo verbo audaciã Paridis potius probat,quam damnet,sed mire in se crimen censet,quod in illo laudem,quasi mulieri sit crimen, quod viro laudi datur, ita enim mundo videtur, cum eadem sit vtriusq; apud Deum censura. (Neptunius heros) Theseus. (Meum).i.meæ opis, & facultatis.(Quid nisi nolle fuit?)q.d.nihil.Et ideo quia citra consensum nemo peccat immunis est a crimine, licet contra voluntatem rapta.(Nihil habet ille mei)Latine,& signanter dictum,& plus,quã si diceret,nil habet ille meum, quia tunc de rebus suis loqueretur, nunc de se. (Similis tui) Etiam eleganter dictum. Nam similis,cum de moribus agitur, potius genitiuo iungitur.

HVB. Modestia).Ipsius Thesei. (Minuitque crimen)Culpam rapinæ.(Thesea pœnituit) Interrogatiue legẽdum est, q.d.

Reddidit intactam:minuitq; modestia crimen:
Et iuuenem facti pœnituisse putet.
Thesea pœnituit:Paris vt succederet illi:

Nequando

Nequando nomen non ſit in ore meum.
Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amanti?
Si modo, quem præfers, non ſimulatur amor.
Hoc quoq; enim dubito: non quod fiducia deſit:
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:
Sed quia crudelitas damno ſolet eſſe puellis:
Verbaque dicuntur veſtra carere fide.
At peccant aliæ: matronaque rara pudica eſt:
Quis prohibet raris nomen ineſſe meum?
Nam mea quod viſa eſt tibi mater idonea: cuius
Exemplo flecti me quoque poſſe putes:
Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſæ
Error ineſt: pluma tectus adulter erat.
Nil ego, ſi peccem, poſſum neſciſſe: nec vllus
Error, qui facti crimen obumbret, erit.
Illa bene errauit: vitiumque auctore * redemit.
Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus, & proauos, & regia nomina iactas.
Clara domus ſatis hæc nobilitate ſua eſt.
Iupiter vt ſoceri proauus taceatur, & omne
Tantalidæ Pelopis, Tyndareique genus:
Dat mihi Læda Iouem Cycno decepta parētem:
Quæ falſam gremio credula fouit auem.
I nunc: & Phrygiæ: claræ primordia gentis,
Cumque ſuo Priamo Laomedonta refer.

an ideo pœnituit, vt tu poſtea me raperes? (Ne quando) .i. vt ſemper homines de me loquantur. (Nec tamen iraſcor) Ecce more muliebri iam incipit conciliari Paridi, & ei blandiri. (Quis) Niſi vultus, & ſtulta? (Præfers) Oſtendis. (Non ſimulatur) ideſt non eſt fictus, quia Paris dixit. (Attulimus flāmas non hic inuenimus illas. (Dubito hoc) Ne amor tuus ſit ſimulatus. (Fiducia) Meæ pulchritudinis. (Credulitas) Facile credere, multæ enim propter hoc ſæpe decipiuntur. (Verba veſtra) ideſt virorum. (Carcere fide) Terent. in And. Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. (At peccant) Quia dixerat: Lis eſt cum forma magna pudicitia, dicit ſe velle eſſe inter raras, ideſt inter eas, quæ ſeruant pudicitiam. (At peccant aliæ) Obiectio. (Quis prohibet) Reſponſio obiectionis. (Nā mea) Quia Paris dixerat, Hæc tibi nempe patrem furra dedere Iouem. Ad reſpondet, matrem poſſe excuſari, quia decepta ſit, ſe vero nullam poſſe habere excuſationem imprudentię. (Admiſſo) Delicto. (Sub imagine) Cygni. (Adulter) Iupiter. (Poſſum neſciſſe nil) .i. ſcio, quid peccem, neque poſſum excuſari per ignorantiam, nam duæ negationes affirmant. (Adumbret) Tegat. (Illa) Alia excuſatio. (Vitium) Crimen ſuum. (Redemit) Recompenſauit. (Auctorem) Propter auctorem, quia Iupiter. (Felix in culpa) .i. bene peccaſſe. (Quo Ioue) .i. Qua magna excuſatione, quia tu non es Iupiter, quo poſſum excuſari. (Quod genus) Reſpondet ad id, quod dixerat. Phryx erat, & item. (Non dabimus certe ſocerum tibi clara fugantem Lumina. (Hæc domus) Mea & Menelai. (Iupiter) Commemorat nobilitatem ſuam cum nobilitate mariti. (Vt) Quamuis. (Proauus ſoceri) .i. Atrei diximus ſupra, Tantalum filium fuiſſe Iouis. Tantalus genuit Pelopem: Pelops Atreum, vnde Agamemnon, & Menelaus, licet quidam eos Pliſthenis fuiſſe dicant. (Tyndarei) Patris mei putatiui (I nunc) q.d. fruſtra iactas genus tuum. (Primordia) Initia. (Suo) ſcilicet filio.

* Leuauit.

MINVITQVE modeſtia) Quia oſculis contentus erat. (Neqn̄ nomen non ſit in ore meum) Semper ſit ore vulgi de me loquentis, & de amatoribus meis. (Nec tn̄ iraſcor) Incipit condeſcendere, & pati ſe amari, & ut muliebris naturæ decorum ſeruatū agnoſcas, plus ſe moueri fatetur forma, & amore Paridis, quam genere, aut diuitijs. Hoc quoq; enim dubito) Ordo eſt. Ego enim dubito. (Quoque) ideſt etiam. (Hoc) An ſcilicet amor tuus in me ſimulet. (Non quòd) .i. quia. (Fiducia) .i. bene cōfidendi de me ratio deſit, aut quia mea facies nō ſit bene nota mihi. Fallimur enim plerumq; in indicandis rebus noſtris. (Sed quia credulitas damuo ſolet eſſe puellis) Hoc eſt, licet, quia amabilis ſum, confidam me amari, ta- AS C.

men,quia credulitas multis obfuit,vetor credere,& potiſſimũ quia Troiani perfidi, & periuri perhibentur,aut potius generaliter in omnes amatores dictum eſt. (At) Recitat obiectionem Paridis conantis exemplo in crimen allicere, ſed prudenter reſpondet turpiter actura.(Error).i.deceptio.(Ineſt in admiſſo).ſ.adulterio.(Matris luſæ.i.deceptæ.(Sub falſa imagine.Quia in ſpecie Cycni cócubuit cum Læda matre Helenæ Iupiter.Vnde addit,pluma tectus adulter erat.(Obũbret).i.occultet,aut protegat ab infamia. (Quo Ioue)q.d. nullo,ſed manifeſtario adultero,eoque mortali,cum ſim ex Deo genita, atque immortalis habẽda.(Genus Tyndarei)Sicut in epiſtola Paridis, ſecutus Thucydidem declinauit à nominatiuo Tyndareos,huius Tyndarei,pro quo nos Tyndarus Tyndari.

Quos ego ſuſpicio,ſed,qui tibi gloria magna eſt
 Quintus:is à noſtro ſanguine primus erit
Sceptra tuæ quamuis rear eſſe potentia Troiæ:
 Non tamen hæc illis eſſe minora puto.
Si iam diuitiis locus hic,numeroque virorum
 Vincitur:at certe barbara tua eſt.
Munera tanta quidem promittit epiſtola diues:
 Vt poſsint ipſas illa mouere deas.
Sed ſi iam vellem fines tranſire pudoris,
 Tu maior culpæ cauſa futuris eras.
Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo:
 Aut ego te potius,quàm tua dona, ſequar.
Vtque ea non ſperno:ſic acceptiſsima ſemper
 Munera ſunt, auctor quæ precioſa facit.
Plus multo eſt,ꝙ amas:ꝙ ſum tibi cauſa laboris:
 Quod tam per longas ſpes tua venit aquas.
Illa quoq;, appoſita quæ nũc facis improbe men
 Quamuis experiar diſsimulare,noto. (ſa:
Tu modo me ſpectas oculis laſciue proteruis:

HVB. SVſpicio) Veneror. (Sed qui tibi gloria magna eſt,) Id eſt ſed is, quo tu potiſſimum gloriaris, quintus eſt tibi in ordine, & mihi eſt primus. Iouem autẽ ſignificat, nã Helenæ primus eſt, quia ei⁹ pater: Paridi vero, quintus, quia Iupiter genuit Dardanum ex Electa, Dardan⁹ Erichthoniũ,Erichtonius Troë,Tros Ilum,Ilus Laomedonta,Laomedon Priamum, Priamus Parim, & reliquos filios. ergo quintus eſt Iupiter à Paride excluſiue. (Sceptra)Reſpondet ad id,quod dixerat: Sceptra parẽs Aſię,qua nulla potentior ora eſt: Finibus immẽſis vix obeunda tenet &c. (Hæc)Noſtra Græca.(Si iam diuitijs) Quia Paris dixerat, O quoties dices, quàm pauper Achaia noſtra eſt:Vna domus quęuis vrbis habebit opes,dicit, ꝙ ſi terra ſua vincitur diuitijs, ſaltẽ hoc habet, ꝙ non barbara, ſicut terra Troiana. (Munera) Dixit enim ipſe,Dona parens fratresque, & cum genitrice ſorores,&c.ad hoc reſpondet,quod ſi vellet ei obſequi,faceret potius eius cauſa,quàm cauſa munerum,quia turpiter ingenuum munera corpus emunt.Tranſire fines pudoris).i.verecundiæ, & eſt ſermo Ciceronis ad Lucceium. Nam qui ſemel verecundiæ fines tranſierit &c. (Non ſperno).i.accepto, & grata ſunt liptote eſt. Virg.Munera nec ſperno.(Munera ſunt, auctor quæ prætioſa facit)Sententia eſt color,& eſt ſenſus.(Munera, quæ auctor).i.ille qui dat.(Facit pretioſa)Facit digna:nam munera pro dignitate dantis pretium capiunt.(Sunt acceptiſſima)Sunt gratiſſima. (Plus multo).ſ.eſt mihi. (Quod amas) i.multo pluris facio amorem tuum.(Per tam longas aquas)Quia dixit ſupra,Attulimus flammas huc, non inuenimus illas.Hæ mihi tam longæ cauſa fuere viæ.(Illa quoque)Reſpondet ad id, quod dixit.Ah quoties aliquem cantaui potus amorem &c.quæ ſequuntur.

ASC. QVOS ego ſuſpicio).i.non cõtemno,nec deſpicio,ſed ſuſpicio,quaſi inferior aſpicio. (Sed is).ſ.Iupiter.(Qui exiſtẽs tibi gloria magna,eſt quintus).ſ.à veſtro ſanguine erit primus à noſtro ſanguine.(Tua epiſtola diues).ſ.pollicitationibus nã vt dicit naſo.Pollicitis diues,quilibet eſſe poteſt.(Sed ſi iam vellem) Ingenue ſatis, ſed mulieri affectione.(Vtque ea non ſperno)Liptote.i.gratan ter accipio, ſicut in illo Virgiliano. Munera nec ſperno ſic acceptiſſima ſemper &c.Prouerbiale eſt quod in Eunucho dicit ſic à Gnathone ad militem

quæ

quærentē. Ain tu, læta eſt ? Non tam ipſo quidem dono, quam ꝙ abs te datū, id uero ſerio triumphat. (Plus multo eſt). ſ. ꝙ amas. Non, id quod amas, intelligimus, ſed quia amas, & ita in reliquis. (Illa quoq;) Docet ſigna amoris eius ſe notaſſe. Ordo eſt. (Quamuis ego experiar diſſimulare). ſ. an poſſim, tamen ſup. ego. (Noto). i. obſeruo, & annoto. (Illa). ſ. ſigna. (Quæ improbe). i. improbāda. (Facis nunc mēſa appoſita). i. poſtq̃ menſa appoſita eſt. (Tu laſciue) Nam extra carmen diceretur laſciuus, ut docet ualla. (Nec eſt aduerbium laſciue, quia hoc ultimam produceret.

Quos uix inſtantes lumina noſtra ferunt.
Et modo ſuſpiras: modo pocula proxima nobis
*Sumis: quaque bibi, tu quoque parte bibis.
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notaui
Signa ſupercilio penè loquente dari.
Et ſæpe extimui, ne uir meus illa uideret:
Non ſatis occultis erubuique notis.
Sæpe uel exiguo, uel longo murmure dixi.
Nil pudet hunc: nec uox hęc mea falſa fuit.
Orbe quoque in menſæ legi ſub nomine noſtro,
Quod deducta mero littera fecit: amo.
Credere me tamen hoc oculo renuente negaui:
Hei mihi, iam didici, ſic quoque poſſe loqui.
His ego blanditiis, ſi peccatura fuiſſem,
Flecterer: his poterant pectora noſtra capi.
Eſt quoque (confiteor) facies tibi rara: poteſtq;
Velle ſuo amplexus ire puella tuos
Altera ſed potius felix ſine crimine fiat:
Quàm cadat externo noſter amore pudor.
Diſce meo exemplo, formoſis poſſe carere:
Eſt uirtus placitis abſtinuiſſe bonis.
Quàm multos credis iuuenes optaſſe qđ optas?
Qui ſapiant, oculos in Paris unus habes?
Non tu plus cernis: ſed plus temerarius audes:
*Nec tibi plus cordis, ſed minus oris adeſt.

INſtantes) Fixe aſpicientes. (Noſtra lumina uix ferunt) Quia uix poſſum tantum tenere oculos in tuos, quantum tu tenes eos fixos in me. (Et modo ſuſp. (Nam ipſe dixit, Sæpe dedi gemitꝰ. (Qua parte bibis) ſignū eſt. n. amoris ea parte poculi bibere, qua alius biberit. Ouid. in 1. Am. ad Amicā: Quæ tu reddideris, ego primus pocula ſumā: Et, qua tu biberis, huc ego parte bibā. Idē præcepit in 2. de Arte. Fac primū rapias illius tacta labellis Pocula, quaq; bibit parte puella, bibas. (Digitis) Manu. (Supcilio penè loq.). i. ita declarāte aīum tuū, ac ſi locutus eſſes. Ipſe ī amorib. Verba ſuperciliis ſine uoce loquentia dicā. Idē in 2. de Arte, multa ſuperciliis, multa loquare notis. (Erubui) Puduit me. (Notis) ſignis. (Nō ſatis occultis) id eſt nimis manifeſtis. (Exiguo mur.) Tenui, & ſubmiſſa uoce, ne audirer. (Hūc) Paridē. (Nec uxor fuit falſa). i. & uera dixi. (In orbe menſę). i. in menſa, q̄ rotunda fiebat apud antiquos. Iuuen. Magnos niſi ſuſtinet orbes Grāde ebur. (Deducta) Diuiſa. Ouid. in am. Verba leges digitis, uerba notata mero. Idē in 2. de Ar. Blāditiasq; leues tenui pſcribere uino. Vt dominā in mēſa ſe legat illa tuā. (Renuēte) Nutu tibi rñ lente. (Flecterer) Mouerer, inducerer. (Si fuiſsē pec.). i. ſi uoluiſſem fallere fidē cōiugij. (Eſt quoq;) Rñdet ad id, qđ dixit. Nec puto collatus forma Menelaus & annis. Iudice te nobis anteferēdus erit. (Velle) optare. (Felix) q̄ habeat talē maritū, qualis es tu. (Sine cr.) ſine culpa. i. altera, q̄ nō ſit nupta. (Cadat) Pereat. (Externo) Peregrino, qualis tu es. (Meo ex.) Quæ licet nō habeam maritū pulchrū tñ eo ſum cōtēta. (Eſt uir.) ſnīa eſt. (Placitis) q̄ placuerūt, eſt. n. participiū, nō aūt legendū ē placidis. (Quàm mul. iu. qđ) q. d. plurimi ſunt. (Qui ſap.). i. q intelligūt, & cognoſcūt. (An unus). i. an ſolus? q. d. nō. (Plus cer.). i. plures uides, q̄ alij. (Sed plus audes). i. audaciores alijs. (Cordis) Intellectus, & ſenſus. (Minꝰ oris) Minus uerecūdię, cuius os. i. facies teſtis eſt.

QVOS). ſ. oculos tuos. (Inſtantes). i. inſtanter me intuētes. (Lumina noſtra). i. acies oculorum noſtrorū. (Vix ferunt). i. tolerare, aut ſufferre poſſunt. (Ah quoties,) Quaſi di-

HVB.

*Ouid. 1. de Arte. Fac primus capias illius tacta labellis Poculę, quaque bibit parte puellę bibas.

*Non

ASC.

cat frequentissime. (Notaui signa tecta).i.occulta. (Dari digitis,& supercilio penè.i.quasi loquente.(Orbe quoque) Videtur sensus, & ordo. (Ego quoque legi in orbe mensæ).i.quo utebaris in mensa,vulgus scissoria, aut incisoria vocat sub nostro nomine nam in oribus argentis,ac aureis solent dominorum nomina ab artificibus inscribi) Legi, inquit,amo illud verbum amo,quod fecit litera deducta.(Mero).i. vino loco attramenti, siue incaluisti, vt significet Paris se amare Helenam, cuius nomen superius positum erat. Aliter exponit superior interpres,tu vtrumuis sequere lector. (Est virtus placitis) Aureum verbum. (An Paris vnus).i.solus habes? Paris in vocatiuo latine dixit,cum vsitatius Pari dicatur.

HVB.

Tunc ego te vellem celeri venisse carine:
Cum me virginitas mille petita procis.
Si te vidissem,primus de mille fuisses
Iudicio veniam vir dabit ipse meo.
Ad possessa venis, præreptaque gaudia serus:
Spes tua lenta fuit:quod petis, alter habet.
Vt tamen optarem fieri tua Troica coniux:
Inuitam sic me non Menelaus habet
Desine molle precor verbis conuellere pectus:
Ne ue mihi,nam tu dicis amare,noce.
Sed sine,quam tribuit sortem fortuna,tueri.
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta est: & in altæ vallibus Idæ
Tres tibi se nudas exhibuere deæ:
Vnaque cum regnum,belli daret altera laudem:
Tyndaridis coniux tertia dixit eris.
Credere vix equidem cœlestia numina possum
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Vtque sit hoc verum:certe pars altera ficta est:
Iudicii precium qua data dicar ego
Non est tanta mei fiducia corporis: vt me
Maxima teste dea dona fuisse putem.
Contēta est oculis hominum mea forma proba-
Laudatrix Venus est * inuidiosa mihi. (ri:
Sed nihil infirmo:faueo quoque laudibus istis:
Nam mea vox quare,quod cupit,esse neget?
Nec tu succense nimium mihi, creditus ægre:
Tarda solet magnis rebus inesse fides.

Tunc ego)Dicit,quòd vellet eum venisse ad petēdum ipsam vxorem cum erat nubilis,& à multis petebatur, quia præposuisset eū omnibus.(Vir)Menelaus parcet mihi, si hoc dico, quia etiā præposuissem te ei.(Ad)dicit eū nunc sero venisse quia iam est coniuncta, & dicata alij (Ad possessa)Ad ea gaudia,quæ aliorum sunt.(Prærepta)Prȩoccupata,nam talia sunt prius occupantium.(Lenta)Pigra.(Alter)Menelaus.(Vt tamen)dicit, ꝙ quāuis libenter fuisset eius cōiux, si venisset in tēpore,tñ nō est sic in uita, & male libēter cum Menelao, vt nuuc optet esse cōiux Paridis. (Vt optarem) .i.cuperem. (Desine)Repellit eū à se, ne amplius eam verbis soliciter.(Conuellere)Commouere, labefactare, & facere vacillare. (Molle) Muliebre, & per cōsequens mutabile.(Ne noce mihi) solicitando me.(Quam)Me. (Sine)Permittte,patere me. (Tueri)seruare.(Sortem)Conditionem.(Spolium) Rapinam. (Turpiter) idest cū infamia mea. (At Venus) Ad id, quod dixit: Pollicita est thalamo te Cytherea meo. (Et in altæ vallibus Idæ)Propter illud: Dumque tuo possem circundare brachia collo, contenta est virtus Pallade dāte mihi: Cum Venus,& Iuno,Pallasque in vallibus Idæ Corpora iudicio supposuere meo. (Vna)Iuno. (Altera)Pallas. (Tertia)Venus (Tyndaridis)Helenæ.(Arbitrio)Iudicio. (Vt)Quamuis.(Altera pars)Quàm dicis scilicet ego dicar data(Precium).i.merces,& remuneratio. (Iudicij)Quod pro Venere tulisti. (Non est).i.non tm̄ confido meȩ pulchritudini, vt credā me datam tibi à dea pro maximis donis,quæ tibi dari potuerūt.(Cōtenta est).i.satis est mihi,quod hoīes,& mortales laudēt pulchritudinē meā.sed qđ Venus laudauerit vt dicis,vereor,ne decipiar.(Insidiosa)fraudē parans

* Insidiosa.

parans.(Infirmo) Nego.(Faueo) Aſſentior. (Quod cupio eſſe).ſ.pulchra. (Nec tu)Senſus eſt,nec tu iraſcare mihi,ſi uix credo tibi, quòd iudicio Veneris ſim exiſtimata pulcherrima.(Tu creditus) De iis,quæ de medicis. (Nimium ægre) Nimium difficile.(Nec ſuccenſe)Nec iraſcere.(Tarda).i.magnæ res non cito ſolent credi, eſt autem ſententia rhetorica.

PROCIS) Sunt,qui petunt connubium.(Ad poſſeſſa,)Id eſt ad res poſſeſſas.i.ad me ASC. poſſeſſam,aut ad gaudia poſſeſſa,& præcepta.(Deſine molle) Vide quàm prudenter amatorem moneat,nam dicendo : Deſine molle precor uerbis conuellere pectus, ſignificat molle conuelli poſſe,ſi ille nõ deſiuerit.(At Venus hoc pacta eſt) Callide deuenit ad id, quod maxime affectat,ſignificans Venerem auctorem fore,ſi quid committat criminis. (Laudatrix inſidioſa)Quia per laudes eius prouocare in adulterium.

Prima mea eſt igitur,Veneri placuiſſe,uoluptas:
Proxima,me uiſam pręmia ſumma tibi:
Nec te Palladios,nec te Iunonis honores
Auditis Helenes præpoſuiſſe bonis.
Ergo ego ſum Virtus:ego ſum tibi nobile regnũ
Ferrea ſim:ſi non hoc ego pectus amem.
Ferrea crede mihi non ſum: ſed amare recuſo
Illum:quem fieri uix puto poſſe meum.
Quid bibulum curuo proſcindere littus aratro,
Spemq́ue ſequi coner,quam locus ipſe negat?
Sum rudis ad Veneris furtum:nullaq́ue fidelem
(Dii mihi ſunt teſtes)luſimus arte uirum.
Nũc quoq; quod tacito mãdo mea uerba libello:
Fungitur officio littera noſtra nouo.
Felices,quibus uſus adeſt:ego neſcia rerum
Difficilem culpæ ſuſpicor eſſe uiam.
Ipſe malo metus eſt:iam nunc confundor:& oẽs
In noſtris oculos uultibus eſſe reor.
Nec reor hoc falſo:ſenſi mala murmura uulgi:
Et quaſdam uoces rettulit Aethra mihi.
At tu diſsimula niſi ſi deſiſtere mauis:
Sed cur deſiſtas?diſsimulare potes.
Lude:ſed occulte:maior, non maxima nobis
Eſt data libertas,quod Menelaus abeſt.

PRima)Pręcipua.(Proxima) Secunda.(Me uiſam tibi)Me HVB. putatam, & indicatam. (Summa)ſubaudi mihi uoluptas.(Te non præpoſuiſſe,honores Palladios)Quos Pallas offerebat.(Bonis auditis Helenæ,) Ideſt pulchritudini meæ, quam nunquã uideras, ſed tantum audieras. (Ego ſum uirtus,&c.)id eſt ergo me pro uirtute, me pro regno, quod à Iunone promittebatur, accepiſti.(Sum) Pro ero. (Ferrea) Dura,inhumana. (Si non amem hoc pectus) id eſt talem animum tuum, & ita oſtendit, quod diximus ſupra in epiſt. Paridis,mulieres laudibus ſuę pulchritudinis delectari. Delectat etiam caſtas præconia formæ. ſed quia dixit ſe eſſe ferream,niſi amet talem in ſe animum,poſſes dicere Paris quare ergo non amas me? reſpondet, dicens,ſe nolle amare eum, quem uix ſperat unquam poſſe eſſe ſuum, ſed cum dixit, uix, dedit aliquam ſpem, non enim omnino negauit ſe putare. (Quid bibulum) Ex ſimilitudine oſtendit, non eſſe ſibi ſequendum amorem Paridis, cui non ſit poſſibile morem gerere.)Quid coner?Quid tentem?(Bibulum) Epitheton littoris, & arenæ. (Spem,quam locus ipſe neget)Quæ naturaliter ex ipſo loco non poſſit haberi, ſed per hanc ſimilitudinem intellexit amorem Paridis.(Sum rudis) Adduxit rationes, quare hæc ſpes uideatur negari & arguit à moribus ſuis,& ante acta uita.(Rudis) Noua,imperita.(Luſimus)Decepimus.Virg.Quid natum toties crudelis tu quoque falſis Ludis imaginibus? (Nulla arte) Nulla fraude,nunquam decepi maritum meum. (Dii mihi ſunt teſtes) id eſt Dii ſciunt,& eſt parentheſis.(Nunc quoq;)Dicit ſe nunq̃ ante ſcripſiſſe ad aliquem alium.(Tacito libello)ſecretæ epiſt.(Nouo)Inuſitato.(Vſus).i.experientia, & exercitatio. (Neſcia) Imperita. (Suſpicor uiam difficilē) Quia qui habitum fecit non peccandi,neſcit quõ incipiat peccare.

care.(Ipſe metus eſt malo).i.timor iam nocet mihi?Iam nunc,antequam peccem. (Oẽs oculos eſſe in meis uultibus).i.puro oẽs me iam reſpicere,& habere oculos in me conuerſos, & dicere hæc eſt,quæ maritum decepit. quæ eſt adultera.(Falſo)Sine cauſa.(Senſi) Percepi,intellexi.(Murmura)ſuſurros quoſdam me.(Aethra) Comes mea. (Quaſdam uoces) Quæ de me,&te dñr.(Diſſimula)Occulta,& oſtẽde nihil eſſe.(Niſi tu mauis).i.potius uis. (Deſiſtere)Ceſſare ab amore meo.(Sed cur deſiſtas?)Latenter oſtẽdit ſibi gratum eſſe,ſibi quod pergat.(Occulte)Caute,ne aliquis aduertat.(Maior)Quia Paris dixerat,Sed tibi & hoc ſuadet rebus,non uoce maritus:Ne ue ſui furtis hoſpitis abſit, abeſt: reſpondet ipſa,ſe eſſe aliquanto in maiore libertate q̃ ſi maritus adeſſet,non tñ habere maximam,ut poſſit facere,quod uelit(Maior)Quam ſi adeſſet.(Sed non maxima)Quia etiam obſeruor .

ASC. BONIS Helenæ).i.formoſitati.(Felices quibus uſus adeſt) Paulatim in cõſenſum delabitur,nam uelle ſignificat,ſed nõ audere.(Ipſe malo metus eſt) .i. metus mali,qui ſolet à malo detinere.(Eſt mihi malo).i.ad malum.ſ.ad infamiã,quia qui audacter,& confidenter peccant,præ ſe ferunt innocentiam,ac rubeſcentes confitentur culpã,quam uultu produnt, uelit ergo aſſueta eſſe,& nõ metuere,ne agnoſcãtur.(Aethra) Et Clymene propria ſunt nomina pediſſequarum.(At tu diſſimula,&)Id ſæpe aperit poëta,quod mulieribus ſæpe in uoto eſt,uelle.ſ.cõmittere culpam, ſi citra infamiam poſſent,unde cohortatur , ut diſſimulet.

Ille quidem procul eſt ita re cogente profectus:
  Magna fuit ſubitæ,iuſtaque cauſa uiæ.
At mihi ſic*iuſſum eſt.ego, cũ dubitaret,an iret:
  Quamprimum dixi,fac rediturus eas.
Omne lætatus dedit oſcula: resque, domusque,
  Et tibi ſit curæ Troicus hoſpes,ait.
Vix tenui riſum:quem dum compeſcere luctor:
  Nil illi potui dicere,præter,erit.
Vela quidem Creten uentis dedit ille ſecundis:
  Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc uir abeſt:ut me cuſtodiat abſens:
  An neſcis longas regibus eſſe manus?
Fama quoque eſt oneri:nam quo cõſtantius ore
  Laudamur ueſtro:iuſtius ille timet.
Quę iuuat,ut nunc eſt,eadẽ mihi gloria dãno eſt:
  Et melius famæ uerba dediſſe fuit.
Nec quod abeſt hic me tecum mirare relicta:
  Moribus,& uitę credidit ille meæ.
De facie metuit:uitæ confidit:& illum
  Securum probitas,forma timere facit.
Tempora ne pereant ultro data, pręcipis: utque
  Simplicis utamur commoditate uiri.

*uiſum

HVB. ILle)Menelaus.(Procul)Longe.(Re cogente)id eſt neceſſitate exigente. (Piæ) Profectionis eius. (Sic iuſſum eſt) ſcilicet eundem) Cum dubitaret, an iret) Oſtendit Menelaum ſine conſilio ſuo non diſceſſiſſe.(Rediturus quamprimum) Vna dictio compoſita.)Lætatus omne) .i.accipiens pro bono omne,qđ ego dixiſſem ei,ut iret.(Res) Patrimonium ueſtrum. (Domus) Familia. (Troicus hoſpes) Paris. (Sit tibi curæ) Et hoc eſt, quod Paris dixit eum mandaſſe, cum dixit . Idæi mando tibi, dixit iturus. Curam pro nobis hoſpitis uxor agas. (Vix tenui riſum)cum uidi eum ita ſtultum, ut mihi commendaret eum, qui ſibi nocere poſſet. (Compeſcere)Cohibere. (Luctor) Nitor. (Erit)id eſt fiet, hoc eſt erit mihi commendatus. (Cretem)De eſt in. (Ideo) Ob hac cauſam.ſ. quia abſit.(Licere cuncta) .i. oĩa eſſe tibi licita: ſatis.n.tibi eſſe debet, ſi potes me uidere , & alloqui,neque debes ulterius ſperare licere tibi.(Abſens).i.ẽt abſens.(Regibus)Principibus,qualis ipſe eſt.(Longas manus) Longam poteſtatem ẽt in locis remotis.(Fama quoque) Dicit ſe ẽt terreri metu infamiæ, ne dicaẽ adultera,ꝓ derelicto marito legitimo ſecuta ſit amatorẽ. (Eſt oneri).i.affert onus & obligationẽ quandam pudice uiuẽdi.(Quo)Quãto.(Cõſtãtius)Firmius. (Veſtro ore) .i.uerbis oĩum uirorũ.(Iuſtius)D eeſt co.i.tãto,quãto.n.aliqua mulier magis laudatur, tã

to

to magis de ea timẽdum eſt,nam ſola miſeria caret inuidia.(Quæ iuuat)Latenter,inquit, ꝙ libẽter peccaret,ſi auderet.dicit.n.Gloria meæ famæ,& honeſtæ uitæ.(Quę iuuat) Quæ delectat me.(Vt).i.ſicut.(Nũc eſt).i.honeſta,vt nũc eſt.(Eſt mihi damno)Quia inicijt mihi ruborem faciendi,quod à me petis,quod eſſet vtilius.(Et melius foret).i.vtilius mihi eſſet.(Dediſſe verba famæ).i.decepiſſe ipſam famam,& me non eſſe talem, qualem fama prædicat,hoc eſt,melius eſſet nõ obſeruare fidem marito.Dare verba, eſt decipere. (Credidit) Cõfiſus eſt.(Moribus)Meis honeſtis.(Et vitæ)Ante perſpecte.(De facie metuit).i.pulchritudo mea facit illum timere,& ſuſpicari de me,ſe vita cognita honeſta facit illum confidere.(De facie).i.propter faciem,& pulchritudinem.(Securum)ſine cura,& timore.(Tempora ne pereant) Ad id,quod dixerat Paris:Vt te nec mea vox,nec te meus incitet ardor: Cogimus ipſius commoditate frui. Aut erimus ſtulti &c. Reſpondens dicit.

ITA re).i.vtilitate cogẽte profectus.Quamprimum dixi fac rediturus.(Quamprimũ) .i.valde cito, quod dictum ille pro felici omne ſumẽs mox profectus eſt.(Hoſpes Troicus) Aut Troianus,aut quod illi glorioſius eſt,à Troë ortus.(Erit)Comici dicũt,fiet,& eſt imperioſe dictum,ſed modeſtius dixit.(Erit).ſ.curæ.(An neſcis longas)Prouerbiale eſt.(Fama quoq; eſt oneri)Veretur.n.famam bonam polluere.(Et melius fuit dediſſe verba famę) .i.fouiſſe famam inanem,& decepiſſe eam.(Nec quòd ab eſt)Subtilis,& oratoria reſponſio. Nam quod ille in cõtumeliam Menelai dixerat,iſta in ſuam laudem vertit (ſuam dico Helenæ)ne barbare loqui putes. (De facie).i.propter pulchritudinem faciei. ASC.

Et libet:& timeo : nec adhuc exacta voluntas
Eſt ſatis:in dubio pectora noſtra labant.
Et vir abeſt nobis: & tu ſine coniuge dormis:
Inque vicem tua me,te mea forma capit.
Et longe noctes:& iam ſermone coimus:
Et tu(me miſeram)blandus, & vna domus.
Et peream, ſi non inuitent omnia culpam:
Neſcio quo tardor ſed tamen ipſa metu.
Quod male perſuades,vtinam bene cogere poſſes:
Sic mea ruſticitas excutienda foret.
Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſsis.
Sic certe felix ipſa coacta forem.
Dum nouus eſt,cęp:o potius pugnemus amori:
Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua.
Certibus hoſpitibus non eſt amor: errat, vt ipſi:
Cumque nihil ſperes firmius eſſe,fugit.
Hypſipyle teſtis,teſtis Minoia virgo,
In non exhibitis vtraque iuncta toris.
Tu quoque dilectam multos inſide per annos

ET liber).i.cupio,& timeo.(Voluntas) Legendum eſt, non voluptas.(Nec adhuc eſt exacta).i. ſatis perfecte deliberata.(Labãt) Vacillãt. (In dubio) In incerto,vtrũ debeam vti commoditate abſentiæ viri.(Et vir abeſt) Reſponſio eſt ad id, quod dixit.Sola iaces viduo tam longa nocte cubili: In viduo iaceo ſolus & ipſe toro. (Inuicem)Viciſſim ideſt tu me amas,& ego te (Et noctes longe) ſcilicet ſunt. (Et iam coimus).i.cõiungimur, & ſimul ſum⁹. (Sermone (ſimul loquendo.(Et tu blandus)ſubaudies. (Et domus) In qua ſumus. (Et vna).i.ambo ſumus in eadẽ domo.(Me miſeram) Per interpoſitionem legendum eſt, & eſt dolentis.(Peream)Quaſi iurantis eſt.i.moriar.(Si omnia)Quæ in parte tua ſunt. (Non inuitãt me) Ad ſequendum te. (Neſcio quo metu)q.d.ẽt ſi ſit ſine rõne.(Bñ cogere)Quia cupiũt puellæ cogi. (Quod male).i.vix. (Perſuades)Tua epiſ.& rõnibus ad me ſcriptis.)Ruſticitas)Ruſtic⁹ pudor. ipſe de arte,Et ſi ruſticitas nõ vetat,ipſa rogat.(Excutienda)Eijcienda,replenda.(Ipſis paſſis).i.ijs,qui ea paſſi ſunt.(Sic).ſ.inferẽdo iniuriã.(Ego forẽ coacta eſſe felix).i.cogerer hr̃e ea bona,ꝗ mihi promittis,& ꝑ te mihi cõtingere pñt.(Dum nouus eſt) Oſtenditur mutabilitas muliebris, poſteaꝗ.n.ſignificauit ſe cupere,qđ Paris ſuadebat nũc hortatur, vt potius deſiſtat ab amore,dum nondũ eſt vehemẽter actus,& multis exẽplis, rationibusq; probat,quare nõ debeat ſequi Paridẽ.(Pugnemus)Reſiſtam⁹. (Flãma)Probatio à ſimili, quod amor incipiẽs facile HVB.

poſſit

poſſit extingui,ſicut ignis nouus pauca aqua extinguitur.(Certus)Firmus,& eſt ſententia rationem continens.(Hoſpitibus)Peregrinis non habentibus certum domicilium.(Erat) Vagatur amor.(Vt ipſi)Hoſpites.(Firmius)Stabilius. (Hypſipyle)Probat exẽplis.(Minoia virgo)Ariadne filia Minois,de Hypſipyle,& Ariadne viſum eſt ſupra in epiſtolis earum ad Iaſona,& Theſea.(Vtraq; iũcta in torris nõ exhibitis).i.nõ datis,ſed negatis eis,de qua re iuſte cõquerunt.(Tu quoq;)Qui mihi tot tãtaq; ꝓmittis.(Infide)Periure,& fraudolẽte.

ASC. ET tu(me miſeram)Hæc particula me miſeram,inſeritur,quaſi parentheſim & regitur ab ò particula ſubintellecta,vel ab heu,vt ſit,ò me miſeram,ſed quia non tam vehemens eſt excandeſcẽtia,pulchrius ſupprimitur,quam exprimatur.(Quod male ꝑſuades) Quia vix poteſt perſuadere,& eſt votum multis commune,ſed damnandum.(Dum nouus eſt cępto) Sanctum quidem conſilium, ſed longe à ſententia, & animo mulieris. (Pugnemus amore) .i.cum amore,repugnemus amori.Sicut in 4.Aen.Placito ne etiam pugnabis amori?(Verba enim ad contentionem pertinentia apud Virg.cum datiuo conſtruuntur,loco cuius nos ablatiuum,& cũ præpoſitione ponimus: vt, Solus tibi certet Amyntas &c.(Sparſa reſedit) Aut reſidit,& puto potius legendum reſidit à re,& ſido, vt ſit præſentia temporis, nõ quòd dicam cum Alexãdro ſido carere præterito,id enim falſum eſt.nam(vt Valla docet)ſedi facit,ſed quia ſententiæ magis congruit præſens quàm præteritum tempus,niſi ſit.(Sparſa aqua).i.cum iam ſparſa fuerat aqua,Põt etiam à reſideo deduci:vt,reſedit,ſedata eſt.(Amor certus).i.durabilis.(Multos infide)Vocatiuus eſt,ò infide.

HVB. OEnonen)Vxorem tuam,vt vidimus in epiſtola ipſius Oenones ad Paridem.(Quærere)Inueſtigare.(Adde)Adducit aliã rationem, quia comites Paridis inſtabant, vt iamiam diſcederet.(Expediunt)Expedire parãt.(Paratur) Conſtituitur inter nos.(Plena nouitatis).i.tantũmodo ĩncepta.In medijs curſibus poſt inceptum,& eſt Tranſlatio.(Abibit)Tecum, & obliuiſceris mei.(An ſequar)Ad id q̃d dixit,Ibis Dardanias ingens regina per vrbes.& item,Innumeras vrbes, atque aurea tecta videbis.& item, Ilion aſpicies, firmataque turribus altis Męnia Phębeæ ſtructa canore lyræ,dicit ergo.(Viſam pergama laudata)A te.(Pronurus)Nurus ad patrem mariti refertur, pronurus ad auum,ſicut nunc ad Laomedonta auuum Paridis.(Contemno) Paruifacio.(Præconia) Voces.(Volucris)Velocis.(Illa)Fama.(Probris) Ignominijs, vituperijs.(Sparte)Lacedęmon.(Achaia) Peloponneſus, vel Græcia.(Quid poterit loqui de me) Niſi me eſſe adulteram?(Quid

Diceris Oenonen deſeruiſſe tuum.
Nec tamen ipſe negas:& nobis omnia de te
Quærere,ſi neſcis, maxima cura fuit.
Adde: quòd(vt cupias)cõſtans in amore manere
Non potes expedient iam tua vele Phryges.
Dum loqueris mecum: dũ nox ſperata paratur:
Qui ferat in patriam,iam tibi ventus erit.
Curſibus in mediis nouitatis plena relinques
Gaudia:cum ventis noſter abibit amor.
An ſequar & ſuades, laudataq; Pergama viſam?
Pronurus & magni Laomedontis ero?
Non ita contemno volucris præconia famæ:
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit Sparte?quid Achaia tota?
Quid gentis Aſiæ?quid tua Troia loqui?
Quid Piramus de me? Priami quid ſentiet vxor?
Totq; tui fratres,Dardaniæq; nurus?
Tu quoque qui poteris fore me ſperare fidelem?
Et non exemplis anxius eſſe tuis?
Quicunque Iliacos intrauerit aduena portus:
Is tibi ſolliciti cauſa timoris erit.
Ipſe mihi quoties iratus, adultera, dices,
Oblitus noſtro crimen ineſſe tuum?
Delicti fies idem reprehenſor,& auctor:
Terra precor vultus obruat ante meos.

ſentiet

ſentiet) Quid iudicabit? (Tu quoque) Cum uidebis me fregiſſe fidem Menelao. (Qui) .i. quomodo. (Anxius) Solicitus, & plenus timoris. (Exemplis tuis) Ne alijs ita me ſolicitet & alienet à te, ſicut tu Menelao. (Cauſa timori) Quia putabit eum ueniſſe eadem intẽtione, qua tu huc ueniſti. (Ipſe) Tu. (Dices adultera) Me appellabis adultera. (Oblitus noſtro &c.) .i. oblitus, ꝙ non potes maledicere de me, quin maledicas de teipſo. (Ineſſe) Coniunctum eſſe. (Et auctor) Cauſa. (Obruat) Tegat. (Ante) Potius, & eſt imprecatio muliebris. Sic Dido apud Vir. lib. 4. Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat. & Briſeis ad Achillem. Deuorer ante (precor) ſubito telluris hiatu: Aut titulo miſſi fulminis igne cremer.

Nec tamen ipſe negas) Hoc placere uidetur Helenæ, quia confitendo ſignificat ſe iuſtam habere repudii cauſam, & non mendacem eſſe. (Adde quòd ut cupias) Argumentatur etiã, ſi uelit non poſſe diu manere. (Pronurus) Vna eſt dictio ſicut pronepos, ſed nepos eſt, ex filio, aut filia genitus, pronurus non pronepotis, ſed nepotis uxor, quia ergo Paris eſt nepos Laomedontis, uxor Paridis erit pronurus ſicut Hecuba mater eius nurus. (Non ita cõtemno) .i. nõ uſqueadeo paruipendo preconia .i. diffamationem uolucris famę. (Vt illa impleat) .i ut ſinã illam implere terras meis probris. (Quid de me poteris Sparte) Hæc Sparte, huius Spartes, ſicut Crete Cretes. (Tu quoque qui) .i. quomodo, poteris, aut quare ſeu, qua uia. Poteris ſperare me fidelem? (Fore, Et non exemplis anxius eſſe tuis?) Egregium argumentum, quo multi contendunt non ducendas, quæ prece, aut precio inductæ in ſtuprũ conſenſerint ante nuptias, quia quod uni præſtiterunt, cenſendæ, ſunt etiam alteri præſtare parti, ſi conſimilis conditio offeratur. (Terra precor uultus) Sic Dido. Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat. ASC.

At fruar Iliacis opibus, cultuque beato:
 Donaque promiſsis uberiora feram.
Purpura nempe mihi, precioſaq; texta dabuntur
 Congeſtoque auri pondere diues ero.
Da ueniam faſſe: non ſunt tua munera tanti:
 *Neſcio quo tellus me tenet iſta modo.
Quis mihi, ſi lædar, Phrygiis ſuccurret in oris?
 Vnde petam fratris, unde parentis opem?
Omnia Medeæ fallax promiſit Iaſon:
 Pulſa eſt Auſonia non minus illa domo:
Non erat Aeetes, ad quem deſpecta rediret:
 Non Ipſea parens, Chalciopeque ſoror.
Tale nihil timeo: ſed nec Medea timebat:
 Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Omnibus inuenies, quæ nunc iactantur in alto:
 Nauibus in portu lene fuiſſe fretum.
Fax quoque me terret: quam ſe peperiſſe cruẽtã
 Ante diem partus eſt tua uiſa parens.
Et uatum timeo monitus: quos igne Pelaſgo,
 Ilion arſurum præmonuiſſe ferunt.
Vtque fauet Cytherea tibi, quia uicit: habetque
 Parta per arbitrium bina trophæa tuum:
Sic illas timeo: quæ, ſi tua gloria uera eſt:

AT fruar) Obiectio. (Vberiora pr.) .i. plura quã promiſiſti. (Congeſto) Cumulato, & undique ad me collato. (Da ueniam) Reſponſio. (Faſſæ) Mihi uerum fatenti. Tanti, ut uelim hinc diſcedere. (Neſcio quo modo, q.d. incredibiliter. (Tenet) Iuuat, delectat. (Oris) regionibus. (Phrygiis) Troianis, ubi habeo nullos ex meis. (Omnia) Quia Paris poſſet dicere, nũquam te deſeram, ero loco propinquorum, & fratrum & parentis, adducit exemplum, quo oſtẽdit ſe timere, ne decipiatur. (Aeſonia domo) Vt ſupra, Auſus, es, Aeſonia dicere cede domo. (Non minus) Nihilominus, licet habuiſſet tot promiſſa. (Aeetes) Pater eius. (Ipſea) Parens id eſt mater eius Ipſea nomine, licet (ut ſupra diximus) ſecundũ alios, Idya nominaretur. (Chalcyope) Medeæ ſoror fuit. (Sed nec timebat) Cum Iaſon ei pro mittebat. (Fallitur) ſentẽtia eſt rhetorica. (Suo augurio) ſua bona ſpe, & eo quod auguratur ſibi bene euentum. (Omnibus) ſimi-litudine HVB.

* Ouid. de Ponto, Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cunctos Ducit & immemores non ſinis eſſe ſui.

Iudice te causam non tenuere duæ.
Nec dubito,quin,te si persequar,arma parentur,
Ibit per gladios(hei mihi)noster amor.
An fera Centauris indicere bella coëgit
Athracis Aemonios Hippodameia uiros:
Tu fore tam lentum iusta Menelaon in ira,
Et geminos fratres,Tyndareumque putas?
Quod bene te iactes:& fortia facta * loquaris?
A uerbis facies * disſidet ista tuis.
Apta magis Veneri,quã sunt tua corpora Marti:
Bella gerant * fortes:tu Pari semper ama.
Hectora,quem laudas pro te pugnare iubeto:
Militia est operis altera digna * tuis.
His ego,si saperem.pauloque audacior essem:
Vterer:utetur, si qua puella sapit.
Aut ego deposito faciam fortasse * pudore:
Et dabo conuictas tempore uicta manus.
Quod petis,ut furtim præsentes ista loquamur:
Scimus quid captes:colloquiumque uoces,
Sed nimiũ ꝓperas.&adhuc tuã messis ĩ herba est:
Hæc mora sit uoto forsan amica tuo.
Hactenus arcanum furtiuæ conscia mentis,
Littera iam lasso pollice sistat opus.
Cetera ꝑ socias Clymenẽ,Aethrãq;* loquamur:
Quæ mihi sunt comites,consiliumque duæ:

litudine hoc probat, dicit.n.initia esse blanda, sed fines asperos est ergo sensus naues,quę in mari tẽpestate iactantur quãdo exierunt ex portu,habuerunt ventos prosperos, sed postea mutati sunt & ita v ult significare,quod fortuna sua posset sibi mutari, quia si Paris eam nunc diligit, posset mutare voluntatem.(Fax quoque (Dicitur se etiã terreri somnio Hecubæ, quæ pridie quã pareret Paridem, somniauerat se parere facem, quam dicit se timere fore incendium Troianũ vt vates prædicunt. Virg. Et face prægnans Cisęis regina Parim creat urbe paterna. (Monitus) Diuinationes. (Vtque fauet) Dicit quod sicut Venus ei fauet,quia culit iudicium pomi pro se,ita timet ne Iuno, & Pallas, quę offenso fuerunt, & non obtinuerunt causam in illo iudicio, ei sint aduersę, & inimicæ. (Bina trophæa)Duas uictorias à Iunone & Pallade. (Nec dubito) Respondet ad id quod dixerat. Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur &c. Dicit enim se non dubitare, quin bella moueantur propter se. (Per gladios) Per arma probat per exemplum. (Athracis) Athrax Strabone teste urbs est Thessaliæ,ex ea fuit Hyppodamia,uxor Perithoi,propter quàm inter Lapithas, & Centauros asperrima pugna orta est, ut diximus in epistola Phyllidis super eum locum,fusique bimembres.(Hæmonios uiros) Lapithas, Thessaliæ populos. (Indicere)Denunciare mouere. (Tam lẽtum) Tam pigrum. (Ira iuxta)Pro rapta coniuge. (Quod bene) Ad id, quod dixerat:Nec plus Atrides animi Menelaus habebit.Quam Paris,aut armis anteferendus erit.Et reliqua quæ supra de se dixit respondet Helena Paridem potius habere faciam aptam Veneri, quàm armis . Recenses)Numeras & commemorat.(Dissidet)discrepat,& non conuenit cum iis,quæ dicis . Hectora)Quia dixerat:Omnia si dederis,nunquam dabis Hectora fratrem, Vnus ei innumeri militis instar erit,dicit Helena,sine pugnare Hestora pro te.(Altera militia).s. amoris, quia militat omnis amans, & habet sua castra Cupido. (Operis tuis) .i. exercitijs & factis,& legendum est operis in ablatiuo, non autem in genitiuo, quia dignus cum genitiuo non iungitur.(His).s.operis. (Si saperem) Si uellem facere rem meam. (Faciam) Vtar his operis amoris. (Dabo manus coniunctas) Tractum est ab ijs qui se dedunt manibus coniunctis. (Tempore) In tempore. (Quod petis) Respondet ad id, quod dixerat,sed coram ut plura loquamur. Excipe me lecto nocte silente tuo. (Furtim) Clam. (Quid captes) id est quæras, & quid. Voces colloquium, quia uis colloquium tuum esse concubitum. (Sed nimium properas)Dat ei spem eius,quod petiuerat. (In herba) Translatio à messibus, quæ non sunt certę, sunt adhuc in herba, sed postquam sunt collectæ. (Hæc mora)

*recenses,
* decidet
*alii
* tui
*timore,
* loquamur.

mora) Hæc dilatio. (Sit) Pro erit. (Amica tua voto) Quia proderit tibi. Hactenus) Dicit se nolle mandare plura epistolæ, quia cetera vult loqui per Clymenem & Aethram comites suas, quæ erunt internunciæ, & Mediæ inter ipsam & Paridem, ordo. (Litera hactenus consc a mentis furtiua) .i. cuius hactenus commisi secreta meæ mentis. (Sistat) Finiat. (Opus arcanum) Officium scribendi secreta (Lasso pollice) .i. manu scribendo fatigata. (Cetera) Quæ inter nos agenda restant, ad conficiendum, quod vterque volumus. Cõsilium meum) Cum quibus omnia mea consultare soleo.

NON sunt tua munera tanti) In omnibus contendit se personam potius quàm rẽ eius amare. (Quis mihi si lædar) Alijs quoq; argumentis probat in externam regionem relicta patria non esse proficiscendum. (Fallitur augurio) Egregium adagiũ cuius sensus, quia sperãti oĩa auspicia sæpe bona videntur, & ita Fallitur sæpe augurio suo, quia nimis sibi prospicit, & quidquid sperat, sibi promittere audet. (Omnibus iuuenies &c.) Quia nemo turbulento mari retinacula soluit. (Sic illas vereor) Quas fingunt poëtæ Troiæ quoq; inimicas fuisse. Vnde de Iunone dicit Maro Aen. 1. Veterisq; memor Saturnia belli, Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis. De Pallade autem lib. 2. Omnis spes Danaum, & cœpti fiducia belli Palladis auxilijs semper stetit. (Ilion arsurum) Dicitur hoc Iliũ Ilij, hoc Iliõ Ilij, & hæc Ilios Ilij. (An fera) Quia Paris multis exẽplis docuit raptas esse sine vltione, ipsa contra docet grauem vltionem ob Hippodamiæ raptum factam. (Tyndareumq;) .s. patrem saltem putatiuum, à nominatiuo Tyndareus. (Facies ista) .i. tua tam fœminea, & mollis. (Altera militia) .s. Veneris. (Est digna tui operis) .i. exercitijs, & operationibus, à nominatiuo opera, aut operæ operarum. (His ego) .s. operis, & ita consensum plenum adhibet. (Scimus quid captes) Quia coitum. (Cetera) Manifestaria sunt. ASC.

IN XVII. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.

Hellespontus angustus est admodum. Incipit autem hoc more à finibus Troadis, & usque ad Propontidem Thraciæ, sic dicitur ab Helle sifilia Athamantis, quam fabulæ tradunt in eo mari demersam. Is Hellespontus teste Plinio septem stadijs Europam ab Asia diuidit, & illic inter se contrarias vrbes habet in Europa Callipolin, & Seston in Asia Lampsacon, & Abydon, vnde fuit Leander, qui Hero puellam ex Sesto oriundam tanto amore dilexit, vt ad eam noctu per Hellespontum nataret, & ea potius rursus renataret; Abydon, verum cum maxima tempestas in mari orta esset, quæ iam præteritis septem diebus adhuc non cessabat, qua impeditus Leander, non potuerat ad amicam suam, vt solebat natare ne Hero cum sui oblitum existimaret, aut eam reliquisse, cum inuenisset quendam nautam audacem in eo tempore tempestatis nauigantem Seston, scripsit ad Hero amicam suam hanc epistolam, qua vehementem amorem suum firmum, & stabilem confitetur, & excusat, quod iam septem diebus non potuerit ad eam natare propter maris commotionem. Excusat etiam, quare ipse non iuerit cum nauta, qui illuc nauigabat, potius quam illi eras daret. Postremo pollicetur se breui iturum, & si mare non fuerit tranquillum, se tamen potius commissurum pe iculis, quam diutius cariturum conspectu, & colloquio ipsius Heroos. Interea dicit, vt habeat secum loco sui hanc epistolam.

LEANDER HERONI.
EPISTOLA XVII.



Ittit Abydenus, quam mallet ferre salutem,
Si cadat * ira maris, Sesta puella tibi.
Si mihi Dii faciles, & sunt in amore secundi.
Inuitis oculis hæc mea verba leges.



Bydenus,) Ex Abyd. le gẽdũ est ãt Abydenus, nõ Abydeus. (Ferre) Portare, vt ipse veniret (Sesta) Ex Sesto. deriuatiuũ formauit nõ superãs primitiuũ syllaba, qđ raro fit, nã Sestia debuit dicere declinatur aũt Hero Heroos, vel Hero Heronis scđm latinam HVB.

* Vnda

tinam declinationem, ſicut Dido Didoos, & Didonis, & ſimilia nomina græca, vt Priſcianus voluit, licet Phocas grammaticus velit tantummodo græce declinari, ſed vſus contra eſt. (Faciles) Benigni exorabiles. (Secundi) Fauentes. (Inuitis oculis) Non libenter, quia ſi me amas, vt opto, malles me videre, q̃ legere hanc meam epiſtolã. (Sed non ſunt faciles) Non exaudiũt mea vota. (Mormorãtur) Impediũt. (Currere) Natare. (Nota) Aſſueta. (Ipſa) Tu, ne mihi hoc credas. (Nigrius) Obſcurius. (Cœlum) Aëra. Virgilius. Eripiunt ſubito nubes cœlumque diemq́; Teucrorũ ex oculis. (Pice) Pix liquor, quæ manat ex picea arbore nigerrimus. (Turbida) Commota. (Vix adeunda per rates) id eſt per quæ naues vix queant ire, nedum homines adibunt. (Vnus) ſolus. (Et hic) ſcilicet audax, qui non timet periculum nauigationis. (Soluit iter) Mouit nauem, ingreſſos eſt nauigationem. (Aſcenſurus) Reſpondet obiectioni, quare non aſcenderit cũ illo nauta propter multitudinem ſpectantium, cum nauis à littore diſcedebat. (Vncula) Funes retinacula. (Prore) id eſt nauis ſynecdoche, pars pro toto. (Omnis Abydos) ideſt omnes Abydeni. (Erat in ſpeculis) ideſt in loco vnde ſpectabat, diſceſſum nauis. Specula nõ Significat proprie feneſtrã, ſed quemlibet locum eminẽtem, vnde poſſumus ſpeculari. Virgil. in Buc. Specula de montis in altum deferar. (Cælare) Amore meum.

*mouit

Sed non ſunt faciles: nam cur mea vota morãtur?
Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipſa vides cœlum pice nigrius: & freta ventis
Turbida, perq́; cauas vix adeunda rates.
Vnus, & hic audax, à quo tibi littera noſtra
Renditur: à portu nauita * fecit iter.
Aſcenſurus eram: niſi quòd, dum vincula proræ
Solueret in ſpeculis omnis abydos erat.
Non poteram cælare meos, velut ante, parẽtes:
Quemq́; tegi volumus, non lacuiſſet amor.
Protinus hæc ſcribens, felix i littera dixi:
Iam tibi formoſam porriget illa manum.
Forſitan admotis etiam tangere labellis:
Rumpere dum niueo vincula dente volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cetera cum carta dextra locuta mea eſt.
Ah quanto mallem, quàm ſcriberet, illa nataret:
Meq́; per aſſuetas ſedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placido dare verbera ponto:
Eſt tamen & ſenſus apta miniſtra mei.
Septima nox agitur, ſpatium mihi lõgius anno,
Sollicitum raucis vt mare feruet aquis.
His ego ſi vidi mulcentem pectora ſomnum
Noctibus: inſani ſit mora longa freti.
Rupe ſedens aliqua ſpecto tua littora triſtis:
Et quò non poſſum corpore, mente feror.
Lumina quin etiam ſumma vigilantia turre,
Aut videt, aut acies noſtra videre putat.
Ter mihi depoſita eſt in ſicca veſtis arena:
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obſtitit incæptis tumidum iuuenilibus æquor:
Merſit & aduerſis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immanſuetiſsime ventis,
Quid mecum certa prœlia mente geris?

(Velut ante) Cælaueram. (Quem volumus regi) Quem volumus eſſe ſecretum, & occultum. (Protinus) Blanditur nunc amicæ ſuæ dicens ſe inuidiſſe epiſtolæ ſuæ, quod ipſe non veniret, quo illa deferebatur. (Admotis) Appropinquatis. (Vincula) Fila, quibus literę ſolent ligari. (Locuta cum carta) ideſt cetera ſcripſi. (Ah quanto mallem nataret) Ad te veniens. (Quam ſcriberet) Quam mitteret hanc epiſtolam. (Sedula) Intenta. (Aptior dare verbera ponto,) Ideſt magis apta eſt natando percutere vndas tranquilli maris, quam ſcribere. Apta ſiniſtra mei ſenſus,) Id eſt & tamen optime exprimit, & literis notat, quod in animo habeo. (Senſus) Voluntatis animi. (Longius anno) Ex affectu amantis, cui expectan

ti tempus videtur longiſſimum.(Feruet)Mouetur,æſtuat. (Raucis)Murmurantibus (His ego)Iurat Leander ſe non dormuiſſe his ſeptem noctibus. (Vidi ſomnum).i.dormiui. Terentiana eſt locutio.(Mora freti inſani ſit lõga).i.precor,diu duret tempeſtas maris, quod minime vellem.(Littora tua)Siſti,vbi tu es.(Mente feror)Venio cogitatione, quo corpore venire nõ poſſum.(Lumina quinetiam) Solebat.n.Hero ponere lumen in quadam turri ſua ad quod lumen Leander natabat, quod dicit ſe videre, aut ex affectu putare videre.(Acies noſtra)Noſtri oculi.(Vigilantia)ſtantia in nocte, quaſi pro vigilia.(Ter mihi) Dicit ſe voluiſſe ſæpe aggredi natare,ſed territũ magnitudine tempeſtatis.(Graue iter)Nauigationem periculoſam.(Tumidum)Commotum. (At tu) Conuertit ſermonem ad Boream, de quo conqueritur,quòd ita eum impediat.(Certa mente).i.animo deliberato.

MITTIT abydemus) Epiſtola hęc Leandri ab Ouidio excogitata ſub nomine Leandri non multum habet ambiguitatis in contextu,ſed ſalis,& leporis plurimum,ideoq; paucis percurram.(Puella Seſta)Pro Seſtia,videlicet Herod.quod nomen declinatur,hæc Hero,huius Herus,hanc Hero,ò Hero,ceteris non vtimur. Ordo autem eſt. O Seſta puella. (Abydenus).ſ.Leander, & loquitur de ſe in tertia perſona, tanquam de alio.(Faciles ſunt) Exorabiles,ſubito facientes,quod petimus. (Nauita).i.nauta.(Mouit) Non Mouet,legendum.(Omnis Abydos).i.tota ciuitas Abydena.(Erat in ſpeculis).i.altis feneſtris,vnde ſpeculabatur tempeſtatem.(Protinus hæc ſcribẽs,felix i,litera dixi)I, imperatiuum eſt ab eo. (Etiam tangere(Penult.long.eſt enim futuri temporis indicatiui modi verbi paſſiui, tãgar tangeris,vel tangere &c.(Ah quãto mallem)Vt ſupra.(Illa narret,quàm ſcriberet)q.d.plurimo.(Septima nox)Bene nox,quia nunc,& amata deſideratur, & natare ſolebat.(Spatiũ) Appoſitio eſt,pathos habens ex quo non poſſum ferri ſupple corpore.(Inſani)ſit mora longa freti)Dura amanti imprecatio.Vnde per quæ timemus, iurare ſolemus, vt Palinurus in ſexto:Maria aſpera iur o,& de ſtyge dicitur.Dij cuius iurare timent,& fallere numen.(Certa).i.deliberata mente, quaſi dedita opera. ASC.

In me,ſi neſcis Borea, * non æquora,ſæuis:
Quid faceres, eſſet ni tibi notus amor?
Tam gelidus cũ ſis, non te tamen improbe quon
Ignibus Actæis incaluiſſe neges. (dam
Gaudia rapturo ſi quis tibi claudere vellet
Aërios aditus,quo paterere modo?
Parce precor: facilemq; moue moderãtius aurã:
Imperet Hippotades ſic tibi triſte nihil.
Vana peto:precibusque meis obmurmurat ipſe:
Quasque quatit, nulla parte coërcet aquas.
Nunc daret audaces vtinam mihi Dædalus alas:
Icarium quamuis hic prope littus adeſt.
Quidquid erit,patiar liceat modo corpus in au-
Tollere:quod dubia ſæpe pepẽdit aqua. (ras
Interea,dum cuncta negant ventiq;, fretumque:
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiens (nanq; eſt meminiſſe volup-
Cum foribus patriis egrediebar amans. tas)
Nec mora depoſito pariter cum veſte timore
Iactabam liquido brachia lenta mari.

HVB. * nec in

IN me) Amantem. (Incaluiſſe)Exarſiſſe, incenſum eſſe qđ eſt cõtra frigiditatem. (Actæis) Athenienſibus, propter raptam Orithyam,diximus in precedenti epiſtola hanc fabulam. (Aditus aërios)ideſt inter per aërea. (Quo modo poterere) q.d.ægerrime.(Facilem)Leuem,non impetuoſam. (Hippocades)(Aeolus nepos Hippotæ Troiani ex Egeſta eius filia in Siciliam delata,quæ etiam mater fuit Aceſtis regis Siciliæ, vt alibi diximus. (Sic)Adiurantis eſt.(Nihil triſte)Nihil quod tibi ſit graue, & moleſtum. (Vana precor) Dicit ſe fruſtra hæc optare, quia nihilominus perſeuerat ipſe ventus. (Obmurmurat) Contra murmurat, & crepitat. (Coërcet) Mulcet, placat. (Quatit)Commouet.(Nunc dare)Optat,vt ſibi eſſet poteſtas volãdi.ſic vt Dędalo, qui cum a Minoë in turri munitiſſima eſſet incluſus, alas

Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Vt comes in noſtras officioſa vias.
Hanc ego ſuſpiciens,faueas,ò candida, dixi:
Et ſubeant animo Latmia ſaxa tuo.
Non ſinit Endymione te pectoris eſſe ſeueri:
Flecte precor vultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalem cœlo delapſa petebas:
(Vera loqui liceat)quam ſequor, ipſa dea eſt:
Neu referam mores cœleſti pectore dignos:
Forma niſi in veras non cadit illa deas.
A Veneris facie non eſt prior vlla, tuaque:
Neue meis credas vocibus, ipſa vide.
Quantum cum radiis fulges argentea puris:
Concedunt flammis ſidera cuncta tuis:
Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt.
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego,vel certe non his diuerſa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Vnda repercuſſæ radiabat imagine Lunæ:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; vox vnquam noſtras veniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Alcyones ſolæ memores Ceycis amati.
Neſcio quid viſæ ſunt mihi dulce queri.
Iamque fatigatis humero ſub vtroque lacertis,
Fortiter in ſummas erigor altus aquas.
Vt procul aſpexi lumen, meus ignis in illo eſt:
Illa meum,dixi,littora * lumen habent.
Et ſubito laſsis vires lacertis:
Viſaque,quàm fuerat, mollior vnda mihi.
Frigora ne poſsim gelidi ſentire profundi:
Qui calet in cupido pectore,præſtat amor.

ſibi, & filio fabricauit, quarum auxilio euolauerunt, ſed Icarus filius in mare delapſus ei nomen dedit. (Icariũ quamuis hic prope littus adeſt) q.d. quod poteſt me admonere periculoſum eſſe credere ſe aëri,& volare.(Tollere)Eleuare. (Pependit)ſupraſtetit. (Negant cuncta) Prohibent omnia. (Agito mente) Cogito, & reuoluo animo. (Mei furti) Me concubitus. (Nox erat) Deſcribit tempus, quo primum, natauit ad Herod.& ea potitus eſt. (Nox incip.)Prima pars noctis. (Nanque eſt meminiſſe voluptas)Paréthesim eſt.(Amãs) Ego captus amore tui. (Patrijs) Paternis. Cum veſte) Quia eram nudus. (Iactabam) Mouebam. (Lenta) Mollia. (Tremulum) propter motum aquæ. (Vt) ſicut, tanquam. (Officioſa) Præſtans officium. (Hanc) Lunam. (Faueas) Adiuues me.(Subeãt) Veniat in mentem. (Latmia ſaxa) ideſt mons Latmius, qui eſt Cariæ Endymionis à Luna (vt ferũt)adamati.fabula nota eſt dicitur autem Latmion,nõ autem Latymion,vt Tortel.putauit.vnde deriuatiuum Latmius.Ouid. alibi.Latmius Endymion nõ eſt tibii Luna pudori.Senſus eſt ergo,recordare ò Luna Latmij mõtis vbi cum Endymione concubuiſſe diceris. (Seueri) Triſtis, alieni à voluptatibus. (Tu dea) Anteponit amorem ſuum amori Lunæ.(Mortalem) Endymionem. (Quam ſequor) ideſt quã ego peto.(Eſt dea) Non aũt mortalis.(Ne referam)Hic eſt ſenſus,vt taceam mores,quos hæc mea puella habet diuinos, talis pulchritudo non poſſet ei contingere,niſi eſſet dea.(A facie Veneris) ideſt poſt pulchritudinem Veneris,& tuam.(Non eſt prior)Non eſt, quæ antecedat eam.(Ipſa)Tu(Quanto)Comparatio, & eſt ſenſus, ò Luna quanto es ſplendentior omnibus alijs ſtellis, cum tu nitidiſſima fulges in cœlo,tanto illa ſua pulchritudine ſuperat omnes alias puellas. (Concedunt flammis tuis).i.vincuntur tuo ſplendore.(Cynthia)O Luna: nam & Diana eadem eſt,quæ Cynthia dr̃,à Cyntho monte Deli.(Habes lumen cæcum)Nõ bene vides.(Vel certe).i.ſaltẽ.(Non diuerſa)Non contraria.(Cedentes mihi)Dantes locum corpori meo. (Ferebar)Ibam.(Radiabat)Splendebat.(Repercuſſæ)Reuerberatæ, nam aqua vr̃ retroflectere radios Lunæ. (Et nitor diuinus) .i.lux quæ ſolet eſſe diei. (Erat in nocte).i.nox erat clara, ſicut

* numẽ

ſicut dies.(Nulla uox)Alicuius uel hoīs,uel animalis.(A quę dimotę)Diuiſæ.(Corpore) Meo.(Alcyones ſolæ).i.ſolūmodo audiebā Alcyones uolucres,quæ uidebantur dulci uoce querelā effundere.(Memores Ceycis amati)Tangit fabulam,quā Oui.ſcribit lib. 11. Met. Ceyx.n.Luciferi filius ꝓdigijs quæ ei apparuerāt,perturbatus ad oraculū Apollinis in Clarō nauigare decreuit,nam Delphos ire nō poterat,qm̄ Phorbas cum Phlegiis populis Delphos infeſtabat.Cum aūt Alcyone eius cōiux Aeoli filia hanc nauigationē ei diſſuadere conaretur,uerita periculū eius,ille affirmauit intra alterū menſem ſe reuerſurū,uerū tēpeſtate maxima oborta ſubmerſus eſt. Illa aſſiduo uiri deſiderio ſollicita, cū ad tēpus promiſſū reuerti nō uideret,Deos continuis precibus fatigans,tandē miſericordia Iunonis,cui pręcipue ſupplicauerat,factū eſt,ut in ſomnis admoneretur de obitu mariti, immiſſo ſomno ſub ſpecie Ceycis ſubmerſi.Illa igitur excitata ſomno cadauer mariti in littore inuenit,quare nimio dolore perculſa in uolucrem Alcyonem,& Ceyx in aliam uolucrem cōmiſeratione deorū conuerſi ſunt.hæ uolucres ꝑ ſeptem dies fœtificantes tranquillum hn̄t mare.coëunt enim & priſtinā coniugalem concordiam ſeruāt.has igitur ſolas uolucres perturbati mari querelā effundētes audiſſe dicit.Aduertēdum eſt aūt pro nomine mulieris declinari Alcyone,Alcyones,pro uolucre uero Alcyon,uel Alcyonis,ut hic locus oſtēdit,dicit.n.Alcyones, non aūt Alcyonæ.(Iamq; fatigatis)ſolēt natātes defatigatis brachiis ſuſtētare corpus aliquantulū ſuper undis,quod ſe faciſſe dicit.(Erigor)Eleuter.(Vt)Poſtq̄.(Lumē)Quod in turri tua apponis.(Meus ignis)Meus amor.(In illo (Lumine. (Subito) Dictis his uerbis. (Mollior)Facilior ad natandum.(Amor,qui cadet in pectore cupido).i. qui facit calorē in pectore meo,amoris pleno.(Præſtat)Efficit.(Ne poſſim ſentire frigora profundi).i.maris.

NEC in æquoro,ſæuis).i.& non in æquora.Malus aūt eſſet uerſus,ſi legatur, Non in æquora,ſæuis.(Ni tibi notus amor)Quia Orythiā,captus amore rapuit.(Nūc daret &c.) Cum narandi nulla fit ſpes,optat uolatum.(Nox erat)Aperit argm̄ poëta.(Si dubitas,cæcū Cynthia lumē habes)Eadem enim eſt,quæ Luna,& Diana,& Proſerpina dr̄,& Cynthia à monte Deli,in quo nata dr̄.(Hæc ego,uel certe non his diuerſa locutus,)Hæc caſtigatio fidem facit.(Alcyones ſolæ)Quia Alcyones tempore ſummæ tranquillitatis,& quietis nidificant.Plautus uolens ſignificare tranquillitatem,& ſilentiū,dixit Alcyones eſſe in foro. ASC.

Quo magis accedo:propioraque littora fiunt:
  Quoque minus reſtat:plus libet ire mihi.
Cum uero poſſum cerni quoque: protinus addis
  Spectatrix animos:ut ualeamque,facis.
Tunc etiam nando dominæ placuiſſe laboro:
  Atque oculis iacto brachia noſtra tuis.
Te tua uix prohibet nutrix deſcendere in altum:
  Hoc quoq;*enim uidi:nec mihi uerba dabas.
Nec tamen effecit,quamuis retinebat euntem:
  Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexu,feliciaque oſcula iungis,
  Oſcula Diis magnis trans mare digna peti.
Deq; tuis dēptos humeris mihi tradis amictus:
  Et madidam ſiccas æquoris imbre comam.
Cetera nox,& nos,& turris conſcia nouit,
  Quodque mihi monſtrat per uada lumē iter.
Non magis illius numerati gaudia noctis,
  Helleſpontiaci quàm maris * alga poteſt.
      Epiſt.Ouid.

QVo magis) Quanto magis.(Accedo) Appropinquo.(Minus reſtat).ſ. uiæ ad perueniendum ad littus.(Plus libet) Plus animi eſt mihi,& uolūtatis.(Cerni) Videri à te.(Spectatrix)Tu,quæ ſpectas me.(Addis animo) Facis me animoſiorem.(Vt ualeā)Vt poſſim,& ſim fortis.(Laboro) Curo.(Dn̄æ)Tibi. (Iacto) Cū arte,& oſtētatione moueo. & oſtēdo.(Deſcendere in altum)Vt uenias mihi obuiā.(Hoc uidi) qđ uoluiſti ꝓcurrere ī ęquor.(Nec tn̄ effecit) Nutrix tua. (Vdus) Humefactus.(Prima aqua)ideſt aqua magis uicina littori. Excipis) ſcilicet cum ſum in littore. (Oſcula diis peti digna magnis trans mare).i.oſcula,quæ etiam dii cœleſtes ut aſſequerentur, poſſent tranare mare, ſicut ego. HVB.

* etenim

* unda

Quo breuius spatium nobis ad furta dabatur:
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.
Iamque fugatura Tithoni coniuge noctem,
Prauius Aurorę Lucifer ortus erat.
Oscula congerimus, pperata sine ordine raptim:
Et querimur paruas noctibus esse moras.
Atque ita*contactus monitu nutricis amaro,
Frigida deserta littora turre peto.
Digredimur flētes: repetoq; ego uirginis ęquor,
Respiciens dominam, dum licet, usque meā.
Si qua fides uero est: ueniens huc, esse natator:
Cum redeo: uideor naufragus esse mihi.
Hoc quoque si credis: ad te uia prona uidetur:
A te cum redeo, cliuus inertis aquæ.
Inuitus patriam repeto: quis credere posset?
Inuitus certe nunc moror urbe mea.
Hei mihi, cur animis iuncti secernimur undis?
Vnaque mens, tellus non habet una duos?
Vel tua me Sestos, uel te mea sumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quàm tibi nostra placet.
Cur ego confundor, quoties cōfunditur ęquor?
Cur mihi causa leuis, uentus obesse potest?
Iam nostros curui norunt Delphines amores:
Ignotum nec me piscibus esse reor.
Iam patet attritus solitarum limes aquarum,
Non aliter, multa quàm uia pressa rota.
Quod mihi non esset nisi sic iterare, querebar:
At nunc, per uentos*id quoque desse, queror.

(Amictus) Vestes. (Demptos de tuis) Quibus te spoliasti, ut me tegas. (Imbre).i. aqua, non enim solū significat pluuiā, sed etiam simpliciter aquam. Vir. 1. Aene. Laxis laterum cōpagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem. (Nox) Nam supra dixit, Nox erat incipiens. (Cetera) Subticuit rem pudendam, sic Ouid. in 1. Am. Cetera quis nescit? fessi requiuimus ambo. (Turris) In qua ambo conuenimus. (Lumen) scilicet nouit cetera. (Nō magis) Dicit gaudia illius noctis ita esse innumerabilia, sicut est innumerabilis alga maris Hellespontiaci, quod tranabat ipse Leander. Est autē alga minuta quædam herba, quæ nascitur in mari, unde alibi. Nūc leuis eiectam detinet alga ratē. (Ad furta) Ad concubitus nostros occultos. (Illud spatium foret iners).i. esset sine effectu uoluptatis, quia dabam operam, ut illud totum colligerem, & in uoluptatem consumerem. (Coniuge Tithoni).i. Aurora uxore Tithoni. (Fugatura) Expulsura. Noctē) Nam adueniente Aurora nox abit. (Præuius Aurorę) id est præcedens Auroram. Virgi. Nascere, præque diem ueniēs age Lucifer almum. (Congerimus) Coniungimus, commiscemus. (Raptim) Certatim. (Paruas moras esse noctibus).i. noctes esse breues. (Cunctatus) Moratus ita osculando nos. (Monitu) Mandato, & præcepto. (Amaro) Acerbo, quia inuitus audio me moneri, ut inde discedam. (Deserta turre) Relicto loco, ubi uoluptatē accepimus. (Digredimur) Discedimus. (Aequor uirginis) Mare dictum ab Helle puella, quæ in mare delapsa ei nomē dedit, ut dixi supra plene in argu. epist. Hypsipyles ad Iasonē. (Vsq; dum licet).i. assidue, dum possum. (Si qua fides uero est).i. si ueritati, quādo dico, creditur. (Huc) Ad te.) Videor mihi esse natator).i. uideor optime scire natare, propter affectū amoris, qui me adiuuat. Ouid. de Tisbe: Audacem faciebat amor. (Cum redeo).i. cum discedo à te. (Videor esse naufragus) Videor submergi fluctibus, & periclitari. (Prona) facilis, & quasi pendens, nam facilius descendimus, quam ascendimus. (Cliuus) Ascensus, monticulus. (Inertis) Immobilis, q̄ nō ita facile natatur, sicut aqua mobilis. (Quis credere posset?) q.d. nullus: nisi, qui scit quāta sit uis amoris, naturaliter enim oēs libenter redeunt in patriam. Ouid. Nescio qua natale solū dulcedine cunctos Detinet. (Nunc) Cū ad te natare non possum. (Iuncti animis) Pares, & coniuncti amore. (Cur secernimur) Cur separamur. (Vna tellus) Eadem terra. (Cur non habet duos?) Id est cur nō sumus ambo in eadem terra? (Sumat) Pro sumeret. (Cur confundor) Cur perturbor, & moueor animo. (Quoties æquor cō funditur

* cūctatus

* hoc quoque deesse

funditur)Quoties mare perturbatur, quod non fieret, si essemus in eadem terra? (Ventus causa leuis).i.ventus, qui est parua causa.(Cur potest obesse)Cur potest nocere impediẽdo natationem meam? quod facere non posset. si essemus simul. (Curui Delphines)Pisces sunt repando dorso, homini amicum animal, de quorũ natura videatur Plin. & Solin. his igitur dicit Leander se iam esse notum propter frequentem natationem suam. (Piscibus).s. alijs, qui etiam non adeo sunt familiares hominibus. (Iam patet) Hyperbole est, hoc enim fieri non potest, sed vt amator dicit, se ita crebro sæpe natasse, vt appareat in aquis quasi limes quidam, quem suo corpore fecit, tanquam obita rotæ, vel via, per quam multæ totæ incedunt. (Attritus) Frequentatus. (Solitarum) Assuetarum meæ natationi. (Multa rota) Pro multis rotis. (Quod mihi non esse &c.) sensus est. ergo ante querebar, quòd non possem ad te. (Iterare).i. venire. (Nisi sic.s. natãdo. (Sed nunc queror hoc).s. iterare natando. (Deesse) Mihi. (Per ventos).i. causa ventorum qui me prohibent.

QVO magis).i. quanto magis accedo. (Cetera nox, & nos) Modeste rem turpem tãgit, quia cælari vult sua furta Venus. (Non magis illius) Ne exaturus abesse putetur, vt qui nullam capturus sit deinceps voluptatem ex amica, dicit voluptates, quas ex illius complexu obtinuit, innumeras fuisse, & quod non magis possint numerari, quam vnda maris Hellespontiaci, quod assidue fluit, & refluit, aut quod, cum hęc scriberet, innumeris procellis, atq; vndis agitabatur sunt tamen qui legunt alga, nõ vnda. Est autem herba vilis, quæ ad littus propellitur, vnde in Buc. Virg. Proiecta vilor alga. Vtroq; modo, & versus, & sensus bonus est, concedere tamen superiori. (Ne foret illud iners).i. sine Veneris ante Transactum, hoc est ne nos simus quasi inertes illo. (Hoc).i. tanto magis. (Cautum).i. prouisum. (Et querimur).i. conquerimur. (Atq; ita contactus).i. perculsus monitu nutricis. (Amaro).s. amantibus, quia coëgit separari aduentãte die. Alij legunt cõtactus .i. immoratus, hæsitans, quid agerem, sed legerem potius contactus. (Natator) Qui ob peritiã artis sponte se in aquas immittit. (Naufragos) Qui facta naui, siue nandi peritus, siue imperitus cogitur, dum potest natare, vt se saluet, nõ, vt voluptatem capiat. (Quis credere posset?) Quia natura cogimur amare patriã, vnde est illud. Nos patriæ fines, & dulcia linquim9 arua. (Curui Delphines) sic etiam implicantur natantes, vt pingi solent. dicũtur autem puerorum esse amatores, vnde poteraut amores nosse, quanquam ὑπερβολικῶς dictum accipimus. corripitur autem vltima, quia in accusatiuo Delphines facit. (Id quoque deesse) Per collisionem deesse byssyllabum fecit sicut Iuue. deest monosyllabũ dicens: Non deest prolato ieiunius venditor aure. AS C.

Fluctibus immodicis Athamantidos æquora ca(nent:
Vixq; manet portu tuta carina suo.
Hoc mare, cũ primũ de virgine nomina mersa,
Quæ tenet, est nactum: tale fuisse puto.
Est satis amissa locus hic infamis ab Helle:
Vtq; mihi parcat, nomine crimen habet.
Inuideo Phryxo: quem per fræta tristitia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ouis.
Nec tamen officium pecoris, nauisque requiro:
Dummodo, quas findã corpore dentur aquæ.
Arte egeo nulla: fiat modo copia nandi:
Idem nauigium, nauita, vector ero.
Nec sequar aut Telicẽ, aut, qua Hyrus vtitur, ar(cton:
Publica non curat sidera noster amor.

AEquora Athamantidos).i. Põtus Helles, quæ vt, dixi, filia fuit Athamantis. (Canent) spumescunt. (Immodicis) Maximis in portu) vbi, vt plurimũ solet esse tranquillitas, quanto minus tuti erũt homines in medio ipsius? (Hoc mare) Dicit Hellespontum ita esse commotum, vt fuit, quãdo mersit Hellem, & ab ea nomen accepit. (Reor) Puto. (Fuisse tale) Vt nũc est.i. ita turbatum. (Cũ).i. quando. (Primũ) Primo. (Est nactum) Est adeptũ, & assecutum. (Nomen de virgine mersa) De Helle submersa. (Satis infamis) satis ad infamiã, & sæuitiam nominatus. (Vtq;) .i. & quamuis. (Parcat mihi) Me nõ submergat. (Habet crimen) Habet infamiã. (Noĩe) Quia appellatur Hellespontus. (In- HVB.

uideo Phrixo)Optat ſe poſſe tranſuchi vltra mare,ſicut Phrixus trãslatos ab Ariete.(Quæ ouis aurea vellere lanigero).i.ouis,ſiue aries habens pellem aureã.(Vexit)Vltra mare,ſiue ſubmerſione.(Nec tñ requiro officium pecoris,aut nauis).i.non tñ quæro hr̃e, vel arietem, vt habuit Phrixus,vel nauem aliquam.(Dummodo)Poſſim meo corpore natare.(Nulla arte)Tranſeundi,vel naue,vel alio modo.)Modo)Tãtummodo,vel dũmodo.(Copia)Facultas.(Idem)Ego idem.(Nauigium)Nauis. (Nauita)Qui regam & agam nauem. (Vector) Paſſiue accipitur.i.qui vehat:vt Lucan.Cauſa eſt hæc ſola timoris, vectorem noſſe tuum.i. eum,quem vehis,ſunt enim verba Cæſaris ad Amyclã.(Nec ſequar)Dicit ſe non nauigaturum ad obſeruationem ſiderum,ſicut alij ſolent,dicit ſe.n.ſe tñ ſpectare lumen ſui amoris. (Helycen)Vrſam maiorem dicit,q̃ fabulæ ferunt ex Caliſtone à Ioue compreſſa,poſtq̃ Arcada filium peperit factam.nam ex puella formoſiſſima à Iunone in Vrſam eſt conuerſa,deinde cum poſt 15. annos filius Arcas in venationem egreſſus matrem occiſurus eſſet ignorans,Iupiter id ſcelus prohibens ambos in cœlum tranſtulit,& in Septentrionali polo collocauit,ſed Iuno exorauit Tethyn & Oceanum,ne pellicem ſuam ſuis aquis mergi paterentur,itaque dñt eas nunquam occidere,vt Virg.Arctos Oceani metuentes æquore tingi.Ad harum obſeruationem nautæ nauigare ſolent,ſe Græci obſeruant Helycen: Phœnicos vero Cynoſuram,quam dicimus minorem Vrſam,de quibus ipſe Ouid.in Triſt.Magna, minorq; feræ,quarum regis altera Graias,Altera Sidonies,vtraque ſicca rates.Idẽ lib.3.Faſt. Eſſe duas Arctos quarum Cynoſura petatur Sidonijs, Helycen Graia carina notet. de his etiam ita ſcribit M.Manilius Aſtronomicon lib.1.Sũma tenent axis miſeris notiſſima nautis,Signa per immenſum cupidos dicentia pontum:Maiorumq; Helycen maior decircinat Arcton.Septem illam ſtellæ certantes lumine ſignant,Qua duce per fluctus Graiæ dant vela carinæ.Auguſto Cynoſura breuis torquetur in orbe Tam ſpatio, quàm luce minor, ſed iudice vincit Maiorem Tyrio:Pœnis hæc certior auctor,Non apparentem pelago quærentibus orbem.Manifeſte igitur apparet quare dixerit.Aut,qua Tyrus vtitur,Arcton, ſignificat enim Cynoſuram,quam(vt apparet)Tyrij obſeruant,cum altera,hoc eſt Helyce,obſeruatur à Graijs.(Publica ſidera)Quæ omnes aſpicere poſſunt.(Andromeden)Stellam Andromedes,fuit autem Andromede Cephei,& Caſſiopes filia in Ethiopia,cuius mater Caſſiope ſe pulchritudine nymphis Nereidibus præferens earum iram prouocaret, quas vt placaret Cepheus,Hammonis oraculum conſuluerat, à quo reſpõſum fuerat filiam pro ſuperbia materna belluæ exponendam eſſe, quam Nereides ex mari mittebant, vt illa deuorata tandem placarentur.Quod cum Cephus feciſſet,& eam in littore ſaxo alligaſſet,caſu quodam ſuperuenit Perſeus filius Iouis,& Danaës, qui ſupra ea loca volans,cum puellam formoſiſſimam aſpexiſſet,eius amore captus,cauſa eius patre pactus eſt, vt ſibi ſponſa,& vxor daretur,ſi eam liberaſſet.ea igitur liberata,cum Phinea fratrem Cephei eam vxorem volentem,& multos illi auxiliantes in ſaxa vertiſſet,tandem victor Argos cum coniuge reuerſus eſt,quæ poſtea in ſtellam,quæ Andromede dicitur,mutata eſt.Eſt autem legendum Andromede per d, non Andromeche,nam hæc vxor fuit Hectoris, quæ nunquam mutata legitur.

ASC. IDEM ero nauigium,nauita,& vector) Quia ſe traijciet ſine naui, ac gubernatore.

HVB. CLaramque Coronam)ideſt ſtellam Ariadnes,de qua diximus in epiſt.Phædræ,gemmæ .n.coronę Ariadnes,quæ nouem fuiſſe ab Ouidio dñr, in ſtellam, quæ Corona dr̃, conuerſæ fuerunt, de quo Virg. lib.1.Georg. Gnoſiaque ardentis decedat ſtella Coronæ. (Vrſa Parthaſis).i. Arcadia, nã Parthaſos vrbs fuit Arcadiæ. (Celido) Frigido, Septentrionali, & eſt quaſi itera-

* Aliud numen.

Andromeden alius ſpectet,claramq; Coronam:
Quæque micat gelido Parrhaſis Vrſa polo:
At mihi quod Perſeus,& cũ Ioue liber amarunt,
Indicium dubiæ non placet eſſe viæ.
Eſt * aliud lumen multo mihi certius iſtis:
Non erit in tenebris quo duce noſter amor.
Hoc ego dum ſpectẽ:Colchos,atq; vltima Põti,
Quaq; viam facit Theſſalia puppis eam:
Et iuuenem poſſim ſuperare Palæmona nando:

Miraq;

Miraque quem ſubito reddidit herba deum.
Sæpe per aſsiduos lãguent mea brachia motus:
Viſque per immenſas feſſa trahuntur aquas.
His ego cum dixi:precium non uile laboris,
Iam dominæ uobis colla tenenda dabo:
Protinus illa ualent:atq; ad ſua præmia tendũt,
Vt celer Eleo carcere miſſus equus.
Ipſe meos igitur ſeruo,quibus uror,amores:
Teque magis cœlo digna puella ſequor.
Digna quidem cœlo,ſed adhuc tellure * morari:
Aut dic,ad ſuperos hinc mihi qua ſit iter.
*Hic es:& exiguum miſero contingis amanti:
Cumque mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi,ꝙ lato non ſeparor ęquore,prodeſt?
Nõ minus hæc nobis tam breuis obſtat aqua.
Num malim dubito, toto procul orbe remotus
Cum domina longe ſpem quoq; habere meã.
Quo propius nunc eſt,flãma propiore caleſco:
Et res non ſemper,ſpes mihi ſemper adeſt.
Pene manu,quod amo tenta eſt uicinia,tango:
Sæpe ſed(heu)lacrimat hoc mihi pene mouet
Velle quid eſt aliud fugientia prendere poma?
Spemque ſuo refugi fluminis ore ſequi.
Ergo te nunquam,niſi cũ uolet unda,tenebo?

tio eius quod dixit. Nec ſequar aut Helycẽ &c. (At mihi quod Perſeus amarunt).i. Andromeden.(Et Liber).i.Bacchus, & ſignificat Ariadnem. (Cũ Ioue) .i.quam Iupiter amauit, ſignificat autem Caliſtonẽ in Vrſam mutatam, ut diximus. Eſt autẽ ſenſus. Nolo habere pro indicio natationis meæ ſtellam Andromedes,uel Ariadnes,uel Caliſtonis.i.Vrſæ.(Indicium) Demonſtrationem,ſignum. (Aliud lumen).ſ.quod tu ò Hero in turri tua mihi oſtendis,uel lumen intelligit ipſam amicam.(Quo duce)Quo regente me. (Non erit in tenebris) Nõ ignorabit iter. (Dum) .i.dummodo. (Spectem hoc)Lumen tuum. (Eam) Paro ire. (Colchos, & ultima ponti) .i.etiam in extremas, aut periculoſiſſimas partes orbis.(Qua).ſ. parte. (Pinus) Theſſala) Nauis Iaſonis. (Fecit iter) .i.iuit,q.d. per Scyllam, & Charybdin,per Symplegades,&c.(Et poſſim ſuperare Palæmona iuuenem nando).i.poſſum melius natare,quã Palęmon Deus maris, de quo talis habetur fabula. Iuno in genus Cadmi irata, poſtquam de Semele ſe ulta eſt, etiam Autonoëns eius ſororem in Penthei filii cædem impolit, Inonem quoque aliam ſororem,& Cadmi filiam in cladem deducere ſtatuit. cum igitur uideret eam,& marito Athamante,& duobus filii felicem, euocauit ex inferis Erinnyn unam ex furiis,per quam in furorẽ Athamanta conuertit,nam in eius pectus ſerpentem,ac uirus, quo eius mens alienaretur,iniecit. Qui per inſaniam uxorem ferã credens inſecutus, Learchum filium,quem illa ulnis geſtabat,ſaxo illiſum pro fera interfecit. Qua re uiſa,Ino ſiue dolore filii,ſiue ueneno furiæ concita,ex ſcopulo ſe cum Melicerta filio præcipitauit, qui Veneris precibus à Neptuno excepti ſunt,& Dii maris facti. Ino Leucothoë à Gręcis dr̃, à Latinis Matuta,ut Oui.in Faſt.dixit:Leucothoë Graiis,Matuta uocabere nr̃is. Melicerta uero Portunus Latine,Gręce Palæmon dr̃,quem nũc intelligit. (Quẽ herba miraq; reddidit deum)Glaucum ſignificat qui cum piſcator eſſet apud Anthedonẽ Euboicam, & piſces in littore poſitos guſtata quadã herba in mare reſilijſſe uidiſſet,& ipſe eius herbę uim experiri decreuit,qua guſtata ſtatim in mare ſalijt & Deus fam⁹ eſt,unde Ouid.9.Met. Carpſit & Euboica uiuax Anthedone gramen, Nondum uulgatum mutato corpore Glauci. Idem lib.8. Ecce fretum ſcindens alti nouus incola ponti, Nuper in Euboica uerſus Anthedone membris Glaucus adeſt. dicit igitur Leander,dummodo ſpectet amicam ſuam, poſſe ſuperare nando Palæmona,& Glaucum deos maris.(Languent)Debilitantur,cadũt. (Colla tenenda).i.amplectenda.(Preciũ non uile laboris)Quæ remuneratio ueſtri laboris erit digna.(Valent)Recipiunt uires. (Ad ſua præmia) .i.ad te,quæ præmia ipſorum. (Vt celer) Comparatio celeritatis.i.ſicut equus ĩ Olympiaco certamine celeriter ex carceribus exit.

*morare
* Hinc eſt qđ raro

(Carcere)Improprie,quo carceribus nã carcer eſt locus reorum,carceres unde equi emittuntur ad currendũ.Hor.in 1.Serm.Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ.(Eleo carcere)Elis,& Piſa urbes Arcadiæ,apud quas curulia certamina celebrabant, & ideo dixit Eleo carcere.Virg..3.Georg.Seu quis ad Elei metas,& maxima campi ſudabit ſpatia.& Lucan. Quantum clamore iuuatur.Eleus Sonipes.(Seruo)Aſpicio.(Sequor te)Magis,quã ſidera. (Sed adhuc tellure morari).ſ.digna,& meli⁹ morari legitur,quàm moraris(Aut die).i.aut ſi uis ire in cœlum.dic mihi,quomodo.& ipſe poſſim illuc aſcẽdere.(Hinc)Ex hoc, quòd es digna cœlo.(Raro contingis mihi amanti)Raro poſſum tecum eſſe,quia digna,& precioſa difficile conceduntur.(Cumque mea fiunt turbida mẽte freta).i. turbor,cum turbatur mare.(Quid mihi)Dicit,quòd non prodeſt, ꝙ iſtud mare Helleſpontiacum ſit tam ſtrictum, quia tam breuis maris aqua,nõ minus ei obſtat,quam ſi eſſet mare latiſſmum. (Obſtat) Affert impedimentum.(Num malim) An potius uelim? (Remotus)ſeparatus.(Habere ſpem meam longe cum domina).i.dubito,an uelim eſſe longe ab amica mea, & habere etiam ſpẽ mea longe cum ea quia patientius ferrem,ſi non poſſem ad eam uenire.(Propior) Propinquior.ſ.amica eſt.(Caleſco)Ardeo.(Flamma)Igne,amore. Teren.Accede ad ignem hunc, & caleſces plus ſatis.(Res)Cauſa amoris.i.ipſa amica.(Nõ ſemper)ſubaudi adeſt.(Pene) Ferè(Tango manu)Prouerbialiter dixit.(Tãta eſt uicinia)Tãta eſt proximitas inter nos. (Hoc)Ita eſſe propinquos,& non poſſe ſimul eſſe.(Mouet lacrymas)Facit me flere.(Velle quid eſt aliud)Comperat ſe Tantalo,qui in medijs aquis apud inferos ſemper ſitit, neque poteſt bibere,& habet poma ad os,& non poteſt ea comedere,aut ore contingere.(Quid eſt aliud,)q.d.nihil,niſi quod mihi accidit,qui propinquus amicæ maæ,ea tamen careo. (Fugientia)Ab ore diſcedentia. (Sequi ſpem fluminis refugi) .i. ſequi ſpem aquæ fugientis. Horat.in primo Serm.Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina.diximus hanc fabulam epi.Paridis.(Ergo) Cum indignatione & dolore pronunciandum eſt. (Niſi cum uolet,(q.d.ſtabo ad arbitrium maris,& non uidebo te,niſi cum mare uolet me premittere?

ASC. VRSA Parrhaſis)Pro Parthaſia,nomen patronymicum,pro patrio, à Parthaſio mõte Arcadiæ,aut à Parthaſis populis eiuſdem regionis.(Helicen)Vrſam maiorẽ.(Nec Arctõ) .ſ.minorem,uidelicet Cynoſuram.(Andromeden)Perſei uxorem in ſidera translatã.(Claramque Coronam).ſ.Ariadnæ à Baccho datã,in qua una perfulget ſtella.(Parthaſis urſa) .i.Arcadica,patronymicum loco ſumptum.(Palæmona).ſ.Portumnum.(Miraque &c.).ſ. Glaucum. Omnia protrita & expoſita ſunt.(Sæpe per aſſiduos)Dat brachijs affectionem mentis ſuæ,quæ fictio multum gratiæ habet. (Sæpe per aſſiduos) ſignificat ſpem uireſque omnes in illa ſitas,ſermone quidem lepidiſſimo,ſed tam aperto ut explanatione non egeat. (Quid mihi)Ordo eſt. Quid prodeſt,quòd ſeparor non lato,ſed anguſto æquore? quaſi diceret,nihil,quia non minus &c. (Num malim) Ordo eſt.(Num) .i.nunquid.(Dubito,) Quaſi dicat nequaquam dubito,an ſup.(Malim).i.magis uelim.(Longe).i.multo, non eſt ergo legendum,malum. (Remotus) .i.exiſtens remotus procul toto orbe. (Habere ſpem meam cum domina)ſupple mea.i.ſpem ſimul cum te.Nã ſpes ſemper illi adhuc prǫſto eſt. (Domina)Non ſemper.(Fugientia prendere poma)More Tantali. (Refugi) Genitiui caſus eſt à nominatiuo refugus,refugi,refugum,& dicitur refugum,quod ſǫpe fugit, ut flumẽ illud,quoties appetitur.unde in primo Serm.Hora. Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina &c.(Ergo ego)Bona indignantis particula,ut,Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas?ergo ibit in ignes?

HVB. NVlla hyems(Nulla tempeſtas, & turbatio maris. (Videbit me felicem) Videbit me cum amica mea. (Cumque minus firmũ nil ſit).i. ſpes mea erit in rebus leuiſſimis, hoc eſt in uento, & aqua, quibus dicit nihil eſſe infirmius. (Adhuc)

Et me felicem nulla uidebit hyems?
Cumq; minus firmũ nil ſit,quàm uẽtus,& unda:
In uentis,& aqua ſpes mea ſemper erit?
Aeſtus adhuc tamẽ eſt:qd,cũ mihi lǫſerit equor,
Pleias,& Arctophylax,oleniumque pecus?
Aut ego non noui,quàm ſim temerarius:aut me

In

In freta non cautus tunc quoq; mittet amor.
Neue putes id me,quod abest,promittere tẽpus:
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis etiam nũc noctibus æquor:
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi continget felix audacia saluo:
Aut mors solliciti finis amoris erit.
Optabo tamen,ut partes expellar in illas:
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim,tactuque meum dignabere corpus:
Et mortis dices,huic ego causa fui.
Scilicet interitus offenderis omine nostri:
Litteraque inuisa est hac mea parte tibi.
Desine parte queri:sed ut & mare finiat iram.
Accedant quæso fac tua uota meis.
Pace breui nobis opus est:dum*transferor istuc:
Cum tua contigero littora:perstet hyems.
*Istic est aptum nostrę nauale carinæ:
Et melius nulla stat mea puppis aqua.
Illic me claudat Boreas,ubi dulce morari est:
Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.
Nec faciam surdis conuitia fluctibus ulla:
Triste nataturo nec querar esse fretum.
Me pariter uenti teneant,tenerique lacerti:
Per causas istic impediarque duas.
Cum patietur hyems:remis ego corporis utar:
Lumen in aspectu tu modo semper habe.
Interea pro me pernoctet epistola tecum:
Quã precor ut minima persequar ipse mora,

hactenus.(Quid erit,)q.d.multo maior tẽpestas. (Cũ lęserit) Perturbauerit, & commouerit. (Pietas) Aut singularẽ pro plurali posuit. i. pleiades, qđ signũ est ante genua tauri, quod ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit,unde dictæ sunt à πλέω .i.nauigo,aut (quod magis placet)Steropes, unius ex pleiadibus stellam intellexit, quæ ortu suo tempestatem inducit. Oui. lib. 1. Trist. Sæpe ego nimbosis dubius iactabas in hœdis, Sępe minax Steropes sidere pontus erat. Sed non solum huius loci, sed & aliorum causa dicendum est aliquid de Pleiadib. Sunt.n. q̃ Atlantides dñr filiæ Atlantis, & Pleiones in cœlum translatę, quæ ꝗdẽ faciunt signũ,ut uoluit Seruius, ante genua Tauri, quæ licet septẽ fuisse dicantur, tñ(ut scr.Oui.lib.4.Fast.)Sex tantum apparent.dicit.n. Pleiades incipient humeros releuare paternos: Quæ septẽ dicit,sex tñ esse solent. Vna appellata est Alcyone,amata à Neptuno, ut in epis. sequenti uidebimus,ex qua Neptunus genuit Lycaona, & Hyricũ patrẽ Orionis. Taygeta uero ex Ioue peperit Lacedæmona,à quo Lacedęmon urbs dicta est ex Tantalo peperit Niobem, q̃ nupsit Amphioni regi Thebarũ:Maia ẽt à Ioue compressa genuit Mercuriũ, Electra ex eodẽ Ioue genuit Dardanũ.Oui.lib.4. Fast. Dardanõ Electra ꝗs nescit Atlantide natũ(Scilicet Electrã cõcubuisse Ioui?Sterope ex Marte genuit Denomaũ patrẽ Hippodamię. Celeno à Neptuno amata est,ut ẽt in seq.epistola patebit,ex qua genuit Nycteum, ꝗ cũ Nyctimene filia cõmixtꝰ est.Merope sola cũ mortali cõcubuit, nã ex Sisyphe genuit Glaucũ prẽm Bellerophõtis.Oui.Septima mortali Merobe tibi Sisyphe nupsit. Pęnitet,& facti sola pudore latet de Pleiadibus hęc nũc sufficiant.Pleias aũt hic intelligitur,ut diximus,Sidus steropes tẽpestuosum.(Arctophylax)Stella est,quæ & Bootes dr̃.i. bubulcus,quæ & tẽpestuosa est, latine potest dici custos ursę.(Oleniumq; pecus)scribit Str.Aegas duas esse, unã i Euboëa, altera in Achaia,diciq; & Aegã,& Aegas, in quo loco Iouem a caprą lectis alimenta suscepisse scribit prope est Olenę,unde Oleniam capellã dixere. Oleniũ igitur pecus possumus intelligere,uel solum sidus captæ,quod est pluuiale,ut Ouid.lib.3.Met. Addidici regimen dextera moderãte carinæ Flectere,& Oleniæ sidus pluuiale capellæ,uel certe sidus & capellæ &hœdorum suorum,nam ob beneficium alimenti à Ioue in cœlũ cũ hœdis suis translata est,ex quibus factum sidus,quod nubes,pluuias,& tempestates inducit,quod Vir.ostẽdit

*transfretor

Illic

lib.

lib.1.Georg.Præterea tā ſunt Arcturi ſidera nobis,Hædorumque dies ſeruādi,&c.Manlius aſtronomicus lib.1.Hunc ſubeūt hœdi claudētes ſidere pontū Nubibus,& mūdi nutrito rege capella.Dicit igit̃ Leāder,ſi nūc ita turbatur mare,q̄d eri,cū acceſſerint ēt ſidera,q̄ naturę ſua inducūt tēpeſtates?(Aut nō noui,q̄ ſim temerarius)Aut nō noui temeritatē meam.(Aut amor nō cautus)Qui facit hominē incautū.(Tunc)Cū ſupradicta ſidera cōmouebūt mare.(Quod abeſt)q̄d eſt remotū.(Pignora)Probatiōes,certa ſigna(Polliciti)Promiſſionis meæ.(Sit tumidū paucis ēt nunc noctibus æquor).i.ſi aliquot noctibus patet hæc tēpeſtas,ego experiar uenire inuitis aq̄s.(Aut mihi)Facit argm̄,quod dr̃ Dilema.quod utrinq; cōcludit,& ꝓbat eſſe eundem.(Audacia felix)Cui fortuna,& dij fauebunt.(Saluo)Incolumi.(aut)Alia pars,aut ſi moriar,mors finiet ſolicitudines,&moleſtias mei amoris.(Expellar)A fluctib.ꝓijciar.(Illas)Vbi tu eris.(Naufraga mēbra).i.ego naufragos,& ſubmerſus.(Dignabere tactu).i.dignabere tangere.(Cauſa)Quia ꝑ amorē meū auſus eſt tā turbidū mare ingredi.(Scilicet)Fingit Leander amicā ſuā non audire libenter malum omē de eius morte.(Interitus)Mortis.(Accadāt meis uotis).i.adiungantur,ut tu facias uota,ſicut ego.(Pace)Tranquillitate maris.(Breui)Parui tp̄is.(Perſtet)Perſeuerat,cū ero a pud te.(Iſtic eſt(Trāslatio,ſicut naues bene ſunt,ubi hn̄t portum,ita dicit ſe hr̄e.(Nauale aptū ſuæ carinæ).i.amicā ſuam ſibi aptā.(Nauale)Intelligit amicā, Carinā uero ſeipſum, q̄a fungebat̃ officio carinæ.(Tunc)Cū natabat.(Cautus)Quia nō diſcedam à te ut immittam me periculis.(Nec faciā cōuitia flucti).i.nō incuſabo fluctus.(Surdis)Nō audiētib.ipſe ſupra Surdior ille freto,&c.(Triſte)Aſperū,aduersū.(Nataturo)Mihi.(Per quas cauſas) Per uētos.&lacertos tuos.(Remis corporis).i.brachijs ad natandū utar loco remotū.(In aſpectu)In turri,ut poſſit à me aſpici.Pernoctet Vigilet.(Ipſe) Ego.(Minima mora)Breui tempore.

ASC. CVMQVE minus firmum nil ſit,quam uentus)Non eſt legēdū nihil, ſed nil, ut mouet metrum.(In uētis)Lege cum amara interrogatione,quæ uim negandi habet.(Aut ego non noui,quam ſim temerarius)Vim amoris,& dementiam amantium exprimit,nam ſciētes,uidentesque ſeſe in ſumma pericula mittunt. (Optabo tamen) Moris eſt poëtici id in præſagijs ponere,& prædictionibus,quod euēturum ſciunt,unde Dido. Sed cadat ante diē,mediaque inhumatus arena.(Litteraque inuiſa eſt).i.epiſtola.In oratione literæ dicūtur.(Conuitia A conuito aut conuituperor,producit enim ſecundam,cum uitium primā corripiat.(Perſequar minima mora) .i. poſt minimam moram ad finem uſque ſequar. Et eſt ſumma uotorum,quam in fine ferè ponit Ouidius,aut cuius nomine ſcriptam dicit.

IN XVIII. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

HEro Epiſtolæ Leandri reſpondens dicit ſe deteriori eſſe conditione quàm ſit Leander*, quia & ſi pares ſint amore multis tamen de cauſis ipſa minus poteſt amori reſiſtere, & oſtendit, quam ſincero, & continuo amore cum amet . cum dicit ſe cupidam, ut* Leander *ad ſe ueniat hortatur tamen, ut diligenter aduertat ne ſe periculis obijciat, ne ſi moriatur, ſit etiam cauſa mortis ipſius, dicit autem ſe maxime terreri uiſo quodam, quod ei in ſomnijs apparuit de morte cuiuſdam* Delphini *arenæ illuſi, & ſtatim mortui.*

HERO LEANDRO.

EPISTOLA XVIII.



VAM mihi miſiſti uerbis Leander ſalutem.
Vt poſsim miſſam rebus habere:ueni.
Longa mora eſt nobis omnis, quæ gaudia differt:

HVB. 

Ebus) Effectu. (Omnis mora) Quælibet tardatio tēporis etiam breuis. (Eſt longa) Propter affectum tui. Vir.in Buc.Si mihi non hęc lux toto iā lōgior anno.Horat.Vt nox longa,quibus mentitur amica. (Faſſæ)Mi

Da

Da veniam fassæ, non patienter amo.
Vrimur igne pari: sed sum tibi viribus impar:
Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corporis teneris, sic mens infirma, puellis:
Deficiam parui, temporis adde mora.
Vos modo venando, modo rus geniale colẽdo,
Ponitis in varia tempora longa mora
Aut fora vos retinent, aut vnctæ dona palæstræ:
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc volucrẽ laqueo, nunc piscem ducis hamo:
Diluitur posi o serior hora mero.
His mihi * submotis, vel si minus acriter vrar:
Quod faciam, superest, præter amare nihil.
Quod superest, facio: teq; ô mea sola voluptas
Plus quoq;, quàm credi qđ mihi posſit, amo.
Aut ego cum cara de te nutrice susurro:
Quæq; tuum miror causa moretur iter.
Aut mare prospiciens, odiosa concita vento
Corripio verbis æquora pene tuis.
Aut, vbi * sæuitiæ paulum grauis vnda remisit.
Posse quidem, sed te nolle venire queror.

hi confitenti amorem meum. (Viribus) Robore animi ad resistendum amori. (Ingenium) Naturam. (Vt Corpus) sciẽtia physica, dicit enim ex imbecillitate corporis imbecillitatem quoque animi fieri. (Deficiam) Consumar. (Vos) scilicet viri. (Ponitis tempora longa in varia mora) idest præteritis tẽpus varijs modis. (Modo venando) Nam exercitium est vtile. (Modo) Interdum. (Geniale) Amœnum, plenum voluptatis, nam Genius deus est naturæ, cui voluptati operam dantes indulgere dicuntur. Persius: Indulge Genio, carpamus dulcia. inde Genialis voluptuosus dicitur. Virgilius. Inuitat genialis hyems. Iuuen. Henialis agatur ista dies. (Fora) Actiones causarum, quæ in foro aguntur. (Aut dona) Munera, & exercitia. (Palestræ) Luctationis, sunt autem hæc officia virilia. Iuuen. Nunquid nos agimus causas? ciuilia iura Nouimus? aut vllo strepitu fora vestra mouemus? (Fora) Vestra dixit, idest quæ vos viri frequentare soleris. (Flectitis aut freno colla) idest aut exercemini equitando. (Fugacis) Velocis, optime currentis. Iuuen. Cuius Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis. (Ducitis) Capitis. (Diluitur) Madescit, temperatur. (Serior hora) idest serum tempus. (Posito mero) idest bibendo. ipse in arte. Cura fugit, multo diluiturque mero. (Semotis) Remotis. (Minns) Non. (Quod superest facio) idest amo, quod solum restat mihi faciendum. (Plus quoque) Ordo est. Amo te, plusquam id, quod possit credi mihi. (Aut ego) Dicit, quid agar interea, dum durat tempestas, aut enim loquitur de Leandro cum nutrice, aut in mare inuehitur, sicut & Leander. (Susurro) Immurmuro, & clam, demisseq; loquor. (Moretur) Tardet. (Corripio) Incuso. (Pene tuis) Quibus tu quoq; corrripis. (Remisit) Diminuit. (Paulũ sæuitiæ). i. Paulũ perturbationib.

* Semotum.

* Seuitiam.

ASCENSIVS.

ASC. QVAM mihi misisti verbis Leandre salutem) Hęc epistola responsiua Herus ad Leandrum etiam à Sabino dictata creditur, cuius subtilis quem est compositio, sed vsque adeo facilis, vt pudeat quidquam ad tantam claritatem lucis adijcere. (Lõga mora) Ordo est. Omnis mora, quæ differt nobis gaudia. (Est). i. videtur, & reputatur longam, quantumuis breuis fit. (Vos modo venando, modo rus geniale colẽdo) Artis est à sexu argumentari, ne personam lædamus, & ideo pluraliter dicit. (Vos). s. omnes viri. (De more ponitis). i. transigitis. (Modo). i. aliquando venando &c. (Hora serior). i. tardior. (Vel si). i. etiam si. (Minus acriter vrar). i. licet non tam vehementer amem, quid aliud faciam, quam amem, cum aliud facere nequeam? (Quod superest facio,) Id est amo.

Conscia)

Dumq́; queror: lacrymæ ꝑ amantia lumina* ma(nãt:
Pollice quas termulo cõſcia ſiccat anus.
Sæpe tui ſpecto ſi ſint in littore paſſus:
Impoſitas tanquam ſeruet arena notas.
Vtq́; rogem de te, & ſcribam tibi: ſi quis Abydo
Venerit: aut, quæro, ſi quis Abydon eat.
Quid referã. quoties do veſtibus oſcula? quas tu
Helleſpontiaca ponis iturus aqua?
Sic vbi lux acta eſt: & noctis amicior hora
Exhibuit pulſa ſidera clara die:
Protinus in ſumma vigilantia lumina turre
Ponimus, aſſuetæ, ſigna, notamq́ue viæ:
Tortaq́ue verſato ducentes ſtamina fuſo,
Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tã longo tempore, quæris,
Nil, niſi Leandri nomen, in ore meo eſt.
Iam ne putas exiſſe domo mea gaudia nutrix?
An vigilant omnes: & timet ille * ſuos?
Iam ne ſuas humeris illum deponere veſtes?
Tingere nam pingui Pallade membra putas?
Annuit illa * fore non noſtra quòd oſcula curet:
Sed mouet obrepens ſomnus anile caput.
Poſtq́; moræ minimũ, iam certe nauigat, inquã:
Lentaq́ue dimotis brachia iactat aquis.

* Amãt
* Patrẽ
* Fere

HVB. CONſcia) Quæ nouit amorem meũ. (Tremulo) propter ætatem auilem. (Notas ſigna, veſtigia pedũ. (Rogẽ) Interrogẽ. (Ponis) pro deponis. exuebat enim ſe, cum erat nataturus, & relinquebat veſtes apud hero, quas dicit ſe ſæpe oſculari propter amorem eius. (Lux) Dies. (Acta) Præterita ſic loquendo de te, & oſculando veſtes. (Hora noctis amicior) id eſt gratior, vt ſupra alibi. (Nox grata puellis) Quarum ſuppoſitus colla lacertus habet. (Exhibuit) Oſtendit. (Signa notaſque) Ephixegeſis eſt, nam nota idem eſt, quod ſignum. legendum eſt autem, ſigna, notatq́ue viæ, non, ſignaq́ue nota viæ, vt quidam male legũt. (Torta ſtamina) Fila, quę nendo torquentur. (Fallimus) Prætеrimus. Penelope, Nec mihi quęrẽti ſpatioſam fallere noctem. (Fœminea arte) Nendo, quæ ars fœminarũ proprie eſt. (Quæris). i. togas, & vis ſcire. (Iã ne putas) Verba Heroos ad nutricem quibus interrogat, quid de Leandro putet. (Mea gaudia) Meã voluptatem. ſ. Leandrũ. (Omnes) Eius domeſtici. (Timet ſuos) Ne videant eum exeuntem domo. (Deponere veſtes) Exuere ſe, vt natet. (Tingere) Vngere. (Pallade pingui). i. oliuo, poſuit autem inuentricem pro inuento. Nam pallas inuentrix fuit oliuæ, vt Virg. 1. Georg. Oleæq́; Minerua inuentrix. Nam cum Neptunus & Minerua (vt fabulæ ferunt) de imponẽdo nomine Athenis contenderent, placuit dijs, vt eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtuliſſet? Neptunus percuſſo littore equũ animal bellis aptũ produxit, Minerua iacta haſta oliuam creauit, quæ res eſt melior cõprobata, & pacis inſigne, vnde Athenas a noĩe ſuo dixit, nam ipſa græce Athena dr̃. (Annuit) Nutu, & motu capitis ſignificauit ita eſſe, vt petiueram. (Ferè) Temperamẽtum. i. ferè annuit, & nutu affirmauit, quod interrogaui, melius aũt ferè, quàm fore legitur, & rõne metri, & ratione ſenſus, nam fore ſemper ſignificat tempus futurũ, (Noſtra oſcula) Noſtra voluptatem. (Obrepens) Latenter adueniens. Cic. in Cat. maiore de ſenectute, eam obrepere aiũt, citius q̃ putaſſent. (Mouet caput anile) Facit eam annuere. dormientes. n. aut iam declinantes ad ſomnum, ita ſolent mouere caput, vt videantur annuere loquentibus cũ eis. (Poſt minimũ moræ). i. poſt minimũ ſpatium, poſtquã ſupradicta dixi.

ASC. QVID referam quoties do veſtibus oſcula? quas tu) Tota epiſtola id agit, vt ſe ardenter redamare ſignificet, & ad mutuos cõplexus amatorẽ citius adnotet. (Noctis amicior) Taceant ergo inepti, qui ab amico amicitior, ci, geminato deduci præcipiũt. (Quid loquar interea &c.) ſubaudi, ſi, vt ſit, ſi, quæris quid ſit, quod loquar interea tam longo tẽpore. (Nil niſi Leandri nomen in ore meo eſt). i. nil loquor, niſi de te, dicendo. ſ. tam ne putas &c. (Annuit illa fore). i. nutu capitis ſignificat futurũ, nõ ꝙ curet noſtra oſcula, ſed quia ſub. (Somnus obrepens mouet caput ſenile). i. anile. (Poſtquam moræ minimum. i. immediate poſt.

Paucaque

Paucaque cum tacta perfeci stamina terra:
An medio possis, quærimur esse freto.
Et modo ꝓspicimus: timida modo voce ꝑcamur,
Vt tibi det faciles utilis aura uias.
Auribus interdum uoce captamus: & omnem
Aduectus strepitum credimus esse tui.
Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis
Acta: subit furtim lumina fessa sopor.
Forsitan inuitus, mecum tamē improbe dormis.
Et, quamuis non uis ipse uenire: uenis.
Nam modo te uideor propè iā spectare natātē:
Brachia nunc humeris humida ferre meis:
Nunc dare quæ soleo madidis uelamina mēbris:
Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu:
Multaque preterea lingua reticenda modesta,
Quæ fecisse iuuat: facta referre pudet.
Me miseram, breuis est hæc, & nō uera uoluptas:
Nam tu cum somno semper abire soles.
Firmius ò cupidi tandem coëamus amantes:
*Ne careant uera gaudia nostra fide.
Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?
Cur toties à me lente natator abes?
Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti:
Nocte sed hesterna lenior aura fuit.
Cur ea præterita est? cur non uentura timebas?
Tam bona cur periit? nec tibi capta uia est.

HVB.

TErra tacta) .i. stamina ita longa, ut fusus tāgat terrā. (Captamus uoces) .i. auscultamus, an aliquam uocem audiamus. (Strepitum) sonitū. (Vbi) Postquam. (Maxima pars noctis est acta) .i. preterita sic cogitando, & interrogando de te. (Furtim) Latenter. (Subit) Ingreditur. (Lumina fessa) Oculos meos fatigatos nimium in uigilando. (Dormis mecum) .s. & in somnis, uel cogitatione. (Improbe) Contumelia est apta amantibus. (Venis) Quia somnio te uenire. (Videor) .s. mihi existimo. (Velamina) Vestes. (Membris madidis) Tuo corpori madido, sic enim ipse Leander dixit. Deque tuis demptos humeris mihi tradis amictus. (Nunc) Interdum. (Fouere) Calefacere. (Nostra pectora) ut ipse. Excipis amplexu. (Reticenda modesta) Non dicenda, ut ipse etiam Leander. Cetera nox, & nos. & turris conscia nouit. (Pudet referre facta) .i. pudet me dicere ea esse facta à nobis quæ tamen iuuat fecisse, & bene ostendit, multa inter amantis fieri, quæ honeste referri non possunt. (Hæc uoluptas) Somnii. (Et breuis est) Quia cito abit. (Et non uera) Quia deludit me. somnia enim imitantur uoluptates, sed parum durant. Biblis apud Oui. lib. 9. Met. Gaudia quanta tuli, quam me manifesta libido Contigit, ut iacui totis resoluta medullis. Vt meminisse iuuat, quamuis breuis illa uoluptas. Noxque fuit preceps, & cœptis inuidia nostris. (O) .i. utinam. (Coëamus) Coniungamur. (Firmius) Quam per somnium. (Vera fide) Vero effectu .i. ut possint credi uera. (Frigida) sola, ut Penelope. Non ego deserto iacuissem frigida lecto. (Lente) Tarde. (Abes) Es absens, & remotus. (Est mare) Ponit responsionem, quam posset facere Leander, & quam iam fecit. (Tractabile) Asperum, inaccessibile. (Hesterna) Herina. (Lenior) Mitior, quam nunc. (Ea) Aura lenis. (Cur est preterita) Cur omissa? quare non ea usus es? uel. (Ea) .s. nox in qua fuit aura lenior. (Ventura) Tempora, quia posset dicere, expectabam etiam meliora tempora, dicit, ꝙ timere debuisset, ne peiora uenirent. (Via) Commoditas uiæ. (Cur periit) Cur omissa est?

*Ne

PAVCAQVE cum tacta) Quia nendo, ut filium longum producant, fusum in terram usque demittunt, texendo autem pedibus terram contingunt, utroq; autem modo intelligi potest, Priori, accipiendo stamina pro filis in fuso ad stamina conficienda. (Forsitan inuitus mecū tū improbe dormis) Improbus .n. esses, & immitis, hoc est si nollet amari, nā dormis cū ea ꝑ phantasiā. (Coëamus) .i. côueniamus, cōgrediamur. nā de coitu uenereo inhonestum esset, & indecorum puellæ loqui. (Viduas noctes) .i. quæ me faciunt uiduam .i. sine amico, seu dilecto meo. (Est mare) Confiteor. Quia id in oī ferè amore, uitium est, ut su

spicio-

ſpiciones,& zelotypiæ ſeſe intermiſceant,facit poëta etiam hanc zelotypiam, quaſi uero nouo amore captus immoretur.(Cur ea præterita).ſ.aura lenior. Cur non uentura timebas)Id eſt ea,quæ euenire poterant.

Protinus ut ſimilis detur tibi copia curſus:
Hoc melior certe,quo prior,illa fuit.
At cito mutata eſt iactati forma profundi:
Tempore,cum properas, ſæpe minore uenis.
Hic puto depreſus,nil,quod quercreris,haberes,
Meque tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certe ego tunc uentos audirem læta ſonanteis:
Et nunquam placidas eſſe precarer aquas.
Quid tamen euenit:cur ſis metuentior undæ?
Contemptumque prius, nũc uereare fretum?
Nam memini,cum te ſæuum ueniente, minaxq́;
Non minus,aut multo nõ minus,æquor erat.
Cum tibi clamabam:ſic tu temerarius eſto,
Ne miſera uirtus ſit tua flenda mihi.
vnde nouus timor hic?*quoq; illa audacia fugit?
Magnus ubi eſt ſpretis ille natator aquis?
Sis tamẽ hoc potius:quam qđ prius eſſe ſolebas:
Et facia placidum per mare tutus iter:

HVB. VT)Quamuis. (Copia) Facultas. (Similis curſus) ſimilis natationis.(Detur) Contingat tibi. (Illa) Commoditas præterita.(Fuit hoc).i.tãto,uel eo melior. (Quò fuit prior).i. quo antecedebat, nam celeritatis uoluptatum magna eſt gratia.(At cito) Alia obiectio parũ (inquis)durauit illa lenitas auræ, & maris,quæ fuit nocte præterita,& cito mutata eſt. (Tempore)Reſponſio Heroos ad hãc obiectionem,dicit cũ tu uis cito uenire, ſæpe uenis breuiori tpe, q̃ fuit illud,ita ꝙ potuiſſes uenire ꝑ id ſpatium, quo durauit illa tranquillitas. (Deprenſus) tẽpeſtate detẽtus, ne poſſes redire, nam deprehendi proprie dicunt nautę tẽpeſtati impediti. Virg. in 5. Aen. Hunc ego Getulis agerem,ſi Syrtibus exul, Argolicoue mari deprenſus, & urbe Mycenæ. Noceret)Diſpliceret,eſſet ingrata tibi.(Tum)Cum eſſes hic mecum. (Sonantes)ſtridentes,murmurantes.(Aquas)Maris.(Nunquam eſſe placidas) Nunquã eſſe tranquillas, ut nunquam poſſes à me diſcedere.(Quid tamen)ſuſpicatur Hero,ne Leander metuerit natare,quia aut minus eam amet,aut alii amori fortaſſe indulgeat.(Vndæ) Maris.(Contemptum)A te non formidatum. Iuue. Cõtempſit pelagus.(Prius)Ante,cum ad me ſæpe nataſti(Nam memini)Dicit eũ nataſſe alias ad ſe,cum mare nõ erat multo minus turbatum,q̃ nunc. Ordo eſt.(Nã memini,cũ te ueniente).i.natante ad me. Aequor erat nõ minus ſæuũ, & minax.ſ.q̃ nunc.(Aut non multo)Correctio eſt,exornatio rhetorica.i. ſi erat minus ſæuum,non erat multo minus.(Sic temerarius)ſic audax.(Tua uirtus) Tua animoſitas.(Vnde)Ex qua cauſa.(Nouus)Inſolitus.(Quoque)Duæ dictiones ſunt i. & quo.(Fugit illa audacia)Quam antea habebas.(Ille natator)Ille Leander, qui non timebat maris pericula. (Sis tamen hoc).ſ.timidus.(Quàm quod ſolebas eſſe).ſ.audax.(Placidum)Tranquillum.

*quoue

ASC. PROTINVS ut ſimilis detur tibi copia curſus).i.ponamus caſum, ut copia ſimilis curſus detur tibi ꝓtinus.(Certa illa).ſ.uia, & aura oblata.(Hoc).i.hac re,aut tãto fuit melior,quo prior. duplex argumẽtatio,prior ex eo,quod datam occaſionẽ ſuſcipere debemus, neſcij,an ſimilis unq̃ dabit. Vnde eſt illud. Frõte capillata poſt hæc occaſio calua eſt. Eſt & illud Lucani: Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis.(Altera)Quia tametſi ſimilis occaſio redeat,tñ prior,eo ꝙ prior,melior eſt. Nã ſicut in malis,ſi euitari nequeunt,non nihil boni ẽ ſi differri pñt,ita in bonis nõ nihil mali eſt,tãetſi certo futura ſunt,ſi differanť.(Nil quod quereris)Ita legendũ eſt,à quererer,querereris &c.(Curſis metuẽtior undæ)Genitiuus eſt rectus uirtute poſitiui. Nã ſicut dicimus ſum metuẽs unde,ita dicim⁹,ſum metuẽtior undæ,& metuẽtiſſimus undæ.(Nõ minus,aut multo)Ordo eſt. Aequor erat non min⁹ ſæuum,& minax,aut nõ multo minus ſæuum,& minax.(Quoq; illa audacia fugit) Quoq; quæ ſunt partes,& ita,quo,producitur,ſignificãs,& quo,ſugit autem præteriti eſt temporis

& ideo,

ideo prior quoq; producitur.(Ille natator)Quaſi diceret,notiſſimus,& laudatiſſimus, aut audaciſſimus.(Flammaq;).i.& illa flagrantiſſima amoris flamma.(Non fiat cinis frigidus) .i.non reſoluatur in frigidum cinerem, hoc eſt in torporem,aut obliuionem.

Dummodo ſis idem:dũ ſic,vt ſcribis, amemur:
 Flammaque non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam ventos timeo mea vota morãtes:
 Quàm ſimilis vento ne tuus erret amor.
*Ne non ſim tanti: ſuperentq; pericula cauſam:
 Et videar merces eſſe labore minor.
Interdum metuo,patria ne lædar:& impar
 Dicar Abydeno Seſta puella * viro:
Ferre tamen poſſum patientius omnia,quàm ſi
 Ocia neſcio qua pellice captus agas:
In tua ſi veniant alieni colla lacerti:
 Sitque nouus noſtri finis amoris amor.
Ah potius peream quàm crimine vulnerer iſto:
 Fataque ſint culpa noſtra priora tua.
Nec, quis venturi dederis mihi ſigna doloris:
 Hæc loquor: aut fama ſollicitata noua.
Omnia ſed vereor(quis enim ſecurus amauit?)
 Cogit & abſentes plura timere locus.
Felices illas ſuas quas præſentia noſſe
 Crimina vera iuuat:falſa timere vetat.
Nos tam vana mouet, quàm facta iniuria fallit:

HVB. DVmmodo ſis idem)Dummodo perſeueres in amore noſtro,& ſis idem amator meus, qui ſolebas eſſe.(Illa flamma)Ille ignis tui amoris.(Non fiat frigidus cinis) Nõ extinguatur, & eſt translatio ab igni,qui extinctus ſit cinis.(Morantes) Tardantes.(Mea vota) Meum deſiderium aduentus tui.(Similis vento) Inconſtans.(Erret) Vagetur,& à me ad aliam tranſeat.(Ne non ſim tãti)Sic legendum eſt ideſt timeo, ne nunc me tanti non æſtimes, vt putes per tanta pericula ad me veniendum,& ne.(Pericula ſuperẽt cauſam)id eſt pluris facias pericula, quàm me: quæſum cauſa periculorum, & ne.(Videar eſſe merces minor labore) ideſt præmium minus, quam ſit labor tuus ideſt vt nõ videar tibi ſatis digna, quàm tanto labore natandi petas.(Ne lædat patria) id eſt ne noceat mihi imparitas patriæ.(Ne ego Seſta) id eſt ex Seſto.(Dicar impar) Inæqualis.(Viro Abydeno)ideſt tibi,quis es ex Abydo,quæ eſt clarior mea Seſto.(Omnia)Quæ te morantur.(Patientius)Melius.(Quam ſi tu captus,neſcio qua)ideſt aliqua.(Pellice)Concubina.(Agas ocia)ideſt moreris,& ceſſes.(In tua)ſubaudi quam.(Si alieni lacerti)ideſt alius mulieris.(Veniant in tua colla)Te amplectantur.(Nouus amor) Alius puellæ.(Sit finis noſtri).i. expellat noſtrum.i.ne incipiẽs aliam amare,me omittas.(Vulnerer)Lædar,& accipiam dolorem.translatio eſt:nam vulnus pro dolore ponitur.Virg.ſeruãs ſub pectore vulnus.(Iſto crimine)Iſta tua culpa.(Fata noſtra)ideſt noſtra mors.(Sint priora tua culpa)ideſt antecedat culpam tuam.i.vtinam moriar prius, quam hoc facias.(Nec quia) Dicit ſe hæc dicere, nõ quia aliquid de eo intellexerit,ſed propter amorem.(Aut ſollicita,) id eſt incitata.(Noua fama)Nouo nuncio,quòd ames aliam.(Securus)Sine cura,& timore:nam, Res eſt ſolliciti plena timoris amor.(Locus)Remotus.(Felices)Dicit felices illas eſſes,quæ ſunt in eodem loco,vbi ſunt amatores ſui.(Sua pręſentia iuuat) Adiuuat.(Noſſe vera crimina)ideſt cognoſcere veram culpam ſuorũ amatorum.(Et uetat) ſcilicet ſua præſentia.(Timere falſa)Quia quæ ſunt præſentes,non timent falſa crimina ſuorum amatorum:vidẽt enim quotidie,quid agant.(Nos) Dicit ſe ira timere,quod fortaſſe non facit Leander.(Iniuria falſa) Non vera.(Tam mouet)Tam ſolicitat me,& turbat.(Quàm facta fuit)Quàm ea quàm feciſti, ignoratur à nobis.

* Et ne ſim

* Toro

ASC. ET ne ſim tanti)Ordo eſt.Et ego non timeo tam ventos, quam ne ſim tanti.i. quãtum timeo,ꝙ non reputabor tanti,& ꝙ pericula ſuperẽt cauſam.i.maiora videantur,q̃ cauſa.i.q̃ ego,ꝑ qua eo debeas ſubire.(Fataq;).i. & fata nr̃a.i.dies mortis meæ. (Sint priora tua cul.)

Ideſt

id eſt prçcedant culpam tuam,quod optando dicit.(Ne quia venturi) Amanter pargat,quæ obiecerat, ne malam opinionem de Leandro ſuo concepiſſe credatur. (Quis enim ſecurus amauit?) Quaſi diceret,nemo,quia,Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Incitat & morſus error vterque pares.
O vtinam venias: aut hic veniuſue, paterue,
Cauſaque ſit tantæ fœmina nulla moræ.
Quod ſi quam ſciero: moriar (mihi crede) dolendo:
Iandudum peccas,ſi mea fata petis.
Sed neque peccabis:fruſtraq; ego terror iſtis:
Quoque minus venias,inuida pugnat hyems.
Me miſeram, quanto planguntur littora fluctu:
Et latet obſcura condita nube dies.
Forſitan ad * pontum mater pia venerit Helles:
Merſaque roratis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiſo priuignæ nomine dictum
Vexat in æquoream verſa nouerca deam.
Non fauet,vt nunc eſt,teneris locus iſte puellis:
Hac Helle periit:hac ego lædor aqua.
At tibi flammarum memori Neptune tuarum.
Nullus erat ventis impediendus amor:
Si neque Amymone, nec laudatiſsima forma
Criminis eſt Tiro fabula vana tui,

* Portū

HVB. VTerque error (Ignorantiç, aut falſæ,aut veræ iniuriæ. (Pares morſus) Pares curas, & cruciatus animo meo. (Hinc vētus) Qui hoc mouet mare.(Aut pater) Tuus. Sit cauſa) Quare non venias. (Quod ſi quam) .ſ. aliquam mulierem eſſe cauſam tuæ moræ. (Moriar dolendo) Moriar dolore.(Iādudum) Valde Ter. Iandudum illa re amat, vel iādudum,Iandiu,ex quo deſinis ad me natare.(Petis) Quçris.(Mea fata) Meā morem. (Sed neque peccabis) Dicit ſperare eū permanſurū in amore, tarda teque propter tēpeſtatem maris. (Me miſeram) Narrat quàm turbida ſit tempeſtas. (Plāguntur) Percutiuntur.(Dies) Lux. (Latet condita nube: Virg. Eripiunt ſubito nubes cœlumq;, diéque. Teucrorum ex oculis. (Forſitā) Dicit hāc tempeſtatem, forſitan moram eſſe Nephele matre Heller,quæ venerit ad mare,& fleat filiā ſuam.(Mater Helles) Nephele,vt dictum eſt in epiſto. Hypſipyles ad Iaſonem.(Nata) Helle.(Fleatur) Pro fletur.(Aquis roratis).i.effuſus, alluſit autem ad fabulam,quia Nephele dicitur eſſe mutata in nubē,quæ effūdit pluuias.(Aut) Alia cauſa, quod Ino conuerſa in Deam maris nomine L ucothoën (vt ſupra dictum eſt) ſortaſſe turbauit mare, quod odit, quia nominatur à nomine priuignæ Helles. (Priuignæ) Filiæ mariti ſui ex priore vxore.(Nouerca) Ino. (Iſte locus) Hic Helleſpontus. (Vt nunc eſt).i.ita tumidus,vt nunc eſt.(Nō fauet puellis) Nō eſt puellis bonus. (Hæc Helle perijt) Probat,quod non faueat puellis,quia prius nocuit Helle,nūc autē nocet ſibi.(At tibi) Conuertit ſermonem ad Neptunū dicens, ꝙ ipſe memor amorū ſuorū, non deberet nunc aduerſari amantibus,& ventis impedire iter Leandro.(Flāmarū) Amorū.(Si neq;) Cōmemorat multas puellas amaras à Neptuno.(Si) Pro ſi quidem.(Neq; Amymone eſt vana fabula).i. falſa fama.(Tui crim.) Tui amoris,& concubitus: Amymone vna fuit ex filiabus Danai fratris Aegypti,q̄ cum pr̄ eius aquarū miſiſſet,& Satyrus viſam inſequeretur,illa auxiliū Neptuni implorauit, q fugato ſatyro eam cōpreſſit, ex qua genuit Nauplium patrē Palamedis. (Nec Tyro) Formoſiſſima fuit puella filia Salamonei,q in Elide imperauit,& quē Virgi.in 6.Aen.à Ioue fulminatū dicit,quæ Enipeū fluuiū,qui Alpheū ingreditur, vehemēter amauit.vt poëta ait.Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuum,hæc poſtea à Neptuno mutato in formā ipſius Enipei cōpreſſa eſt,ex qua genuit Neleum patrē Neſtoris,& Peliam,qui regnauit in Theſſalia,vnde proper. Non ſic Hæmonio Salmonida mixtus Enipeo Tænarius facili preſſit amore deus.hæc poſtea nupſit Erichtheo filio Aeoli,ex quo filios procreauit.

ASC. QVOQVE minus) Et quo minus,hoc eſt,& vt nō venias.(Hyems).i.tēpeſtas.(Inuida).ſ.amātib.(Pugnat).i.cōtēdit.(Plangūtur).i.feriūtur,ſeu percutiūtur.(Forſitā ad pontū) Sciſcitatur cauſas turbationū,quæ fiebant in Helleſpōto, quas duplices innuit,aut quia

(Mater Helles).ſ.Nephele,concubina Athamantis,& nympha filiam plorãs lacrymas ſuas in pluuiam conuertit,aut quia. (Nouerca).ſ.Helles, hoc eſt Ino coniux Athamãtis Verſa in deam ęquoream.ſ.Matutam,aut Leucothoën.Vexat mare pictum à nomine priuignę,& ita inuiſo.i.Helleſpontum dictum ab Helle in eo ſubmerſa. (At tibi flammarum)Pulchre incuſat Neptunum, quòd qui tot amoribus olim arſerit, in amantes modo ſęuiat. Amicæ autem Neptuni ſatis explicantur ſuperiori commentario.

Lucydaq; Alcyone,Ceyceq;, & * Antone nata,
Et nondum nexis angue Meduſa comis,
Flauaq; Laodice, cœloq; recepta Celæno,
Et quantum memini nomina lecta mihi.
Has certe, pluresq; canunt Neptune poëtæ.
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris,
Aſſuetum nobis * turbidine claudis iter?
Parce ferox: latoque mari tua prœlia miſce:
Seducit terras hæc breuis vnda duas
Te decet,aut magnas magnum iactare carinas:
Aut etiam totis claſsibus eſſe trucem.
Turpe deo pelagi, iuuenem terrere natantem,
Gloriaque eſt ſtagno quolibet iſta minor.
Nobilis ille quidem eſt,& clarus origine: ſed nõ
A tibi * ſuſpecto duxit Vlyſſe genus.

HVB. * Alymone.

* Turbide.

* Deſpecto.

ALcyone)Hæc nõ fuit Aeoli, de qua in præcedenti epiſto.dictum eſt, ſed vt alibi diximus,vna ex Pleiadibus filia Atlantis, ex qua Neptunus genuit Lycaona,& Hyrieũ patrẽ Orionis, licet de procreatione Orionis Seru. aliter dicat. (Lucida) Quia ſtellam cõuerſa eſt.(Ceyce,& Antone nata (Quæ puellæ hæ fuerint, fateor me nõdum potuiſſe percipere. nam textus apud alios habet Ceyne, apud alios Ceyce, & Antonoë, apud alios Auenone, apud alios Euemone, ita vt difficile ſit iudicare verum.Euemonem quidem ſcribit Strab.filium fuiſſe Ormeni fratrem Amyntori, & ex Euomene natũ Euripylum, ſed eius filiam vitiatam à Neptuno non memini legere,neque Ouid.mentionem facit lib.6. Met.vbi multas amicas Neptuni commemorat,videtur tamen fuiſſe eius filias, quam nũc à Neptuno amatam dicit. Ceyne vero non viri ſed puellæ nomen eſt.(Et nondum nexis)Et Meduſa comis nondum nexis.i.nondũ implicitis.(Angue)Pro anguibus,& Meduſa non fuit vana fabula tui criminis,cũ nondum haberet comas ſerpentinas. hæc autẽ filia fuit Phorci, ex Cetobympha, quæ cum Euryalem,& Stheno ſorores pulchritudine ſuperaret,Neptuno, & formæ,& præcipuæ capillorum ſpecie placuit,dum ſola in littore ſpaciaretur,quam fugientem inſecutus,tandem in templo Palladis deprehendit,& compreſſit.Pallas indignata capillus eius,quorũ pulchritudine Neptuno Placuerat,in ſerpentes conuertit.reliqua,quæ de Meduſa dicũtur,vide apud Ouid.lib.6.Met.(Laodice)Duę fuerunt hoc nomine dictę,vna filia Agamemnonis,& Clytemneſtræ,altera filia Priami,de qua nũc puro poëtam intelligere,ꝙ à Neptuno amata ſit. (Cęloq; recepta Celęno)Celęno hoc nomine appellata eſt vna ex Harpyis,ſed hęc,de qua nunc poëta loquitur,vna etiam fuit ex Pleiadibus,ex qua Neptunus, vt in præcedenti epiſto.diximus,genuit Nycteum patrem Nyctimenes,quæ cum patrem commixta eſt.(Recepta cœlo)Quia diximus has ſorores in cœlum translatas ſidus effeciſſe,quod nauigationis initium ortu ſuo oſtendere ſolet.has latini appellãt Virgilias.(Et quarum)ſubaudi,& alię quarum noĩa memini eſſe lacta mihi,nam alias amauit Neptunus,& compreſſit,vt Lybiam filiam Epaphi,ex qua genuit Buſyrim,& Peribœam nymphã Eurymedontis filiam,ex qua genuit Nauſitheum patrem Alcinus regis Phæacum, amauit etiam Tooſan Phorci filiam, ex qua Polyphemum genuiſſe dicitur,& aliàs plurimas,& ideo dicit.(Poëtæ canunt)Narrant.(Has)ſupra nominatas.(Et plures alias conſeruiſſe latus lateri tuo).i.tecum commixtas eſſe,concubuiſſe.(Turbine)Impetu ventorum.Virg.Turbine corripuit,ſcopuloq; infixit acuto. Miſce tua prœlia mari latoque)ideſt oſtende vires tuas in mari lato,& amplo,& non in hoc anguſto,& ſtricto mari.(Seducit)Separat.(Duas terras)Aſiam,& Europam, vt

diximus in argumento epist.(Totis classibus)Militis nauibus congregatis.(Deo pelagi)Tibi magno,& potenti.(Iuuenem natantem)Leandrum non naui,sed brachijs per mare euntem.(Ista gloria)Quam quæris in hoc breui mari turbando. (Est minor quolibet stagno) .i.minor,quam gloria,quam in quolibet stagno,& parua à quo posses habere.(Ille)Leader. (Nobilis, & clarus origine).i.nobili genere ortus. (Sed non traxit genus ab Vlysse suspecto tibi).i.inimico,propterea quod scelere Vlysses perijt Palamedes nepos Neptuni,aut,vt alij volunt, propter Pergama Neptunia arte & dolis Vlyssis euersa.

ASC. ASSVETVM nobis turbine)idest ò tu turbide,sed plures codices habent turbide,id est per turbatione claudis iter.

Da veniam:seruaq; duos:natat,ille sed hisdem
Corpus Leandri, spes mea, pendit aquis.
Interea lumen (posito nam scribimus illo)
* Sterruit,& vobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes:
Cras erimus plures,inquit,& ipsa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora * lapsus.
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua castra redi socii desertor amoris:
Ponuntur * medio cur mea membra toro?
Quod timeas,non est: auso Venus ipsa fauebit:
Sternet & æquoreas æquore nata vias.
Ire libet medias ipsi mihi sepe per vndas:
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum:
Nam cur, * hoc vectis Phryxo, Phryxiq; sorore,
Sola dedit vastis fœmina nomen aquis?
Forsitan ad redditum metuis ne robora desint:
*Ac nequeas gemini ferre laboris onus.
At nos diuersi medium coëamus equor:
Obuiaq; in summis oscula demus aquis:
Atque ita quisq; suas iterum redeamus ad vrbes:
Exiguum,sed plus,quàm nihil, illud erit.
Vel pudor hic vtinã,qui uos clam cogit amare:
Vel timidus famæ cedere vellet amor.

HVB. DVos)Leandrũ,& me.(Natat) Mari se credit.(Sed corpus Leandri) Et.(Spes mea pédet) Ex iisdem aquis).i.sunt in eodem periculo,legendum autem est corpus Leandri,& spes mea,vt illa copula addat. (Strepuit & lumẽ).i.lucerna fecit crepitum, & stridorem.(Posito nã scribimus illo.(Parenthesis).i. scribimus ad lumẽ lucernæ.(Ecce) Dicit nutricem quasi libaminis, & auspicij causa inijcere vinum in ignẽ.(Faustos)Bene auspicatos, felices à fauẽdo dicitur faust⁹.(Instillat) Infundit.(Plures)Quia accedet Leãder.(Lapsus) Tu celeriter progressus. (Per æquora euicta)Tuis lacertis superata.(Effice nos plures) Fac,vt tu accedas numero nostrum.(Recepte meo corde).i. valde infixo animo meo.(Desertor)Derelictor, defector,translatio à militibus,qui à ducibus suis,& socijs deficiunt, qui desertores dicũtur.(Medio toro) Quod solet faceret aliquis cum est solus, nã qui cum alio dormit non in medio, sed in parte lecti iacere solet.(Non est quod timeas) idest non est timendum.(Venus ipsa)Dea amoris. (Auso)Vel tibi auso natare, vel auso id est audaciæ tuæ, vt Tibullus, Audaces adiuuat ipsa Venus. (Nata æquore) scilicet Venus. (Sternet)Componet placabit.Virg.Et nunc omne tibi stratum silet æquor. (Ire libet)Dicit,quod sæpe habet voluntatem, & appetitum natandi ad Leandrum, nisi sciret hoc mare nimis periculosum puellis, quod patuit ex Helle submersa.(Maribus)Masculis. (Nã cur) Probat exemplo,quod sit tutius masculis, quam fœminis. Cur enim inquit, cum Phryxus & Helle per hoc mare veherentur, sola Helle cecidit, & Phryxus euasit incolumis? ordo. (Sola fœmina cur dedit nomen vastis aquis.).i.mari. (Phryxo) Et Helle. (Vectis hoc) i. cum veherentur: vt,Et qua vectus Abas.i.vehebatur.nam latini participium præteriti imperfecti temporis à passiuo,non habent,sed vtũtur participio præteriti perfecti. (Forsitan) Obiectionem facit pro Leandro.(Robora)Vires.(Ad reditũ) Ad reuertẽdum in Abydon.

* Perstrepuit, seu strepuit, & nobis.
*vectus
*Viduo
* Huc
* Aut

Gemini

Gemini laboris eũdi,& redeũdi.(At nos)rñſio,q.d.ſi hoc times,natemus ambo,& in medio mari.(Coëam⁹)Cõueniam⁹.(In ſummis aqs)In ſummitate aquarũ.(Ita) Poſtq̃ coicrim⁹ & oſculati erimus.(Quiſq; ad ſu.ur.)Tu abydõ,&ego Seſtõ.(Illud)oſculari tãtũ in mediis aqs.(Eſt exiguũ)Eſt paruũ.)Sed erit plusq̃ nihil).i.erit aliqd.(Vel pudor hic utinã)ſenſus eſt,Vtinã uel pudor,qui cogit nos amare, ſic ita uehemẽter,& occulte,uellet cedere amori. (Vel amor timidus uellet cedere famæ).i.non timeret famam,neque quod diceť de nobis.

INTEREA lumen &c. Perſtrepit, & nobis) Alii Stertuit, & uobis legunt,dependet autem ex pyromantia,ſed ſolet hoc maribus,& ingenioſa,& apta inuentio exemplis corroborata.(Gemini laboris).ſ.eundi,& redeundi. ASC.

*Nũc,male res iũctæ,calor,& reuerẽtia pugnãt:
quid ſequar,in dubio eſt:hæc decet:ille iuuat.
Vt ſemel intrauit Colchos,Pagaſæus Iaſon:
Impoſitam celeri Phaſida puppe tulit.
Vt ſemal Idęus Lacedęmona uenit adulter,
Cum præda rediit protinus ille ſua.
Tu quã ſepe petis,quod amas : tã ſæpe relinquis:
Et,quoties graue fit puppibus ire:natas.
Sic tamen ò iuuenis tumidarũ uictor aquarum,
Sic facito ſpernas,ut uereare,fretum.
Arte laboratæ*merguntur ab ęquore puppes:
Tu tua plus remis brachia poſſe putas?
Quod cupis,hoc nautæ metuunt Leãdre,natare:
Exitus hic fractis puppibus eſſe ſolet.
Me miſeram cupio nõ perſuadere, quod hortor:
Siſque precor monitis fortior ipſe meis :
Dum modo perueniat:excuſſaq; ſępe per undas,
Iniicias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi,cæruleas quoties * obuertor ad undas,
*Neſcio quid pauidum frigore pectus habet .
Nec minus heſternæ confundor imagine noctis:
Quamuis eſſe ſacris illa piata meis.

HVB.

CAlor) Amor. (Et reuerentia).i.uerecundia.) Res male iunctæ) Quia ſunt contrariæ. (Pugnant) ſunt inter ſe aduerſæ. (In dubio eſt , quid ſequar) Dubito quid agam, an obſequar pudori,an amori. (Hæc) Reuerentia. (Decet) Honeſta eſt, & affert laudem.(Ille) .ſ. calor, & amor.(Iuuat) Delectat. (Vt ſe) dicit,ꝙ optaret fieri de ſe à Leãdro, qď factum eſt ab Iaſone de Medea,ꝗ,ut ĩ Colchos delatus ẽ eam abduxit. Pagaſeus à Pagaſe oppido Theſſaliæ, inde ſinus Pagaſeus , unde Iaſon in Colchos nauigaturus nauem ſoluiſſe dř (Phaſida)Medeã, à Phaſide Colchorũ fluuio. (Tulit) Abſtulit. (Adulter Idę⁹) Ponit aliud exẽplũ Paris Troianus ab Ida monte Phrygiæ. (Cum ſua p̃da) Cũ Helena dictum eſt in 1. Epiſtol. (Quã petis).i.me, ad q̃ ſæpe uenis. (Quod amas) .i.quã amas. (Quoties fit graue pup.) Quoties eſt periculoſum nauibus. (Ire) Per mare. (Sic tñ) Licet, cõqueſſa ſit,ꝙ eam non abducat, hortatur tñ eum,ut ita ingrediať mare,ut illud timeat.i.ut cauta natet. (Victor)ſuperator natãdo.(Si ſic) Cõduplicatio.(Vt uereare) Vt timeas.(Arte laboratæ)Arguit a maiori,dicit.n.ꝙ naues ualidiſſimæ,& artifitio factæ merguť ab æquore ita turbato,quãto ergo magis hoĩes?(Poſſe plus remis.).i.hr̃e maioré uim ſuperandi aquas,q̃ hñt remi.(Quod cu.).ſ. natare.(Hic exitus).ſ.natandi per mare turbatũ.(Solet eſſe pup.fr.).i.ſolet eſſe,qñ neceſſitas cogit,nauib.fractis.(Me miſerã)Oſtendiť inconſtantia amantis,iã.n.incipit hortari,ut ueniat.(Nõ p̃ſuadere tibi,qď hortor).i.cupio,ut uerbis meis nõ credas,aut pareas, ꝗbus te hortor,ne tali mari nates.(Fortior)Animoſior.(Meis monitis)Quę diſſuadẽt tibi natationẽ.(Excuſſa) Cõmota.(Sed mihi)dicit ſe terreri,quoties aſpicit mare ita turbatũ.(Obuerſor)Permaneo,cõuerſor,ſed conuerſor apud idoneos in uſu nõ reperi. (Neſcio qd pauidũ) Ordo eſt,pect⁹ pauidũ frigore habet neſcio qd.i.timet.legitur ẽt. Neſcio q pauidũ pectora frigus hñt,& idẽ eſt ſenſus,nam ex timoré.ſeqtur frigus.Virg. Ex tẽplo Aeneæ ſoluunť frigore mẽbra. (Nec minus)Dicit ſe ẽt terreri ſomnio,qď hoſterna nocte ſomniauit.(Imagine)

* Nã ut alibi Ouid. Nõ bene cõueniũt, nec ĩ una ſede moranť Maieſtas & Amor

*uincũtur

*obuerſor.

*Neſcio quod pauidũ pectora frigus habent.

ne)ſpecie,apparentia.nã ſomnia inania ſunt,ſed hñt imaginem rerũ. (Illa) Nox.(Piata) Expiata,purgata.ſolebãt.n.sõniãtes aliqua triſtia diis ſacrificare,ut amouerent illa triſtia.

ASC. Lacedæmona)Lacedæmõ ciuitas eſt Spartana,cuius actũs eſt Lacedęmona: Lacedæmonii eũt ſunt incolæ illius ciuitatis.(Puppib.ire).i.abire.quo uerbo arguit eũ i abeũdo quoque facilẽ.(Sic tñ ò iuuenis tu.).i iflatarũ aquarũ.(Victor) qa uoti cõpos ſæpe pernatauit. (Quãuis eẽ ſac.il.p.).i.placata.Male aũt legeret placata,qa tã placo,q̃ paco primũ ꝑducũt.

Nanque ſub Aurora,iam dormitantes lucerna:
  Tempore quo cerni ſomnia uera ſolent:
Stamina de digitis cecidere ſopore remiſsis,
  Collaque puluino noſtra ferenda dedi.
*Hic ego uentoſas nantem delphina per undas
  Cernere non dubia ſum mihi uiſa fide.
Quem poſtquam bibulis illi ſit fluctus arenis:
  Vnda ſimul miſerum,uitaque deſeruit.
Quidquid id eſt,timeo: nec tu mea ſomnia ride:
  Nec niſi tranquillo brachia crede mari.
Sit tibi non parcis:dilectæ parce puellæ:
  Quæ nunquam,niſi te ſoſpite, ſopes erit.
Spes tamen eſt fractis uicinę pacis in undis:
  Tu placidas toto pectore*finde uias.
Interea,quoniam nanti freta peruia non ſunt:
  Leniat inuiſas littera miſſa moras.

HVB. NAnque ſub aurora) Dicit nũc Hero quod fuerit ſomnium ſuum. Exiſtimauit enim in ſomniis circa Auroram ſe uidere Delphina natãtem per mare,ab undis ad littus expulſum & illiſum, & ſtatim mortuũ,ueretur igitur, ne Leander ſit ille delphin. (Sub Aurora).i. circa Aurora.(Iam dormitante)Iam deficiente lumine,nam lucerna, quæ tota nocte fuit accenſa, adueniente Aurora ſolet paulatim diminui, & deficere lumine.(Sõnia,quo cer.) Eo enim tempore ſomnia ſolere cerni uera exiſtimant; quia uidelicet ſtomacho non ſit uino ciboq; diſtẽtus, ſed purgato, tunc.n. uera ſomniari putantur,unde Perſ. Somnia pituita,qui purgatiſſima mittunt. Et Dantes poeta:Ma s'appreſs'al mattin,del uer ſi ſogna.(Stamina)Fila.(Remiſſis)Reſolutis.(Sopore)ſomno.(Ferenda)ſuſtinenda.(Puluino)Ceruiceli.(Hic)Tunc. (Ventoſas) Vento turbidas.(Non dubia fide).i.manifeſte.(Illiſit)Violenter immiſit,& infixit. (Bibulis arenis).i.littori (Vnda ſimul miſerum,uitaque deſeruit)Remanſit in ſicco,& mortuus eſt.(Quidquid id eſt).i.quidquid hoc ſignificat.(Nec ride)Nec contemne.(Crede)Committe.(Si non parcis tibi).i.ſi non habes reſpectum tui.(Dilectæ parce puellæ).ſ.à te.

*Hęc

*ſcinde

ASC. SOMNIA quo cerni) Horatianum quoque eſt. Putant enim euaporato iam cerebro uiſa non ex noxio humore,ſed deorum dari dono. Cetera manifeſtaria ſunt.

IN XIX. EPISTOLAM, ARG. HVBERTINI.

CEos,ut Strabo ſcribit,inſula fuit in mari Aegeo quaternas continens urbes inde Tetrapolis uocata eſt. Ex hac inſula fuit Acontius iuuenis amore Cydippes puellæ uehementer accenſus,quam,cum ob generis impuritatem non auderet aperte uxorem petere,inuenit uiam,qua illam ſibi coniugio obligaret. Nam in pulcherrimo pomo ſcripſit hos uerſus:Iuro tibi,ſane per myſtica ſacra Dianæ: Me tibi uenturam comitem, ſponſamq; futuram,& hoc pomum in templo Dianæ ad pedes Cydippes proiecit,quo accepto illa legit uerſus,& inſcia iurauit,cum tamen propoſitum, & intentionem non haberet iurandi, & promittendi Acontio,poſtea eum per parentes inſcios huius rei alij uiro deſponſata eſſet,ſubita febre correpta eſt quæ cum uehementer uexaretur: Acontius hac epiſtola conatur ei perſuadere hunc morbum à Diana immiſſum eſſe propter periuriũ, & fidem non obſeruatam,qua teſtata fuerat numen Dianæ ſe ſeruaturam. Adducit autem in odium eum,cui poſtea deſponſata fuerant,dicens omnem ægritudinem & periculum uitæ ei accidere illius cauſa,quem ſi dimiſerit,dicit quòd liberabitur omni morbo,& ipſe conſecrabit in templo Dianæ pomum aureum, cum carmine, quod teſtabitur,quæ fuerant ſcripta in pomo lecto à Cydippe omnia fuiſſe rata,& habuiſſe effectum. Sed ne dubitet,ut iterum decipiatur epiſtola ſicut decepta fuerat pomo,amouet ei metum dicens ne timeat legere, quoniam nulla eſt hic fraus:neque iuramentum.


ACONTIVS

ACONTIVS CYDIPPE.
EPISTOLA XIX.

*Accipe Cydippe deſpecti nomen Aconti
Illius in pomo qui tibi verba dedit.



ONE metum, nihil hic iterum iubis amanti.
Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.
Per lege: diſcedat ſic corpore languor ab iſto:
Qui meus eſt, vlla parte *dolente, dolor.
Quid pudor ora ſubit? nam ſicut in æde Dianæ,
Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas.
Coniugium, pactamq; fidem, nō crimina poſco:
Debitus vt coniux, non vt adulter, amo.
Verba licet repetas, quæ dēptus ab arbore fœtus
Pertulit ad caſtas me iaciente manus:
Inuenies illic id te *ſpondere, quod opto,
Ne tibi cum verbis excidit illa fides.
*Id metui, diuæ diffuſa eſt ira, decebat
Te potius virgo, quàm meminiſſe deam.
Nunc quoq; idē timeo: ſed idē tamē acrius illud
Aſſumpſit vires: auctaq; flamma mora eſt.
Quiq; fuit nunquam paruus vel tempore lōgo,
Ex ſpe, quam dederas: tu mihi, creſcit amor.
Spem mihi tu dederas: meus hic tibi credidit ar-
Nō potes hoc factū teſte negare dea. (dor:
*Me tibi nupturum, felix eat omen Aconti,
Iuro, quam colimus, numina magna Deæ.
Adfuit: & præſens vt erat, tua verba notauit:
Et viſa eſt mora dicta tuliſſe coma.



One metū) Noli timere legerē hāc epiſt. (Iterū) ſcđo, vt ſemel iuraſti lectis verſib⁹ pomi. (Satis e) ſufficit te ſemel mihi promiſiſſe iurando. (Diſcedat ſic) Adiurat eā, vt legat. (Sic) .ſ. ſi legeris. (Lāguor) Morb⁹. (Iſto) Tuo. (Qui dolor eſt meus) me tāgit) .ſ. (Te vlla parte) .i. te habēte dolorē in aliqua parte corporis. (Quid pudor) Ante ſudor .i. cur pudet te? (Subit) Occurrit (Nā ſuſpicor) .i. puto. (Genas ingenuas) .ſ. tuas, quæ es ingenua, & verecūda. (Erubuiſſe) Roborē habuiſſe. (Sicut in ęde Dianę) .ſ. erubuerūt. (Aede) .i. tēplo. (Nō crimina) Non adulteriū, & dedecus tuū. (Licet) Licitum eſt tibi. (Repetas) Referas. (Pętus demptus ab arbore .i. pomū, quod eſt fętus .i. fructus arboris. (Illic) In pomo. (Id, quod opto) Te potius meminiſſe .ſ. te futuram ſpōſam meam qđ velim te potius meminiſſe. (Quā deam) .ſ. Dianā, quæ memor illius promiſſionis, q̃ nō præſtas, immittit tibi morbum. (Timeo idē) Ne Dea meminit promiſſionis tuę. (Acrius) Vehemēti⁹. (Aſſumpſit vires) Auctū eſt idē illud, quod timeo. (Flamma) Amor meus: amor, qui fuit paruus in principio. (Nō lōgo) .i. breui tēpore creuit ex ſpe, quā tu dederas .ſ. iurando te futura ſpōſam meā. (Meus ardor credidit hoc) .i. amor fecit me tibi hoc credere qđ promiſiſti. (Hoc factū) Iuramētū. (Dea teſte) .i. Diana p̄ſente, & ſciēte hoc. (Notauit) Attendit. (Tuliſſe) Accepiſſe. (Coma mota) Capite moto in ſignū cōſentientis.

H V B.

* In aliis exēplarib⁹ hęc duo carmina non inueniuntur.

*dolere

*Iurare

* Hæc duo carmīa quidam nō legunt.

* Hos duos verſus alij non habet.

PONE metum) Bene à principio monet metum ponat .i. deponat, quia vero ſimile eſt omnia eius dona illi ſuſpecta, ita vt amplius lectura non ſit eius literas, cuius ſe legendo deceptā nouit. (Diſcedat ſic corpore) Diximus alibi, ſic aptam eſſe precationi particulā. (Debitus vt cōiux) Id ſummopere aſtruit, quod illa inficias eat, ſi amari nolit. (Quæ demptus ab arbore fœtus) .i. pomū ab arbore decerptum. (Te potius) Ordo eſt. O virgo. (Potius) .i. melius ſup. fores. (Te mem.) .i. excuſatione operis momorē oſtēdere. (Quàm d.) .i. q̃ ꝑ dea te puniēdo meminit, ſi tñ illi verſus, quos cōmētarius, ſupior ſe inueniſſe dicit, addēdi ſunt. Ordo manifeſtarius eſt. O virgo decebat potius te meminiſſe, quā Deā .ſ. Dianā iratā. Auctaq; flāma mora eſt) Trāslatio ab incēdio, ſic Hor. Et neglecta ſolent incēdia ſumere vires.

A S C.

Deceptam dicar nostra te fraude licebit:
Dum fraudis nostræ causa feratur amor:
Fraus mea quid petiit,nisi vt tibi iungere vni?
Id me,quod quereris,conciliare potest.
Non ego natura, non sum tam callidus vsu:
Solertem tu me, crede puella facis.
Tu mihi compositis, si quid tamen egimus arte;
Astrinxit verbis ingeniosus Amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia verbis:
Consultoque fui iuris amore vafes.
Sit fraus huic facto nomen:dicarque dolosus:
Si tamen est,quod ames,velle tenere,dolus.
En iterum scribo: mittoque rogantia verba:
Altera fraus hæc est: * quodq; queraris habet.
Si noceo,quod amo:fateor sine fine nocebo.
Teque petam:caueas tu licet, ipse petam.
Per gladios alii * placitas rapuere puellas:
Scripta mihi caute littera crimen erit?
Dii faciant possim plures imponere nodos:
Vt tua sit nulla libera parte fides.
Mille modi restant:cliuo sudamus in * vno:
Ardor inexpertum nil sinet esse meus.
Sit dubium possis ne capi, captabere certe:
Exitus in diis est:sed capiere tamen.

HVB. Licebit) Erit tibi licitum, & permittetur.(Feratur) Dicatur.i. dūmodo dicat tantūmodo pp amorem te accepisse. (Quid petijt) Quid voluit?q.d.nihil aliud.(Nisi quòd iūgere tibi vni) Nisi, vt essem coniux tui solius. (Conciliare) Cōiungere, & concordes reddere. (Quod quereris) Quam rē tu quereris .i. hæc fraus,de qua tu quereris.(Potest nos conciliare)quia potes intelligere, quòd fuit solū ex amore. (Pōt Legendum est, non potes. (Callidus) Astutus.(Vsu)Experientia,sed pp amorē tuum ideo dicit. (Tu facis me solertem) .i. industrium,& ingeniosum. (Te mihi) Dicit,quod si aliquo artificio visus est vti ad eam decipiēdam, illud artificiū fuit amoris, qui dictauit sibi. (Cōpositis) .i. artificiosis.(Ingeniosus) Ab effectu. (Sponsalia) solēnia verba nuptiarū. nā secundū Iuriscōsultos,Sponsalia sunt mentio, & repromissio futurarū nuptiarum. (Ab eo) Ab amore.(Vafer) callidus,astutus,quasi valde afer,vt Nonio placet. (Consulto)Interrogato,mihi dante consiliū.nam consultus dicitur,qui cōsulitur, cōsultor, qui cōsulit.(Sit fraus)Ordo est. Fraus sit nomen huic facto.i.factū nominetur fraus.(Si tñ)Quasi correctio,q.d.cū potius sit virtus, quā dolus,velle tenere,quod amas.(Iterū)secūdo.(Quod amo).i.quia amore,vel qđ.i.quia.(Sine fine)Perpetuo,& semper,quia nunquā desinăte amare.(Petā te)Te optabo. (Licet caueas) Vires,ne te petā.(Per gladios)Arguit à maiori ad minus,si.n.licet alijs rapere puellas bello,& pugnare armis,vt eas habeāt,dicit sibi non fore crimen,si scriptis voluerit puellā habere.(Placitas puellas).i.amatas,& q̄ sibi placuerint. (Plures nodos)Plura vincula ad ligādū te mihi.(Libera)soluta,sine obligatione. (Nulla parte) Vt nō possis effugere quin sis meā. (Mille modi).s.capiēdi.(Cliuo sudamus in vno).i.in vno tantūmodo labore.est aūt trāslatio,nā cliuus dicitur ascēsus,siue mōticulus aliquis.ergo nos. (Sudamus).i.laboramus.(In uno cliuo)In una difficultate. (Ardor inexpertū nil &c.) Amor meus faciet me omnia experiri.(Sit dubium).i.etiam,si sit dubium.(Exitus)Finis. (Est in dijs).i.Dij sciunt finem.

*quo ue
*rigidas
*Isto,

ASC. LICEBIT) Sic ēt Horat. locutus est,uñ patet,licet natura esse uerbū,lices in coniunctionē,aut aduerbiū trāsferatur,ut sit,licebit.i.licitū erit,hoc est quāuis forsan in futuro dicas te deceptā &c.(Id me,ꝙ quereris,cōciliare pōt).i.qa p fraudē meā nō aliud petij,q̄ ut tibi uni iūgerer,& fidelis cōiux essem,qđ pfecti amoris indiciū est,id qđ quereris,pōt me cōciliare tibi.i.ppea debeas me redamare,qa te uehemēter amo. (Teq; petāt) Ordo ē,licet tu caueas,ne sup.petā (sed ut docet Perotus, caueo plenū ē sine ne, ut caue faxis,caue dicas)te (Ipse).i.ego petā te.(Per gladios alij)Docet,siqd peccauit,clemētius,& humani⁹ cū amica egisse,q̄ amatores solcāt,ut nullū querelę locū amicę reliquat. (Possis nec.).i.an possis capi captabere certe.(Exit⁹ ī dijs ē).i.dij sciūt,an cōmodo mea te capiā,sed utcūq; erit, capiā te.

Vt partem effugias,non omnia retia falles:
Quę tibi,quàm credis, plura tetendit amor.
Si non proficient artes:ueniemus ad arma:
Inque mei cupido rapta ferere ſinu.
Non ſum,qui ſoleam Paridis reprendere factũ:
Nec quenquam, qui uir, poſſet vt eſſe,fuit.
Nos quéquã.ſed taceo.mors huius pœna rapinę
Vt ſit:erit,quàm te non habuiſſe, minor.
Aut eſſes formoſa minus:peterere modeſte:
Audaces facies cogimur eſſe tua.
*Tu facis hoc,oculique tui: quibus cedunt
Sidera qui flammę cauſa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines,& eburnea ceruix.
Quæque precor ueniant in mea colla manus:
Et decor,& uultus ſine ruſticitate pudentes,
Et Thetidis quales uix reor eſſe pedes.
Cetera ſi poſſem laudare,beatior eſſem:
Nec dubito,totum quin * tua pars ſit opus.

HVB.

PArtem) Retium, quæ tibi tẽdam.(Plura) Retia. (Artes) Doli. (Ad arma) Ad uim. (Rapta) Abducta per uim. (Non ſum) Dicit ſibi placere eos, qui auſi ſunt rapere eas, quas amauerunt. (Factum Paridis) Qui Helenam rapuit. (Nec quenquam) Nec aliquem alium. (Qui fuit uir) qui fortis, & audax fuit, ut poſſet eſſe uir. (Nos quoque) Deeſt uerbum q. d. rapiemus te. (Mors huius) Occurrit obiectioni, quia poſſet dici, fortaſſe interficieris, ſi me rapueris, dicit ergo. (Mors ut).i.quamuis. (Sit pœna huius rapinæ) .ſ. de te. (Erit minor) .ſ. pœna, quam nõ habuiſſe te, quia plus pœnæ mihi eſſet non habere te. quam mori propter rapinam tui. (Aut eſſes formoſa minus) .i. ſi eſſes minus pulchra, modeſte, te peterem non autem ita ardenter, & audacter.(Facie)Forma.(Tu facis) Cõmemorat partes pulchritudinis ipſius Cydippes.(Ignea) Aut ſplendida,aut quæ ſecundum quoſdam philoſophos dicuntur eſſe ignea. Cedunt ſunt inferiora.(Flammæ)Amoris.(Flaui crines)Pulchri.Fleuus autem color(ut Aul.Gel.ſcri.) conſtat ex albo,uiridi,& ruffo:unde dicimus flauas ſegetes, quando matureſcunt. (Eburnea)Candidiſſima,quale eſt ebur.(Manus)Formoſæ.(Quas precor ueniant in mea colla) .i.quas precor,ut me amplectantur.(Pudentes,ſine ruſticitate).i.qui habent pudorem non ruſticum,ſed ingenuum. Iuuena. Ingenui uultus puer: ingenuique pudoris. Quales uix reor eſſe pedes.(Thetidis).i.candidiſſimos,nam cum ſit dea maris & aſſidue moretur in aquis,merito debet habere pedes albiſſimos,fuit autem filia Nerei mater Achillis, nam pro uxore Oceani Tethys ſic ſcribitur,& Tethyos facit,& habet primã longam.(Cetera) Quę latent ſub ueſtibus.Ouid.1.Met.Si qua latent,meliora putat.(Poſſem laudare)Vtpote me uiſa,uel tacta.(Nec dubito) .i. non dubito,quin pulchritudo,quæ eſt in una parte corporis ſit in toto.(Tua pars)Non intelligamus obſcœne dictum de pudendis, ut quidam male putant.ſed ſic intelligendum non dubito,quin totum opus tui corporis ſit una pars.i.tale qualis eſt pars tua,quæ apparet,uel oculi,uel manus &c.uel ſic,quin tua pars ſit totum opus,id eſt perfectum opus.i.non dubito,quin pars reſpondeat toti operi.

* ocul', ut ait Albert. Mag. uerus eſt cordis nũcius, & in oculis animus inhabitat, ſũtque in his maxima amoris indicia, iuxta illud Proper. Cynthia prima ſuis miſerũ me cepit ocellis.

* tibi par

ASC.

FERERE) In futuro indicatiui uerbi paſſiui.i.transfereris. (Nõ ſum) Ordo eſt.Nõ ſum,qui ſoleam reprehẽdere factum Paridis.i.raptum Helenes à Paride factum. nec qui ſoleam reprehendere quenq̃,qui fuit uir.i.uirilis,&animoſus.(Vt poſſet eſſe)Perſiſtere.i.qui ſentiens amore ſe perire,rapuit amatam,ut ſuperuiuat.(Vt mors ſit pęna huius rapinæ).i. licet mori cogat ob raptum tui,tñ.(Minor erit) ſ.Hæc pęna.(Quam nos te non habuiſſe) .i.grauius erit te non habita uiuere,q̃ habita per raptum,obraptum mori.(Aut eſſes) Quia nihil gratius mulieri nouit,laudat eã à forma. (Aut) Videtur poſitũ pro ſi,ut ſit. (Si eſſes) Et ita ſcriptum ſuſpicor à poëta,ſed qui non intellexerunt monoſyllaba à uocalibus ſequẽtibus non abſumi,mutauerunt ſi in aut.(Sine ruſticitate pudẽtes)Quia minus pudor ruſticitatẽ parere ſoles.(Thetidis pedes)ſecũdũ Hom. argẽtei ſunt ſecũdũ Stat. in Achilleide niuei,dicentẽ Niueas ferunt uada Theſſala plantas quod ideo fingitur,quia cũ ſit dea marina,ſemp ĩ aquis uerſat.Eſt aũt mater Achillis uxor Pelei.(Cetera ſi poſsẽ)Muliebria ſ. &

pudenda,quæ ille nondum uiderat,nec contigerat.(Nec dubito,totum: quin tua pars sit opus).i.quin totum sit tui simile immo sui simile,& tale,quod non uidetur, quale quod uidetur,aut quin totũ opus fit tua pars.i.teipsam effinxeris,aut lege,quin tibi pars sit opus.i. nõ dubito,quin totũ opus.i.tota factura corporis tui,sit par tibi .i. ei parti,quam uidemus.

Hac ego compulsus,non est mirabile,forma,
Si pignus uolui uocis habere tuæ.
Denique,dum captam tu te cogare fateri:
Insidiis esto capta puella meis.
Inuidiam patiar:passo sua præmia dentur:
Cur suus à tanto crimine fructus abest?
Hesionem Telamon, Briseida cepit Achilles:
Vtraque uictorem nempe secuta uirum,
Quamlibet accuses,& sis irata,licebit:
Irata liceat dum mihi posse frui.
Iidem qui facimus,factam tenuabimus iram:
Sit modo placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere uultus:
Et liceat lacrymis addere uerba meis:
Vtque solent famuli, cum uerbera sęua uerẽtur:
Tendere submissas sub tua crura manus.
Ignoras tua iura:uoca:cur arguor absens?
Iandudum dominæ more uenire iube.
Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos:
Oraque sint digitis liuida * nostra tuis:
Omnia perpetiar:tantum fortasse timebo:
Corpore lędatur ne manus ista meo.
Sed neq; compedibus,nec me cõpesce cathenis:
Seruabor firmo uinctus amore tui.
Cum bene se,quantumque uolet satiauerit ira:
Ipsa tibi dices,quàm patienter amat.
Ipsa tibi dices:* ubi uideris omnia ferre:
Tam bene qui seruit,seruiat iste mihi.

HVB. Pignus)Obligationem.(Quãlibet)Quantumuis.(Frui te ira).i.habere te ita iratam mihi.(Tenuabimus) Minuemus,si cõcedatur mihi per te.(Copia) facultas.(Liceat) Permittatur, ut ueniam in cõspectum tuum, & possim flendo te rogare.(Vtq; solent) Ordo est, & liceat mihi tendere manus.(Submissas).i. humiles.(Sub tua cr.).i. ad tua genua,quod faciunt supplicãtes. (Vt famuli cũ uerẽtur).i.timẽt. (Verbera sæua) Rigida).s.dñorũ minantium eis.) Ignoras tua iura).i.nescis,quid tibi liceat in me.(Voca me) Quia non debes damnare,nisi citata parte.(Moræ dñæ)Sicut dña imperat famulo, quia tibi parebo ut famulus dñæ paret.(Scindas) Laceres licet,inquit, in me sæuias, & omnia aspera facias, omnia patiar. (Tantum)Solummodo.(Ne manus ista).i. tua.(Lædatur meo cor.).i. ne fortasse noceas tibi & lædas tuas man⁹ me uerberãdo. (Cõpedibus) Vinculis pedum. (Vinctus) Ligatus, q.d. tuus amor fatis tenebit me.(Cum bene)Hæc omnia dicit Acontius, ut flectat eius animum.(Ipsa) Tibi.(Qui seruit) Qui præstat seruitutem tam patienter.

* facta

* cum uideris

ASC. A C ego cõpulsus)Purgat factũ suum ex eo, ꝙ amore captus id ꝑpetrauerit,qđ & fortes uiri,sed queritur se ĩfelicioreẽ,ꝙ nõ potiař ea,ob q̃ facinus cõmisit,sicut Telamon Hesione Laomedõtis filia, & Priami sorore, & Achilles, Briseide,de qua suo loco uisam est.(Quãlibet).i.quantũlibet accuses,& sis irata.(Licebit).i.licitũ erit & ꝑmitteť tibi,dũmodo:liceat mihi frui sup.te irata.(Nos iidẽ, q facimus irã factã).i. placabimus te amicabili cõmercio & dulci attrectatione.(Placãdæ tui) Elegãtius q̃ placãdi, te.Est ergo hic tui primitiuũ à tu,quod oĩs gñis est,hic fœminini.(Ignoras).i.si ignoras,aut quia ignoras.(Tua iu.).i.ꝙ sum tui.iuris,& tibi dedititi⁹.(Facta siu.).i.ferè plũbei coloris, q fit ex uerbere,aut cõpressione corporũ.(Ne ista).i.tua manus,q̃ patiẽter figurate.i.ò q̃.i.quantũ patiẽter amat.(Oĩa re careañt).i. non habeant effectũ.quæ ominor de te.s. Deam de te uindictã sumpturã,sicut sumpsit de ceteris sui cõteptoribus.s. Calydoniis:Acteone,Niobe.de Calydoniis dř Aen.7.Cõcessit in iras ipse deum antiquã genitor Calydona Dianę.

Nunc

*Nunc reus infelix absens agor:& mea,cum sit
Optima,non ullo causa tuente perit.
Hoc,quod amor iussit scripũ:est iniuria nostra.
Quod de me solum nempe queraris,habes.
Non meruit falli mecum quoque Delia.si non
Vis mihi promissum reddere:redde deæ.
Affuit:& uidit,cum tu decepta rubebas:
Et uocem memori condidit aure tuam.
*Omnia re careant:nihil est uiolentius illa:
Cum sua,quæ* non uult,numina læsa uidet.
Testis erit Chalydonis aper.nam scimus ut illo
Sit magis in natum sæua reperta parens.
Testis & Actæon quondam fera creditus illis,
Ipse dedit leto cum quibus ante feras.
Quæque superba parent saxo per corpus oborto
Nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo.
Hei mihi Cydippe,timeo tibi dicere uerum:
Ne uideat causa falsa monere mea.
Dicendum tamen est:hõ est(mihi crede) ꝙ ægra
Ipso nubendi tempore sæpe iaces.

AGorreus) Vtitor signa te uerbis iuris, nam reus dicitur,contra quem agitur,etiam si nihil admiserit. (Non ullo) .i.nullo.(Est iniuria nostra) dicitur esse iniuria,quã tibi intuli. (Delia.)Diana à Delo insula,in qua & nata est,& colebatur precipue. (Redde Deæ.) Quam teste adduxisti. (Rubebas) Cum rubore prę pudere uultum osten debas.(Vocem tuam)Verba,per quæ iurasti. (Omnia re careat) Terret eam cõmemorans ei Dianæ sæuitiam in uindicando sc. (Omnia) Auguria de eius uiolentia. (Careant re).i.effectu.i. utinam nihil mali tibi diuinẽ. melius legitur omnia, q̃ omnia. (Violentus)Sæuius. (Illa)Diana. (Quod noli).s.uidere, ꝙ tu læseris eam.(Testis erit) Adducit exẽpla. (Aper Chalydonis) Aper, quem illa irata Oeneo ad uastandam Chalydonem immisit, quia Oeneus cum sacrificasset alijs Dijs,sola Diana omissa,ut alibi plenius diximus,illa Aprum, qui totam regionem uastaret,immisit,q fuit causa mortis Meleagri,ut in epist.Deianirę dixi. Parens)Althęa, mater Meleagri.(Sit reperta magis sæua in natũ) Quia consumpto torre, in quo eius uita fataliter consistebat,eum interemit uel eius uitam diris imprecationibus execrata est.Hãc fabulam diximus plene in epist. Briseidis super eum locum. Fratribus orba Deuouit nati spemque caputque parens.(Testis & Actæon)Is filius fuit Aristei, & Antonoës filiæ Cadmi,qui cum uenatione delectaretnr, ea fessus cnm siluam quietis gratia ingressus esset forte uidit Dianam nudam cum nymphis suis se lauãtem,quæ audacia eius irata,ne id unquam eloqui posset,in Ceruũ eum mutauit,qui postea à canibus suis, eum uerum Ceruũ credentibus dilaceratus est.Scribitur hęc fabula penè ab Ouid.lib.iij.Met.(Creditus fera) Creditus ceruus.(Illis).s.canibus,uel socijs suis.(Cum quibus ante dedit leto feras).i.cum qbus ante interfecerat feras.(Quæque superba parens) Aliud exemplum Niobes, quæ Tantali, & Taygetes Pleiados filia,semptem filiorũ totidemq; filiarũ mater ex Amphione Thebano marito suo,cum ob alia, tum ob fœcunditatem filiorũ insolens. Latonæ, quæ duos tantum peperisse,numen aspernata est,& populum sacrificare uolentẽ impijs uerbis deterrere ausa ẽ. Quare Appollo,& Diana Latonæ matris iniuria moti,& eius ꝑcibus incitati nube tecti Thebas uenerunt & Niobẽ uniuersa ꝓle sagittis sui cõfossa priuauerũt,quę dolore materno obstupefacta in saxum conuersa dr̃, & ut scribit Ouid.li.vj.Met.in patriam rapta est ubi fixa cacumina montis Liquitur,& lacrymis ẽt nunc marmora manãt.(Mygdonia)Regio est minoris Asiæ,quæ & Bithynia dr̃.(Nũc quoque flebilis) Quia,ut in Metamorphosi scriptũ diximus.Lacrymis ẽt nunc marmura manãt.(Monere falsa) Dicere nõ uera. (Mea causa)Mea utilitate.ut facias qđ peto.(Hoc tu mihi crede, qđ ægra) Ordo est O Cydippe, quod tu iaces sæpe ægra ipso tẽpore nubendi, ipsa Dea consulit tibi.i.facit utilitatẽ tuam.

TESTIS & Actæon)Ordo est Et Actęon est testis,qm̃ ipse credimus,sup.est esse feta. (Illis).s.canibus suis,qui ipsum credẽtes feram esse discepserũt.(Cum quibus).s.canib.socijs uenationis.(Ipse ante).i.prius.(Dedit leto).i.morti. (Feras).s.bestias.(Hei mihi Cydippe)

HVB.
* Cur reus infelix agor.

* Omnia
* nolit.

ASC.

dippe) Argute ad id, quod tota epistola prætēdit, peruenit, ut. ſ. perſuadeat ea de cauſa infirmitate tactam, quia iuſiurandum in conſpectu Deæ præſtitum non obſeruat. (Ipſa). ſ. Dea. (Conſulit tibi) i. ſaluti tuæ, non eſt aūt legendū conſuluit, ſed conſulit. Et ut Valla docet, ſæpius dicimus de rebus externis, q̄ de conſilio dando conſulem, & eſt quaſi proſpicere, & prouidere, aut commodum ferre, ut conſule honori meo, & conſului rebus tuis.

Conſulit ipſa tibi: neu ſis periura laborat:
Et ſaluam ſalua te cupit eſſe fide,
Inde fit, ut quoties exiſtere* perfida tentas:
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animoſæ uirginis arcus:
Mitis adhuc fieri, ſi patiare, poteſt.
Parce precor teneros corrūpere febribus artus:
Seruetur facies iſta fruenda mihi:
Seruetur uultus ad noſtra incendia nati,
Quique ſubeſt niueo* lenis in ore rubor.
Hoſtibus, & ſi quis ne fias noſtra repugnat:
Sic ſit: ut inualida te ſolet eſſe mihi.
Torqueor ex æquo uel te nubente, uel ægra:
Dicere nec poſſum, quod minus eſſe uelim.
Maceror interdum, quod ſim tibi cauſa doloris.
Teque mea lædi calliditate puto.
Inque caput noſtrum dominæ periuria quæſo
Eueniant: pœna tuta ſit illa mea.
Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro
Anxius huc illuc diſsimulanter eo.
Subſequor ancillā furtim, famulumq; , requirēs
Profuerint ſomni quid tibi, quid ue cibi.
Me miſerum, quod nō medicorū iuſſa miniſtro:
*Effingoque manns, inſideoque toro.
Et rurſus miſerū, quod me procul inde remoui:

HVB. ET laborat) .i. curat, ne ſis periura, ne uioles fidē, q̄ pro miſiſti quia per iſtā ægritudinē mouet, ut ſerues promiſſa. (Saluam) Incolumem. (Inde fit) Inde accidit. (Obſiſtere). i. negare promiſſa. (Toties corrigat peccatum) Quia quando uis negare te non promiſiſſe mihi, & uis alij nubere. tunc facit te grauius ægrotare. (Parce) Hortat̄ ut non irritet Deam. (Parce) ſerua noli irritare arcus, quibus ſe ulciſci ſolet. (Mitis) Placata. (Teneros artus) Membra tua. (Fruenda) Vtenda mihi .i. ſeruentur ad uſum meum. (Lenis) Modicus. (Hoſtibus) Oſtendit quantum eam amet. Imprecatur .n. talem dolorem & angorem animi hoſtibus ſuis, qui impediunt ne nubat ipſi Acontio qualem dolorem dicit ſe experiri ipſa Cydippe ægrotante. Ordo. (Sic fit). i. ſic eueniat hoſtibus ſi quia repugnat, ne fias noſtra. (Vt) ſicut. (Solet eſſe mihi te inualida). i. te infirma. (Torqueor) Dicit, quod parem habet animi crucia rum, ſiue nubat alii, ſiue ægrotet, nec ſatis ſciret dicere, utrum horum mallet, quia neutrū uellet. (Maceror) Affligor. (Mea calliditate) Mea fraude, qua te decepi. (Inque caput) Rogo, inquit, ut pœnæ, quas tu ex periuriis pati debes, in me transferantur, & tu ſis libera. (Ne tamen) Dicit ſe ſæpe uenire domū eius, ut intelligat, quid agat. (Diſſimulanter) Occulte, ne uideat uenire ob hanc cauſam. (Requirens) Interrogans ancillam, uel famulum tuum. (Profuerint ue tibi ſomni). i. an potueris dormire, & comedere. (Me miſerum) Dolet, ꝙ non ſit miniſter eius, ut poſſet ad eam ire, & eam tangere, & eius toro aſſiduere, ut miniſtri faciunt. (Iuſſa) Præcepta.

* In nō nullis obſiſtere, in aliis inſiſtere.

* leuis ore

* Sic V. Faſt. Ille man⁹ ęgras manib⁹ fingebat amicis, & Virg. 8. Aenei. Mulcere alter nos, & corpora fingere lingua, a. uero 1. Aſtrigoque manus habes.

ASC. NEV). i. ne ue, uel. (Laborat, ne ſis periuria). i. ne peieres alteri nubēdo. dicim⁹ aūt periurium & periurus periura periurum. Non autem periuro, ſed peiero. (Parce. monere feros animoſæ uirginis &c.) Vult ſuperior eſſe apoſtrophen ad Dianam, ſicut Iuue. ad Apollinem. Parce precor Pęan &c. (Vt ſit) O Diana (precor) parce monere feros artus .i. indomita mēbra. (virginis animoſæ). i. præſtantis pertinaciter in opinione ſua, quia pōt adhuc fieri mitis, & patiare. ſ. ſuperuiuere, q̄ cauſa cur, & Dei, & hoīes maleficis parcāt, & ita legē dū eſt, feros artus. Alii hn̄t, Ferox, & Arcus, ut ſit, parce ò Cydippe ferox, monere arcus uirginis

ginis.(Aiosæ).s.Dianæ,qa.(Si pat.).i.nisi ꝑiurio obstes.(Dea pōt fieri adhuc mitis).i.placabilis tibi.& hoc modo potius legēdū puto,qa semꝑ ad Cydippē loquit̄ dicēs. (Hostib⁹ & siqs) Vbi ordo est.Et siqs sup.ex hostib.repugnat.(Ne).s.facies tua sit nr̄a.(Sic sit) sup.illi, vt solet esse mihi te existēte inualida,hoc est ęgerrima.(Quod minus)Orator diceret,vtrū minus esse velim, quia de duobus tm̄ loquitur. (Interdū maceror)Sulp.legit, Maceror interdum,& ita plurimi lib.habēt, sed Maceror primā corripere solet,sicut macies, & macer.

Quem minime vellem, forsitan alter adest.
Ille manus istas astringit: & assidet ægra
Inuisus superis, cum superisque mihi.
Dumque suo tentat salientem pollice venam:
Candida per causam brachia sæpe tenet.
Contrectaque sinus:& forsitan oscula iungit:
Officio merces plenior illa suo est.
Quis tibi permisit nostras * decerpere messes?
Ad spes alterius quis tibi fecit iter?
Iste sinus meus est,mea turpiter oscula sumis:
A mihi promisso corpore tolle manus.
Improbe tolle manus: quā tangis,nostra futura
Postmodo,si facies istud adulter eris. (est?
Elige de vacuis,quam non sibi vendicet alter:
Si nescis, dominnm res habet ista suum.
Nec mihi credideris:recitetur formula pacti:
Neu falsam dicas esse: * face illa legat.
Alterius thalamo,tibi nos,tibi dicimus,exi:
Quid facis hic?exi, non vacat iste torus.
Nā quod habes,& tu humani verba altera pacti:
Non erit icciroo par tua causa meæ.
Hęc mihi se pepigit:pater hāc tibi primus ab illa:
Sed propior certe,quàm pater, ipsa sibi est.
Promisit pater hanc:hæc & iurauit amanti:
Ille homines,hæc est testificata deam.
Hic metuit mendax,hæc & periura vocari,
Num dubitas,hic sit maior, an ille metus?
Denique,vt amborum conferre pericula possis:
Respice ad euentus: hæc cubat:ille valet.
Nos quoque dissimili certamina mēte subimus:
Nec spes par nobis,nec timor æquus adest.
Tu petis ex tuto:grauior mihi morte repulsa est:
Idque ego iam, quod tu forsan amabis, amo.
Si tibi iustitiæ,si recti cura fuisset:
Cedere debueras ignibus ipse meis.

Alter quē minime vellem,) Qui fortasse querit habere te vxorem. (Adest)Assistit tibi. (Inuisus suꝑis) Quia vult à te, quod est contra fidem tuam. (Tentar) Tangit.(Pollice)Digito, vt medici solent. Venam salientem) Mobilem, qualis solet esse in fabricitāte.(Tenet)Manu sua. (Per causam) simulans se tangere venam. (Contrectar)sæpe tangit. (Sinus) Pectus. (Ista merces) scilicet iungēdi oscula. (Est plenior suo officio)idest est vltra suum officiū quia, cum sit medicus, hæc non sunt eius officij.(Quis tibi ꝑmisit)Apostrophā facit ad illum medicum,qui hæc faciat apud Cydippē dicens eum non habere ius in eā, quæ sibi ante sit promissa. (Præcerpere) Prępripere.(Postmodū)Posthac.(Si facies istud) si eā tetigeris,& oscalatus fueris.(Eris adulter) Quia contrectabis alienam vxorem.(De vacuis)De ijs puellis, quæ nondū sunt obligatæ alicui. (Vindicet)Asserat assumat. (Dn̄m suum) Est sub dn̄io alterius est. translatio à possessionibus quæ dicunt̄ esse dn̄ij alcuius. (Recitetur)Relegatur. (Formula pa.)verba formalia,quibus mihi promisit. (Alterius t.)Increpat illum, vt ab amica sua discedat.(Nō v.)nō est vacuus.(Nam qđ) Rn̄det obiectioni. qa posset dicere, eā sibi ꝑ patrē eius despōsatā, dicit plus valere promissionē factā ꝑ se de seipsa teste Dea, q̃ promissionē facta ꝑ eius patrē. (Primus ab illa)Primus post illam. (Propior)sibi q̃ patri,quia quisque sibi est proximus.(Iurauit) Qđ plus est, q̃ simpliciter pro-

HVB.

* præcerpere.

* Fac

promittere.(Ille)Pater.(Homines).ſ.eſt teſtificatus i.promiſit in præſentia hominum. (Maior metus).ſ.mẽdacij,vel periurij.(Euentus)Exitus.(Hæc) Cydippe. (Cubat)Aegrotat.Horat.Cubat hic in valle Quirini.(Valet)Sanus eſt.(Nos)Ego,& tu. (Subimus certamina.i.certamus de Cydippe habenda vxore.(Diſſimili mente).i.diſſimili propoſito & intentione.(Ex tuto)Quia ſi non habueris eam nihil periculi tibi erit. (Repulſa eſt grauior &c.).i.mihi erit grauius eam non habere,quàm ſi morerer. (Cedere ignibus meis)Non occupare meos amores, qui fuerunt priores tuis.

ASC. ESSE, fac ipſa legat)Sæpe apud hũc legitur,Fac,corripi, ſed alij,Face, legunt,nihil eſt autem toto contextu facilius.(Tu petis ex tuto)Quia repulſus non morieris,vt ego.

Nũc quoniam ferus hic pro cauſa pugnat iniqua:
Ad quid Cydippe littera noſtra redit?
Hic facit, vt iaceas: & ſis ſuſpecta Dianæ.
Hunc tu, ſi ſapias, limen adire vetes.
Hoc faciente ſubis tam ſæua pericula vitæ:
Atque vtinam pro te, qui mouet illa, cadat.
Quem ſi reppuleris,nec quẽ dea dãnat,amaris:
Et tu,continuo certe ego ſaluus ero.
Siſte metum virgo: ſtabili potiere ſalute:
Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Non boue mactato cœleſtia numina gaudent.
Sed,quæ præſtanda eſt,& ſine teſte fide.
Vt valeant, aliæ ferrum patiuntur, & ignes:
Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.
Nil opus eſt iſtis: tantum periuria vita:
Teq; ſimul ſerua,meque, datamq; fidem.
Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ:
Exciderant animo fœdera * noſtra tuo.
Admonita es modo voce mea: mõ caſibus iſtis:
Quos quoties ten as fallere, ferre ſoles
His quoque vitatis in partu nempe vocabis,
Vt tibi luciferas afferat illa manus,
Audiet hæc:repetens quæ ſunt audita, requiret
Ipſa, tibi de quo coniuge partus eat.

HVB. INiqua)In qua ius nullum habet.(Ad qd redit,) q.d.ad malum tuũ.(Hic facit) Nititur adducere illum in odium Cydippe (Hoc faciente).i. hoc exiſtente cauſa.(Qui mo.).ſ.picula.(Cadat)Moriatur.Quẽ Dea dãnat) Quẽ Dea habet inuiſum.(Et tu cõ.).i. ſtatim ſubaudi eris ſalua. (Potiere ſtabili ſal).i.habebis ſanitatem ſtabilem,ſi ſeruaueris fidẽ.(Colas)Venereris.(Non b.) Et quia poſſet dicere ſe facere ſacrificia multa, dicit deos inſpicere fidẽ,& nõ ſacrificia, vt Eſa.c.1 Quid mihi in multitudine victimarũ vr̃arũ,qa multiplicaſſis mihi ſacrificiũ de arietib.& carnib. hircorũ?ego.n.cõtempſi ſanguinem vitulorũ &c. (Et ſine te).i. etiam ſi null9 ſciret aliquid eſſe promiſſũ.(Vt val.) Arguit à maiori ad minus.(Succus am.)medicina ex ſucco amarũ herbarũ. (Iſtis)ſuccis amaris.(Tm̃)Solũ modo. (Ignorãtia)quia tu neſciuiſti te offendiſti Dianã, & ideo hæc tibi accidere. (Exciderãt animo).i. memoria, Admonita) Rectucta in memoriã. (Cũ iſtis caſ.) Iſtis infelicitatibus ægritudinis.(His quoq;)Magis ẽt terret eã,vt caueat lædere Dianã, quia ſi ẽt nũc vitaret caſus febris,tñ adhuc egeret eius auxilio in partu,qa inuocabatur à pariẽtib9. (Luciferas)Adiutrices,quæ fœtum in lucẽ ferant.(Requiret de quo cõiuge partus eat tibi).i.volet ſcire,ex quo marito pepererir,qa ſi ex alio paries,q̃ ex me,dicet te eſſe periurã,& ideo non eſſe iuuandã.

* Lecta

ASC. NVNC qm̃ ferus hic &c.)Oẽ crimẽ reiecit in aduerſariũ ſuũ, docens eius gratia amicã,quidquid patitur,patit,cũ is eã ſolicitet ad periuriũ à quo,vt Dea eã arceat,febribus torquet. (Ad quid littera n a redit?)ſunt q intelligũt ſic, ad qd remittis literas nr̃as nolẽs eas leggere cũ illi oĩs culpa imputãda ſit.Sed ſi hoc opinareẽ,fruſtra id niſi in principio ſcriberet.Eſt ergo ſenſus Attẽde Cydippe.(Ad qd littera nr̃a redit?).i.qd ſibi velit,qd p̃tendat, qa vult hoc ſignificare,ꝙ hic facit vt iaceas,& ſit ſuſpecta Dianæ. (Reppuleris)Gemino, p, ſcribitur,qa re corriperetur alioquin.(Amaris)Pro amaueris.(Siſte).i.retine,ne augeatur metus.

metus.(Non boue,&c.)Bona,& ſancta ſententia ſorte non in non ſancto ore. Qualis illa, Thure Deum placa,uitulum ſine creſcat aratro.& illa: Dicite Pontifices in templo quid facit aurum? & quæ ſequuntur.(Sed quę pręſtanda eſt).i.etiam.(Sine teſte fide)Vt ſit ordo. (Sed gaudent fide quæ &c.)Alij tñ ut ornatus expoſtulat,legunt fides, ut ſit,ſed ſup.fide,q̃ fides præſtãda eſt etiam ſine teſte.unde de uiro fideli dicit Cic.ꝙ cum eo etiam in tenebris mices.(Vt ualeãt aliæ)Et hæc ſancta adhortatio,qua admonemur,ut corpus ualeat, animã ſanare,& uitia mentis fugere.(Tantum).i.tantummodo. (Vita).i.deuita,& fuge periuria. (His quoque uitatis).i poſito,ꝙ etiam hæc mala euaſeris,& alteri incolumis nupſeris, adhuc opus erit tibi opera Dianę,quia ipſa eſt Lucina,quæ præeſt parturientibus,& in lucem ueniẽtibus,ut in Buc.Caſta faue Lucina,tuus iã regnat Apollo,ſed & Iuno Lucina dř. unde Comicus,Iuno Lucina fer opem &c.Cum ergo Dianam inuocabis.quęret è quo &ita ſi ex alio,q̃ ex me,fiet memor periurij tui,& opem negabit.(Non agitur de me).i.cauſa mea, aut de periculo meo,& id amatorie quidem,quia ſe plus illi,q̃ ſibi timere ſignificat,callide autem quia non ſibi ſoli per illud conſulere uidetur,ut plenior ſit dictis fides.

Promittes uotum:ſcit te promittere falſo:
  Iurabis:ſcit te fallere poſſe deos.
Non agitur de me:cura maiora laboro.
  Anxia ſunt uitæ pectora noſtra tuæ.
Cur modo te*dubiam pauidi fleuere parentes?
  *Ignaros culpę quos facis eſſe tuæ.
Et cur ignorant?matri licet omnia narres:
  Nil tua Cydippe facta pudoris habent.
Ordine fac referas:ut ſis mihi cognita primum:
  Sacra pharetratæ dum facit ipſa deæ:
Vt te conſpecta,ſubito,ſi forte notaſti.
  Reſtiterim fixis in tua membra genis:
Et,te dum nimium miror,nota certa furoris,
  Deciderint humero*pallia lapſa meo:
Poſt modo neſcio quà ueniſſe uolubile malum
  Verba ferens doctis inſidioſa notis.
Quod quia ſit lectum ſancta præſente Diana:
  Eſſe tuam uinctam numine teſte fidem.
Ne tamen ignoret ſcripti ſententia quæ ſit:
  Lecta tibi quondam nunc quoq; uerba refer.
Nube precor,dicet,cui te bona numina iungũt:
  Quem fore iuraſti,ſit gener ille mihi.
Quiſquis is eſt,placeat:quoniã placet ante Dia-
  Talis erit mater:ſi modo mater erit. (næ:
Si tamen,& quærar,quis ſim,qualiſque,uideto:
  Inueniet nobis conſuluiſſe deam.

PRomittes uotum) Quia poſſet dicere, ſe facies uotum dicit,facies notum falſo,ſicut falſo per eam iuraſti te futuram uxorem meam. (Iurabis).i. ſi iurabis.(Poſſe fallere Deos)ſicut ſemel feſelliſti eam.(Laboro)Angor. (Maiore cura) Quàm de me. (Cur modo) Quærit, quod fuerit in periculo mortis, & nõ dixerit parentibus ſui cauſam quia nihil ſciebant de illo pomo. pudebat enim eam dicere hoc parentibus unde hortatur, ut dicat, quia hoc factum nullam habet turpitudinem. (Dubiam) Poſitam in periculo mortis.Iuuen. Curentur dubii medicis maioribus ęgri. (Licet) Fas eſt. (Matri) Puellæ enim ſolent audacius matri,quam patri ſecreta ſua dicere.(Ordine)Proponit ei omnia, quæ uult ut narret matri.(Reſtiterim)Proſteterim.(Genis)Oculis.(Pallia)Veſtes.(Deciderint humero)Ceciderint ex corpore meo. (Nota certa furoris) Certum ſignum uehementis amoris, quando aliquis eſt ita abſtractus aſpiciendo amicam,quod non ſentit ueſtes cadere ex humeris ſuis. (Poſtmodo)ſcilicet referas.(Malum uolubile) Pomum rotundum.(Naſcio qua).ſ.parte templi.(Feres) Habens ſcripta. (Quod) Pomum. (Vinctam) Obligatã mihi.(Refert uerba)Dic ei uerba formalia iuramẽti.(Dicet)Matet tua.(Cui).ſ. mihi.(Quiſquis eſt)Etiã ſi eſſet mihi ignotus,debet placere mihi,quia placet Dianæ. (Talis)

HVB.

* dubij pauidã

* Ignoras

* pallida

lis)Quę ita tibi ſuadebit.(Si modo mater erit)ſi uere te materno affectu amabit.(Si tamē inquiret)ſi uolet ſcire,quis inueniet.(Deam co nſuluiſſe nobis).i.nobis prodiſſe,&non dediſſe tibi maritum indignum.

ASC. CVR modo &c.) Vult,ut parētes ſciant,quid iurauerit, & ut illi metu mortis filiæ ſuę inducti conſentiant.(Nota certa furoris).i.quæ res eſt.(Certa notum).i.certum indicium (Furoris).i.amoris nimij cōcepti.Et eſt per parentheſim inſertum, & relatiuum,ſicut ſæpe apud Maronem,ſubauditur.(Deciderunt)Quidā textus hn̄t, Deciderint,ut ſit modus ſubiunctiuus pro indicatiuo,quia deciderunt penultimam legitime producit.uerum poëtæ uolentes rē ſubitam ſignificare,ſæpe in ea perſona ſyllabam longam corripiunt,ut in Buc.Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.Vbi tn̄ quidam tulerint legunt. & in Georg. Miſcueruntq; herbas,& non innoxia uerba.& in Aen.Obſtupui,ſteteruntque como,&uox faucibus hæſit.hic ergo ſubito caſum ſignificat.Sicut & is,qui dicit: Non eodem curſu reſpondent ultima primis.(Poſtmodo).i.poſtmodum. (Neſcio qua) .i.per quā uiam. (Lecta tibi quondam nunc quoq; uerba refer) Id callidiſſime monet, ut denuo etiam matre teſte ſe iureiurando aſtringat.(Si modo mater erit)ſi materno uolet officio fungi.(Si tamen & quærat)Docuit iuſtum,& utile eſſe,tu ſeruata fide ſibi nubat Cydippe,nunc idē docet & decēs, & utile,utile quidem prius docuit,quia ſic mortem euadat,nūc autem,quia generoſum uirū,& ſui amantiſſimum obtineat.Cū uero genus ſuum laudare uix audeat patriam laudat.

Inſula Corycis quondam celeberrima nymphis
 Cingitur Aegeo nomine Cæa mari:
Illa mihi patria eſt:nec, ſi generoſa*probaris
 Nomina:deſpectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis:ſunt & ſine crimine mores:
 Amplius utque nihil,me tibi iungit amor.
Appeteres talem,uel non iurata,maritum:
 Iuratæ:uel non talis,habendus erat.
Hæc tibi me in ſomnis iaculatrix ſcribere Phębe:
 Hæc tibi me uigilans ſcribere iuſſis amor.
E quibus alterius mihi iam nocuere ſagittæ:
 Alterius noceant ne tibi tela,caue.
Iuncta ſalus noſtra eſt:miſerere meique,tuique:
 Quid dubitas unam ferre duobus opem?
Quod ſi contigerit:cum iam data ſigna ſonabūt,
 Tinctaque uotiuo ſanguine Delos erit:
Aurea ponetur mali felicis imago.
 Cauſaque uerſiculis ſcripta duobus erit.
Effigiæ pomi teſtatur Acontius huius:
 Quæ fuerint in eo ſcripta,fuiſſe rata.
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus:
 Clauſaque conſueto ſit tibi fine:uale.

*probatis, ac ſi dicat, tu, tuique oēs pbatis ſtemmata in cōiuge

HVB. INſula) Dicit eſſe ex Cæa inſula, quæ eſt in Aegeo mari, ut ſupra in argumēto dixi,quæ pbatur non ignobilis quia olim celebrate fuit à nymphis Corycijs.cauendum, ne legatur Corynthijs,quia nec ſenſus , nec metri ratio patitur,ſed Corycijs,ita dictis à Coryco antro in Parnaſſo, de quo Strabo ſic inquit.Vniuerſus Parnaſſus conſecratus exiſtit,& antra, & alia alia loca ſanctitate digna continens , ex quibus celeberrimum,& formoſiſſimum extat Corycium nympharum antrum,eodem,quo & Cilicium,nomine nuncupatum , dicit ergo in Cæa olim fuiſſe nymphas Corycias,de quibus Ouid. lib.1.Met.Corycidas nymphas, & numina montis adorant , ubi male quidam legūt Corciridas. (Inſula Cęa) Adiectiue dixit, ſicut inſula Chia,pro Chios.(Illa)Inſula.(Nec ſi generoſa probaris nomina) .i. ſi etiam placet nobilitas tibi.(Nec arguor) Nō probor.(Ortus auis deſpectis) .i.non ſum natus uilibus, & contemptis maioribus. (Sunt & opes) Laudat ſe à reliquis,quibus amantes ſolent ſe laudare. (Vtque)Nihil.(Vt).i.quamuis nihil iungat me tibi amplius.(Amor eſt mihi)ideſt certo amo te.(Appeteres).i.appetere deberes.(Vel).i.etiam.(Non iurata)ſine iuramento.(Hęc tibi) Dat auctoritatem ſuis ſcriptis,dicens ſe ſcripſiſſe monitu Dianæ,& amoris. (E quibus)

bus)Diana & Amore.(Sagittæ alterius).ſ.amoris.(Nocuere mihi) Quia percuſſerunt me. (Tela alterius).ſ.Dianæ.(Iuncta ſalus noſtra).i.mea vita eſt cõiuncta cũ tua,ita vt te periclitante,ego ẽt ſim periclitaturus.(Duobus) Tibi,& mihi.(Quod ſi cõtigerit)Vt feras opẽ ambobus.i.vt mihi nubas.(Cũ iam data ſigna ſonabunt) Dicit qñ celebrabuntur feſta Dianæ in Delo, & offeruntur ei ſacrificia votiua,tunc Acontius ſuſpendet in templo Deę effigiem pomi aurei,in quo duobus verſiculis teſtificabitur Cydippẽ ſeruaſſe, quæ in eo pomo ſcripta legerat,& iurauerat.(Dum data ſigna ſonabunt) Quia ſonitu turbarum vocabãtur ad ſacrificia.(Delos)Inſula,vbi colitur Diana.(Erit tincta).i.maculata. (Sãguine votiuo) ſanguine victimarum ex voto interfectarum.(Rata)Valida, habuiſſe effectum.) Longior) Dicit ſe nolle plura ſcribere,ne prolixitate fatiget,& afficia moleſtia ipſam Cydippẽ ægrotantem,& infirmam.Ordo eſt.Vale ò Cydippe,ne epiſtola longior laſſet corpus tuum infirmum.(Et vt ſit clauſa).i.concluſa.(Fine conſueto)Quia finis epiſtolarum ſolet eſſe, vale.

AMPLIVS vtq; nihil).i.& vt nihil ampli⁹ ſup.ſit mihi,qđ cõmẽdes,me tibi iũgit amor (E qbus alterius)Ordo eſt.(E qbus).ſ.dictis duob⁹ numinibus Diana,q̃ & Phębe,& Luna, & Proſerpina,& Hecate,& Lucina dr̃,ſicut & Triuia,& Delia,& alijs epithetis,& Amor̃.i. Cupidine.(Sagittæ alterius).i.amoris.(Nocuere iã mihi). Quia amore lãgueo, & vulneratus sũ ſagittis Cupidinis,& caue tibi.(Ne tela alt).ſ.Phęb⁹,q̃ ẽ ſoror Phæbi,hoc eſt Dianæ, noceãt tibi.(Clauſaq; cõſ.ſit).i.ut ſit clauſa (Fine cõſueto (Quia in fine ſolet ſcribi,uale. AS C.

IN XX. EPISTOLAM, ARG. HVBETINI.


Licet quidam addiderint multa carmina,quæ in multis libris reperiebantur,puto tamen illa carmina non eſſe Ouidij,nam ex eadem officina exiſſe non videntur,& ægrotantem puellam veriſimile eſt breuiter reſpondiſſe itaq; non interpretabor ea,quæ dicta ſunt,quæ tamen ſi quis velit videre, non habent multũ difficultatis,& quoniam ſunt reſponſiua ad præcedentem epiſtolam,facile intelligantur. Reſpondet aũt Cydippe,*ſe præ timore non auſam fuiſſe leggere epiſtolam* Acontij *verbis clare prolatis,ne iterum iuraret,ſicut quando legit pomum,dicit ſe fuiſſe in voluntate non legendi,niſi,quod dubitauit,ne* Diana *magis iraſceretur,quam dicit nimium fauere ipſi* Acontio,*cum æquius eſſet,quòd ſibi faueret,quia virgo deberet fauere virgini.*

CYDIPPE ACONTIO.

EPISTOLA XX.



ERTIMVI: ſcriptumque tuum ſine murmure legi.
Iuraret ne quos inſcia lingua deos.
Et puto captaſſes iterum: niſi, vt ipſe fateris,
Promiſſum ſcires,me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui:ſed ſi tibi dura fuiſſem:
Aucta fore ſæuę forſitan ira deæ.
Omnia cum faciam:cum dem pia thura Dianæ:
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.
Vtq; cupis credi, memori te vindicat ira:
Talis in Hippolyto vix fuit illa ſuo.
At melius virgo fauiſſet virginis annis:
Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi.



Ertimui)cũ mihi reddita eſt epiſ. tua.(Sine murmure) ſine probatiõe verborũ, ſed tm̃ oculis,& aĩo ꝑcurrens.(Captaſſes)Decepiſſes.(Vt ipſe fateris) Nã dixit,Promiſsã ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.(Dura)Aſpera in nõ legẽdo ſcriptũ tuũ.(Sęuę)Iratę(Cũ faciã oĩa) In honorem Dianæ,& ꝑꝑ ipsã.(Dem pia thura).i.faciam ei ſacrificia thure. (Fauet tibi pl⁹ iuſta parte).i.pl⁹ æquo tuet̃ partes tuas(Vindicat te)Facit vindictã ꝑ te.(Vt cupis credi) Quia tu dicis mihi quod hæc eſt cauſa,quare ęgroto dixit .n.ipſe dicendũ tñ eſt, hoc tu(mihi crede)quod ęgra. Ipſo nubendi tꝑe ſæpe iaces.Conſuluit ipſa tibi. HVB.

tibi. (Talis in Hippolyto)Non tm̄ fuit Hippolyto ſuo, quē etiā ſcd̄m quoſdā per Aeſculapium à morte ad vitam reuocauit,vt Virgi.ſcripſit,licet Horat.aliter dicat.(Talis)Tam fauorabilis.(In ſuo Hippolyto)Pro in ſuū Hippolytum.Archaiſmos,ſic Virg.Talis in hoſtē fuit Priamo.(Melius)Iuſtius.(Virgo)Ipſa Diana virgo.(Fuiſſet annis virginis)Mei Cydippes,quę ēt ſum virgo.(Quos)Annos.(Vereor)Timeo.(Ne velit eſſe paucos mihi)quia timeo,ne velit me cito mori.Sed ne quis putet me prætermiſiſſe eorū, quæ ſequuntur explanationem pp difficultatem,aut ignorātiam locorū, exponam locum,qui omnium difficilimus putatur, de quo a multis rogatus ſum , qui ſe viros dictos fruſtra conſuluiſſe dicerent, quibus iam viua voce dixi,quid ſentirem.Is locus eſt.Miror & innumeris ſtructā de cornibus Aram,Et de qua pariēs arbore nixa Dea eſt.Aram ſtructam de cornibus, Aram Dianæ intellexit,quæ ita erat ſtructa, qm̄ ipſa eſt Dea venationis, cui⁹ indicia ſunt cornua ferarū, aut da cornibus tantūmodo ceruorū factā intelligit,qui ſunt in tutela Dianę.Arbor de qua Dea pariens eſt nixa,quæ ſit,ipſe Ouid.aperte declarat lib.6.Met.his verſibus.Illic incumbens cū Palladis arbore palmæ Edidit inuita geminos Latona nouerca. Arberē igitur palmæ,& oliuæ ſigñat,cui incūbens Latona Dianā,& Appollinē peperit, hoc aūt in Delo fuit.

ASC. PERTIMVI)Breuis eſt hæc Epiſtola,aut quia reſiduū perijt, aut quia plura ægrotātē ſcribere non decuit.(Sine murmure).i.ſine voce Iuraret ne quos inſcia lingua deos.(Aucta foret ſæuæ forſitā ita Deæ)Hoc dicto cōſentit in ſentētiam Acōtij. Nā ſibi perſuaſum ſignificat febrē illam à Dea irata illatā.(Illa tn̄ iuſta)Honeſtatis gr̄a dicit ſe coactam, vt conſentiat Acontio cōtra voluntatem paternam.(Memori ira)Sic Maro.Memorē Iunonis ob irā.(Talis in Hippolyto vix fuit)Bene dubitat.Nā Virg. dicit cū reuocatum à morte Pęonis herbis.Horat.aūt,inquit.Neq;.n.Diana pudicū liberat Hippolytū.(Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi)Ego quaſi plura ſcribere nequiēs, ſic artificioſe epiſt. clauſiſſe potuit.

IN Heroidas hæc habuimus,vt ad te quam emendatiſſima mitteremus,(quæ vt in Academicis Varro) quoniam indocti doctique non forent probaturi , edere non dubitauimus. Cupimus enim inuidi beneuolique,qualeſcunq; legant,illi, vt aliena ex merito, ſi qua eſt, laude rumpantur,hi vero tecum meis vigilijs, & laboribus gratulentur .

Omnia hęc carmina ſequētia non leguntur] in antiquis exemplarib⁹ neque ea Planudes trāſfert atque ideo non sūt fortaſſe ipſius Ouidij. * Ego

Languor enim cauſis non apparentibus hæret:
Adiuuor & nulla feſſa medentis ope.
Quam tibi nunc gracilem vix hæc reſcribere quamq;
Pallida vix cubito membra leuare putas?
Nunc timor accedit ne quis niſi conſcia nutrix,
Colloquij nobis ſentiat eſſe vices.
Ante fores ſedet hac,quid agamq; rogantibus inter,
Vt poßim tuto ſcribere,dormit ait.
Nox,vbi ſecreti longe cauſa optima ſomnus
Credibilis tarda deſinit eſſe moræ:
Iamq; venire videt,quos nou admittere durum eſt:
Excreat,& ficta dat mihi ſigna nota.
Sicut eram properans verba imperfecta relinquo:
Et tegitur trepido littera cauta ſinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
Quantus ſit nobis,aſpicis ipſe labor.
Quæ peream,ſi dignus eras,vt vera loquamur:
Sed melior iuſto,quamq; mereris, ero.*
Ergo te propter toties incerta ſalutis
Commentis pœnas,doq;,dediq; tuis.
Hæc nobis formæ te laudatore ſuperbæ
Continget merces,& placuiſſe nocet.
Si tibi deformis,quod mallem,viſa fuiſſem;
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo,nunc me certamine veſtro
Proditu,& proprio vulneror ipſa bono.
Dum neque tu cedis,nec ſe putat ille ſecundum:
Tu votis optas illius,ille tuis.
Ipſa velut nauis tactor,quam certus in altum
Propellit Boreas:actus & vnda refert.
Cumq; dici caris optata parentibus inſtat.
Immodicus pariter corporis ardor ineſt.
Et mihi coniugij tempus crudelis ad ipſum
Perſephone noſtras pulſas acerbo fores.
Iam pudet,& timeo quamuis mihi conſcia non ſim
Offenſos videar ne meruiſſe deos.
Accidere hos aliquis caſu contendit,& alter
Acceptum ſuperis hunc negat eſſe virum.
Ne ue mihi credas in te quoque dicere famam:
Facta veneficijs pars putat iſta meis.
Cauſa latet,mala noſtra patent,vos pace mouetis
Aſpera ſummota prœlia:plector ego.
Dicam nunc,ſolitoq; tibi nc deſpice more:
Quid facies odio? ſic vbi amore noces.
Si lædis,quod amas,hoſtem ſapienter amabis:
Me precor,vt ſerues,perdere velle velis.

Aut

Aut tibi iam nulla est speratæ cura puellæ.
  Quam ferus indigna labe perire sinis.
Aut dea si frustra pro me tibi sæua rogatur:
  Quid mihi te iactas? gratia nulla tua est.
Elige quid fingas: non vis placare Dianam:
  Immemor est nostri: non potes: illa tui est.
Vel nunquam mallem, vel non mihi tempore in illo
  Esset in Aegeis cognita Delos aquis.
Tunc mea* difficili deducta est æquore nauis:
  Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.
Quo pede processi? quo me pede limine moui?
  Picta meæ tetigi quo pede texta ratis?
*His tamen aduerso redierunt carbasa vento:
  Mentior ah demens. ille secundus erat.
Ille secundus erat, qui me referebat euntem:
  Quiq; parum felix impediebat iter.
Atque vtinam constans contra mea vela fuisset:
  Sed stultum est venti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam viscere Delon:
  Et facere ignaua puppe videbar iter.
Quam sæpe, vt tardis, fecit conuitia remis:
  Questaq; sum vento lintea parca dare.
Et iam transierã Myconem, iam Tenõ, & Andrõ:
  Inq; meis oculis candida Delos erat.
Quam procul vt vidi: quid me fugis insula dixi?
  Laberis in magno nunquid, vt ante, mari?
Institeram terræ: cum iam prope luce peracta
  Demere purpureis sol iuga vellet equis.
Quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus.
  Comuntur nostræ matre iubente comæ.
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
  Et vestes humeris induit ipsa meis.
Protinus egressæ, superis, quibus insula sacra est:
  Flaua salutatis thura merumq; damus.
Dumq; parens aras votiuo sanguine tingit:
  Festaq; fumosis ingerit exta focis
Sedula me nutrix alias quoque ducit in ædes:
  Erramusq; vago per loca sacra pede.
Et modo porticibus spatior: modo munera regum
  Miror: & in cunctis stantia signa locis.
Miror & innumeris structam de cornibus aram:
  Et de qua pariens arbore nixa Dea est:
Et quæ præterea (neque enim memini ue, libet ue,
  Quidquid ibi vidi, dicere) Delos habet.
Forsitan hæc spectans, à te spectabor Aconti.
  Visaq; simplicitas est mea posse capi.
In templum redeo gradibus sublime Dianæ:
  Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali.
  Hei mihi iuraui nunc quoque pene tibi.
Sustulit hoc nutrix mirataq;, perlege dixit.
  Insidias legi magne poëta tuas.
Nomine coniugij dicto, confusa pudore
  Sensi me totis erubuisse genis.
Luminaq; in gremio veluti defixa tenebam:
  Lumina propositi facta ministra tui.
Improbe quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est?
  Quid vir me elusa virgine laudis habes?
Non ego constiteram sumpta peltata secure:
  Qualis in Iliaco Penthesilea solo.
Nullas Amazonio cælatus balteus auro, * Difficilis.
  Sicut ab Hippolyta, prædarelatatibi est.
Verba, quid exultas, tua si mihi verba dederunt?
  Sumq; parum prudens capta puella dolis?
* Cydippen pomum, pomum Schœneida cepit. * Bis
  In nunc Hippomenes scilicet alter eris.
At fuerat melius, si te puer iste tenebat:
  Quem tu nescio quas dicis habere faces:
More bonis solito spem non corrumpere fraude.
  Exoranda tibi, non capienda fui.
Cur, me cum peteres, ea non profitenda putabas:
  Propter quæ nobis ipsa petendus eras?
Cogere cur potius, quam persuadere volebas?
  Si poteram audita conditione capi.
Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris?
  Linguaq; præsentem testificata deam?
Quæ iurat, mens est, nil coniurauimus illa:
  Illa fidem dictis addere sola po est.
Consilium prudensq; animi sententia iurat:
  Et nisi iudicij vincula nulla valent.
Si tibi coniugium volui promittere nostrum:
  Exige polliciti debita iura tori.
Sed si nil dedimus, præter sine pectore vocem:
  Verba suis frustra viribus orba tenes.
Non ego iuraui: lege iurantia verba,
  Vir mihi non isto more legendus eras:
Decipe sic alios: succedat epistola pomo:
  Si valet hoc magnas diuitis aufer opes.
Fac iurent reges sua se tibi regna daturos:
  Sitq; tuum, toto quidquid in orbe placet.
Maiores hac ipsa multo (mihi crede) Diana:
  Si tua tam præsens littera numen habet
Cum tamen hæc dixi: cum me tibi firma negaui:
  Cum bene promisi causa peracta mei est:
Confiteor, timeo sæuæ Latoidos iram:
  Et corpus lædi suspicor inde meum.
Nam quare, quoties socialia sacra parantur:
  Nupturæ toties languida membra cadunt?
Ter mihi iam veniens positas Hymeneus ad aures
  Fugit: & e thalami limine terga dedit.
Vixq; manu pigra toties infusa resurgunt
  Lumina: vix moto corripit igne faces.
Sæpe coronatis stillant vnguenta capillis:
  Et trahitur multo splendida palla croco.

Cum tetigit limen, lacrymas mortisq; timorem
Cernit, & à cultu multa remota suo.
Proijcit ipse suas deducta fronte coronas:
Spissaq; de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in tristi lætum consurgere turba:
Quiq; erat in palla, transit in ora rubor.
At mihi væ miseræ torrentur febribus artus:
Et grauius iusto pallia pondus habent.
Nostraq; plorantes video super ora, parentes.
Et face pro thalami, fax mihi mortis adest.
Parce laboranti picta dea læta pharetra,
Daq; salutiferam iam mihi fratris opem.
Turpe tibi est, illum causas depellere leti:
Te contra titulum mortis habere meæ.
Nunquid, in vmbroso cum velles fonte lauari:
Imprudens vultus ad tua labra tuli?
Præterij, ne tuas de tot cœlestibus aras?
Atque tua est nostra spreta parente parens?
Nil ego peccaui, nisi quod periuria legi:
Inq; parum fausto carmine docta fui.
Tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem:
Thura feras prosint, quæ nocuere, manus.
Cur, quæ succenset, quòd adhuc tibi pacta puella
Non tua sit, fieri ne tua possit, agit?
Omnia de viua tibi sunt speranda, quid aufert
Sæua mihi vitam, spem tibi diua mei.
Nec tu credideris illum, cui destinor vxor,
Aegra superposita membra fouere manu.
Assidet ille quidem quantum permittitur ipsi:
Sed meminit nostrum virginis esse torum.
Et quoque nescio quid de me sensisse videtur:
*:Quod Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.
Et minus audacter blanditur, & oscula rara
* Nomen. Accipit, & timido me vocat ore suam.
Nec miror sensisse, notis cum prodar apertis:
* Dextrum. In * læuum versor, cum venit ille, latus.
Nec loquor, & tecto simulatur lumine somnus,
Captantem tectus eijcioq; manum.
Ingemit, & tacito suspirat pectore, meq;
Offensam quamuis non mereatur habet.
Si mihi, quòd gaudes, & te iuuat ista voluptas:
Si mihi, quod sensus sum tibi fassa meos,
Si mihi lingua foret, tu nostra iustius ira,
Qui mihi tendebas retia, dignas eras.
Scribis, vt inualidum liceat tibi visere corpus.
Es procul à nobis, & tamen inde noces.
Mirabar quare tibi nomen Acontius esset:
Quod faciat longe vulnus, accumen habes.
Certe ego conualui nondum de vulnere tali,
Vt iaculo, scriptis eminus icta tuis.
Quid tamen huc venias? sane miserabile corpus.
Ingenij videas bina trophea tui.
Concidimus macie, color est sine sanguine, qualem
In pomo refero mente fuisse tuo.
Candida nec mixto sublucent ora rubore.
Forma noui talis marmoris, esse solet.
Argenti color est inter conuiuia talis:
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ:
Si me nunc videas: visam prius esse negabis:
Arte nec est dices ista petenda mea.
Promissiq; fidem, ne sim tibi vista, remittes:
Et cupies illud non meminisse deam.
Forsitan & facies iurem vt contraria rursus:
Quæque legam, mittes altera verba mihi.
Sed tamen aspiceres vellem, prout ipse rogabas:
Et discas sponsæ languida membra tuæ.
Durius & ferro cum sit tibi pectus Aconti,
Tu veniam nostris vocibus ipse petas.
Nec tamen ignores: ope qua reualescere possim,
Quæritur à Delphis fata canente Deo.
Et quoque nescio quantum nunc vaga fama susur-
Neglectum queritur testis habere fidem. (rat:
Hoc deus, & vates, hoc & mea carmina dicunt.
At desunt voto carmina nulla tuo.
Vnde tibi fauor hic? nisi * quàm noua forto reperta
Quæ capiat magnos littera lecta deos. (est
Teq; tenente deos, * non sequor ipsa deorum:
Doq; libens victas in tua vota manus.
Fassaq; sum matri deceptæ fœdera lingua:
Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cetera cura tua est, plus hoc quoque virgine factũ,
Non timuit tecum quod mea carta loqui.
Iam satis inualidos calamo lassauimus artas:
Et manus officium longius ægra negat.
Quid, nisi quòd cupio me iam coniungere tecum,
Restat vt ascribat littera nostra? vale

AD FRANCISCVM ARAGONIVM FERDINANDI REGIS NEAP. F. DOMITIVS CALDERINVS S.



IRIFICVM est studiũ meũ Frãcisce, & volũtas quædã egregia in eos, q de se spem aliquã probitatis, & indolẽ præbent, neq; vllum finem facio cogitandi de ijs, quæ ad eos vel iuuandos, vel ornandos pertinere arbitror. Quod cũ de omnibus facere soleo, tñ me id in primis debere existimo ijs, q vel populis aliqñ præfuturi sunt, vel nationũ clientelas habituri. Video.n.

Platonem

Platonem philoſophorum,ut ille ait, Deum cum de ciuiũ ſuorum educatione multa ſapiẽter,eloquentiſſimeq́; præcepiſſet,unumq́ue iuuentutis moderatorem compluribus,ſatis eſſe monuiſſet,in filijs regis quatuor educationis magiſtros requiſiuiſſe,moribus,&doctrina inſignes.Nimirum maiore cura cenſuit Plato formandum, quod multorum oculis aliqñ exhibiturus erat,nam bonus princeps tam omnibus communis eſt,quàm lex ſanctiſſima & æquabili ciuium ſocietati accommodata.Incredibilem tu regis potentiſſimi filios de te expectationem concitaſti,& cum iſta ætate,ueluti in tenellis arboribus floribus contenti eſſe ſoleamus in nobis iam formatos uirtutnm fructus produxiſti.In quo plane declaras te paternæ glorię magnitudinem,& ſplendorem,nulla omnino ex parte ignorata,cum ad eã uel aſſequendam,quod optabile eſt,uel ſuperandam,id quod ipſe fortaſſe cupiat, nos certe uix ſperare audemus,tantis iam famæ,laudumq́; præſidijs te compares,& contẽdas.Hæc cũ ex alijs accipio,tum ex Corelio,multisq́; ampliſſimi, diuiniq́; Principis Cardinalis,tui Neapolitani neceſſarijs.Hi.n.ſiue ꝙ domi te ſæpe audiant,ſiue quod in te præcipuam,immortalemq́ue obſeruantiã contulerunt,de te mecum & frequenter,& honorifice loquũtur, in primisq́ue, de literarum ſtudio.Quo in gñe cum ab ineunte ætate uerſatus ſim,ſtatui eſſe cũ inſtituti mei,quod initio ꝓpoſui,tũ ſuſceptę de te opinionis aliqd mittere,quod per ętatẽ in tua iſta felici Campania aliqñ leges,nõ tam quidem,ꝙ hęc boni Principis animũ formare poſſint,qua relaxare.Scio.n.placere ijs,quos tecum habes,ut uel luſibus animum ĩterdum, grauiorumq́; ſtudiorũ curam remittas.Vbi uero tu,aut libẽtius uelis conquieſcere, aut honeſtius poſſis,quas in literis,habes nihil.Quòd ut neq; hoc tp̃e alienum uideatur,neq; ætate tua efficere ſtudui.Itaq; accipiet à Domitio tuo hanc elucubratiunculã in Sappho Ouidij obſcutioraq́ue Properij loca in qbus ſi qd præterea deſiderabis,dabis operã,ut ſciã.Ego enim tã libẽter perficiã,q ſtudioſe incepi.Simul agnoſces ciuẽ tuũ Papiniũ poẽtã, quẽ ꝓximis uigilii oibus priſtinæ dignitatis,famæq́; ornamentis reſtituẽdũ curaui. Vale ex Vrbe.


DOMITII IN SAPPHO OVIDII ARGVMENTVM.

CALLIAS Methymneus nulla lucubratione nobilior fuit,q̃ interpretatione poëmatũ Alcæi, & Sapphus,tanta erant æſtimatione eius mulieris ſcripta,quod Papin.in patris Epicedio ſatis teſtatus eſt,cũ eam locauerit inter antiquos uates. & Strabo rẽ mirabilẽ eam appellat nullamq́; in poëtice ſic ea conferri poſſe arbitratur. dederunt quidem operã poëtice præter hanc tres Corynnæ,de quibus in Siluarũ cõmentariis ſcripſimus, Erynna q concubina Sapphus fuit,ut Euſtachius ſcribit.Ea Lesbia,ut alii putãt Rhodia, uel Teia, poëma cõpoſuit lingna Dorica c c c.uerb.opos abſoluit,quorũ dignitas cũ Homero cõtendit,in eã illud Epigrãma græcũ editũ eſt. ἐνέα τα; μούσας φασὶν τίνες ὡς ὀληγώρως ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ λεσβόθεν οἱ δέκατη. Theano præter mulier Locris Lyrica fuit, & Mœro, q̃ hymnũ ĩ Neptunũ cõpoſuit,& Charixena,& Praxila.De Sappho hæc Suidas apud Grecos.Sappho Simonis,ut alii putant Eunomini,ut alii Erigyi, ut alii Ecrici, ut alii Semi,alii Camonis Etarchi,alij nõnulli Scamãdromini,qbus aſtipulat̃ Herodotꝰ,mr̃e Clide Lesbia ex Ereſo, Lirica nata 42. Olympiade,quo tp̃e & Alcęus,& Steſichorꝰ,& Pitthacus,treis frẽs habuit, Larichũ,Caraxũ,Eurigiũ Cereolę uiro Andrio ditiſſimo nupſit,cui filiã peperit Clida nomine,amicas treis Atthidẽ,Teleſippã,&Megarã habuit,ad libidinẽ uſa dr̃.Diſcipulas,Anagorã,Mileſiã,Gongylã,Colophoniam,Eunicã Salaminiã.ſcripſit libros Lyricos nouẽ. Prima plectrũ reperit,ſcripſit Epigrãmata,Elegias,Iãbos,& Nenias.Sappho Lesbia ex Mytilene,Pſalteria hæc amore Phaonis Mytilenei ex Leucade ſe deiecit, nõnulli huic car.Lyricũ tribuũt.hęc Suid.gręce,huius poëmata laſciua fuiſſe ĩdicat Oui.Lesbia qd docuit Sappho, niſi amare puellas? & in Arte Am.Nota ſit & Sappho,qd.n.laſciuus illa?Hora.Viuuntq́ue cõmiſſi calores Aeolię fidib.puellæ.Viro Cereola mortuo & Clyde filia ſupſtite relicta,in amorẽ Phaonis ĩcidit,qđ Plin.herbę tribuit 22. natalis hiſt. ubi de cẽtũ capita ita ſcribit. portẽtoſum,qđ de ea tradit̃,radicẽ eius alterutriꝰ ſexꝰ ſimilitudinẽ referre,ratã ĩuẽtu, & ſi uiris cõtigerit mas,amabiles ẽt fieri,ob hoc & Phaonẽ Lesbiũ dilectũ à Sappho, multæq́ue circa hanc non magorũ ſolum uanitates,ſed ẽt Pythagoricorũ.hæc Plin.quamuis mendoſe DOM.


in nonnullis libita ſcriptũ ſit.ob hoc Phaonẽ,& Lesbiũ dilectos Sappho,ſed ita legẽda ſunt uerba Plinij,ut nos recitauimus.iterũ.n.dilexit Phaonẽ mortuo uiro, ẽt Plau.ait i milite: Nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc,niſi duob.tibi,& Phaoni Lesbio greco deniq; Epigrãmate ab Antipatro Sidonio,tanq̃ decima Muſa ornat,poëmata illius extãt nulla.Epiſ. hec Oui. eſt alijs Heroidũ inſerta,quod in Corynna ſua teſtatur ad Macrũ ſcribens, cũ Heroidũ nomine,ſe ad uiros ſcribere ait Quodq; tenẽs ſtrictum Dido miſerabilis enſem Dictat,& Aoniæ Lesbis amica lyræ,& cũ nomine uirorũ Epi.finxit Sabinus poëta,Phaonis quoq; nomine ſcripſit ad Sappho,de quo Ouid.Quã cito de toto redijt celer orbe Sabinus,Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis.& paulo poſt,Triſtis ad Hypſipylẽ ab Iaſone lr̃a uenit . Dat uotam Phebo Lesbis amica lyrã.i.accipit literas à Phaone Sappho eũ nõ redditurũ,quare ſe de Leucade deiecit,atq; ita amore liberata lyrã dicauit Phœbo,quã uolerat. nam ita ſcripſit, Inde Chelyn Phebo cõia munera ponãt:Et ſub ea uerſus unus & alter erit.Hæc aũt Epi.ab Oui. compoſita affectus,q mitiores ſunt,copioſius exprimit,q̃ ulla alia,nam eã locupletauit poëta ex poëmatis Sapphus,quę molliſſima ſunt,ut ẽt de Hom.multa trãſtulit,& ex Odiſſea ĩ Penelope,& ex Iliade in Briſeide.Tm̃ aũt abeſt, ut hanc Epiſt.putẽ à Sappho ſcriptã, ut ẽt ſtatuã inſeri oportere,epiſt.Ouidij,& ſtatim locandã poſt Didonem , nã eo ordine poëta ſcripſit,ſi qdẽ eius uerſibus credimus paulo ante à nobis recitatis.ſed cũ alijs mollior eſſet, uarietateq; blãdiretur,dum ſeorſum à nõnullis ediſcitur,ſcribiturq; ſola, libelli nomẽ meruit,& auctoris fidẽ inuenit mulieris lugenti,cũ lacrymas, & amãtis decorũ omni ex parte impleat.de hui⁹ ſaltu ad Leucada,de Charaxi amore in Rhodopẽ,ſui locis dicemus . Inter ea illud obſeruãdũ eſt,partes laſciuiores , & impudica uerba huic atribui, nã ſupra muliebrẽ cõditionẽ in amores ardẽbat,cũ nõ modo uirũ ꝑdite amouerit , ſed aliarũ quoq; mulierũ tribas fuerit,hoc eſt inſultãdo illis fricaret,nã τρίβειν fricare eſt,quod apud Iuu.& Mart. diximus,& ab Horatio maſcula Sappho appellatur,ea de cauſa, quãuis Porphyrio eũ locũ interpretans ambiguendo ſcribat maſculã dici,uel ꝙ operã poëticæ dederit quoq; eſt uiri, uel ꝙ & tribas fuerit,qd & ipſa ingenue fatetur,quãuis mutatis amicarũ nominib.nã, quas amauit,ꝑcipue tres fuerũt.Atthis,Teleſippa,& Megara,ſed de his ſuo loco. Phaõ in Siciliã diſceſſerat,puella amoris ignibus incẽſa,& plene ardẽs,cum ab illo ſe ſperni uereretur,ſtatuit ẽt capitis periculo furore lenire demiſſo corpore ex Leucade,ſed anteq̃ illud accedat,ꝑ incõſtantiam muliebrem tentãs,quod deſperauerat,hac Epiſt.eũ reuocare ſtudet, faciẽs ab ſenti inuidiam ſuæ cõditionis,& calamitatis,quã oĩbus incõmodis miſerabilẽ oſtẽdit dũ & uoluptates oẽs ſe abieciſſe ſcribit Phaoni cauſa,ĩ tãto dolore carmen nõ ſuccurrere , ſe ludibrio eſſe fratri,filiã paruã ſuperſtitẽ deniq; oẽs miſericordię articulos excutit, nõ ſexus,no fortunę mutatio,nõ habit⁹,nõ rerũ oĩum deſperatio,nõ q̃dq̃d mite ẽ, & mouet ꝑtermittit.

DOM. * Ecqd aut

SAPPHVS PHAONI.
EPISTOLA XXI.



VNQVID, ubi aſpecta eſt ſtudioſę littera dextræ:
Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis?
An , niſi legiſſes auctoris nomina Sapphus:
Hoc breue,neſcires,unde mouetur opus?



Nnquid ubi aſpecta eſt) Principiũ aũt epiſt.in terrogationẽ hẽt, & q dẽ figuratã, nã inſtandi aliqñ gr̃a interrogamus,ut,Quouſq; tãdẽ abutere patientia nr̃a Catilina?nõ.n. illic Cic.interrogat,ut ſciat , ſed ut ita acri⁹ urgeat , ĩterrogam⁹ ẽt qd negari non poſſit, aut ubi rñdẽdi difficilis ẽ rõ,aut inuidiæ gr̃a,ut illud Medeæ apud Senecã Quas peti terras iubes?aut miſerationis,ut illud Sinonis:Heu q̃ me tell⁹,inq̃t,q̃ ma æquora pñt Accipere?Deniq; multis figuris ĩterrogam⁹.Hæc aũt Sapph⁹ ĩterrogatio ironiã quãdã ſub oſtẽdit,& ĩenſa Phaonis crudelitati ſui obliuionẽ expoſtulat,atq; accuſat,nihil.n.aliud ſignat

quatuor

quatuor primi uersus,nisi se iã desceri, dũ ambigũt an statim ille agnouerit literã, an nescie
rit,nisi legisset nomẽ,qđ.s.exciderat.(Litera studiosæ dextra)Doctrinã suã idicat,cũ,inqt,
videres characteres tã studiose,& docte formatꝰ,an cognouisti cẽ epist.à me?(Studiosæ)Stu
diosi boni dñr,& literis eruditi, mihi adeo late patere vř,vt diligẽtẽ i suo gñe artificẽ sigñet
studiosum,librarium, pictorẽ, atq; id genus.(Sapphus auctoris).i.nisi legisses me esse eam,
quæ mitteret epistolam(Nam ita inscripta erat: Sappho Phaoni)penitus ignorabas, a quo
mitterer? Auctore nõ est quia tm̃ facit,sed q princeps est,& primus iubet, vt aliqd fiat,mul
taq; fieri pñt ab aliquo,alio tñ auctore,qui nihil in his agat, inde illud apud Liu.frequẽter,
vt přes fiant auctores,vt perinde accipiant,ac si ipsi iussissent,& ad militiã translatũ aucto-
rare format,qđ est eligere in militiã,ex eo tractũ,ꝙ nisi imperatores senatu auctore bellum
gererent,triumphum non merebantur,cum aũt illis auctoribus bellũ gerebant,quasi aucto
ritati ab illis nauabant operam,& miles actoratus ab imperatore ei operam præstabat,rece
ptus.s.in munera militaria & imperatoris fidẽ.Inde ex auctorate,diminuere est,& auctora
mentum sigñat illam ascriptionem simpliciter. Dabunt veniam manes Laurẽtij,non.n.vi
deo quare ille auctoramentum pro stipendio accipiat,& ne auide hæc agere videar,nõ refel
lam oĩa illius testimonia,vnum illud satis nõ modo infirmum est pro illo,sed pro nobis fir
missimum,quod ex Quintiliani declam.affert, nec difficilẽ sanè sub illo præsertim auctora
mento missionem habuisse,sed voluit gladiator viuere,dicat obsecro,an auctoramentum il
lic pro stipendio accipiatur,nõ.n.gladiator illic faciebat stipendium, sed præstans operã vi
cariam obijciebatur arenæ.habuisset, inquit, missionẽ sub illo præsertim auctoramẽto.i.cũ
ita esset ascriptus in gladiaturã,nam pro altero eũ acceperat munerarius, vt parua ei vide-
retur futura iactura,si inueni missionẽ dedisset. Auctorat ergo imperator militem,cum eũ
ascribit nã quidquid deinceps agit miles auctoratus,ad imperatorẽ refertur cui victoriã pa
rat ita quidquid ex Liuio ille affert,& Sen.ad hãc sñiam nřam deducitur,vt in lib.nřarũ ob
seruationem ostendimus.(Sapphus)Genitiuus græcus est.Fab.quidẽ in prima institut.ita
scribit. Nunc recentiores instituerunt græcis noibus græcas declinationes potius dare, qđ
tñ ipsum nõ semper fieri põt,mihi aũt placet latinam rationẽ sequi,quousq; patitur decor.
Neq;.n.iam Calypsonem dixerim, vt Iunonem, q̃q̃ apud antiquos Cæsar vtitur hac rõne
declinandi,sed auctoritatẽ cõsuetudo superauit.In ceteris,quæ poterunt vtroq; modo non
indecenter efferi,q græcã figurã seq malet,nõ latine quidẽ,sed citra reprehẽsionẽ loquitur,
qbus ex verbis dicimus Cæsarẽ fuisse dicturũ Sapphonis potius,q̃ Sapphꝰ,sed tñ hoc nõ in-
decẽter efferri sentit.Quint.vt Iouẽ legis apud Plau. qđ grãmatici quoq; nři obseruarent.

NVNQVID vbi aspecta est) Quia oĩa ad vguem,& perquam graphice à Calderino
declarantur frustra longus sim, ne tñ nil dicam, scies hanc epistolam, vt ceteras, ab Ouid. AS.C.
compositam,nec versam,seu translatã,sed excogitatã, licet Sappho multa carmina scripse-
rit,nec eius generis solum,quod ab ea Sapphicum dicitur,sed & alia multa,verum quia grę
ce,non latine scripsit,insaniunt,qui hãc epistolam,vt est,ab ea cõpositam somniant.(Nun
quid,)q.d.puto.ꝙ non,cum tñ debeat.(Vbi).i.statim,postquam.(Littera)Metri causa sin-
gulariter pro epistola ponitur,sicut contra nomina pro eo,quod est nomen,ponit.(Aucto-
ris Sapphus:)Ergo auctor ab auctoritate communis est generis.vñ Iuno apud Virg. Auctor
ego audendi.(Sapphus)Græcus genitiuus,quo libentius vtar,quàm latino in consimili di-
ctione græca.Habemus autem,vt Seru.docet ad illud 7.Aen. Luctifican. Alecto, fratris casu
in vsu,genitiuum in us,& accusatiuum,& vocatiuum nominatiuo simile in o.

Forsitan & quare mea sint alterna requiris
Carmina: cum Lyricis sim magis apta modis:
Flendus amor meus est:* elegeia flebile carmen:
Non facit ad lacrymas barbitos * illa meas.
Vror,vt,indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager.

Carmina mea alterna:)Ele-
giaca, nam alternis nume-
ris succedunt heroicis in quibus
claruerunt apud Græcos Calli-
machus Thletas Alexãder, Aeto
lus, Antimachus, Callinus, Mi-
mermnus, Thyrreus Lacedæmo
nius. Instituti Elegi primũ de-

DOM.
* Elegi
quoque
flebile.
*Vlla.i.
nullum
carmen
lyricũ.

flendo desiderio mortuorũ. mox ad amores traducti, sed nomẽ tamen retinuerũt à miserabili cantu, quem olim fundebant. nam ἐλεεῖν est misereri. (Lyricis modis) Nam, & si elegiam attigerit aliquãdo Sappho, tamen lyricis numeris præstabat. De lyricis autem poëtis, & carmine requirere, quæ elucubrauimus paulo ante ĩ vltimo Silu. (Flẽdus Amor)

Arua Phaon celebret diuersa Typhoidos Aetnę:
Me calor Aetnæo minor igne tenet.
Nec mihi, dispositis quæ iungam carmina neruis
Proueniunt, vacuæ carmina mentis opus:
* Nec mihi Pierides subeunt, Dryades ue puellę,
Nec me Lesbiadum cetera turba iuuant.
* Vilis Amythone, vilis mihi candida Cydno:
Non oculis grata est Atthis, vt ante, meis.

* Nec me pyrrhiades Methymniades ue puellæ. Egnatius vero, Nec mihi Pyrino subeũt, Mnalæ, Nec me Lesiadũ * Anactorie.

Rationem affert, quare à lyricis ad elegòs transierit. ait enim argumento operis se impelli. Possem inquit, lyricis amores etiam includere, sed lacrymis non cõuenit, quibus elegia manare solet. (Elegeria flebile carmen,) Ambitus est recurrentis in se syllogismi. Tu, inquit, fortasse quæris, quare scribã elegos, amor meus deflendus est. Elegia est carmen flebile, propterea nunc mihi magis conuenit, quàm lyricum. elegi verbum non placet, frigidũ enim est. elegia ratione syllabę non offenditur, cum eodem iure alibi defendatur. Ouid. in Corinna; Venit odoratos elegia nexa capillos. & alibi: Flebilis indignos elegia solue capillos. (Non facit) Non satis est, nec conuenit. (Barbytos) Hesychius verborum Græcorum interpres docet Barbyton esse genus citharæ lyricæ, vel ipsam lyram. Pollux locat eam inter instrumenta, quæ manu pulsantur. Strab. vero auctor est nomen esse barbarum, nam qui Helicona musis consecrarunt, Thraces fuerunt, & antiqui vates, Ephorus, Orpheus Musæus, Thamyris, qui Bacco in Asiam consecrarunt in Indiam vsque, Barbari, vnde multa musica instrumenta Barbaris numinibus designantur, vt nabla, sambuca, magades, barbitos. (Barbitos) .i. vllum carmen lyricum. vario autem genere profertur, masculino ab Horat. Age dic latinum barbite carmen Lesbio primum modulate ciui. Fęminino ab Oui. hic, neutro ab alijs multis chordis fuisset indicat Theochritus, qui eam πολυχορδον appellat. (Agar fertilis) Plenus segere. (Ardet) Ardere solet. (Exercentibus) Diuersas, in patres iactantibus. (Phaon) Nomen liberti Neroniani, cuius meminit Tranquill. (Phaon) Lesbius insignis forma, delitiæ Sapphus, carmine tantum amicæ nobilis. (Celebrat) Tenet, & colit. (Aetnæ) Aetna mons Siciliæ notissimus, sortitus nomẽ ab Aetna heroë, vt Castor scribit, nomine loci, cuius filiũ Lucius quidem temporibus Tiberi se professus loca finitima latrocinijs infestauit. sed Romam ductus pœnas dedit. Catane itẽ oppidum Siciliæ, Aetna olim dicebatur, quod nomen incolis expullis Hieron rex dedit. de monte nunc intelligit, sub quo Typhoëum fulmine ictum esse poëtæ fabulantur. Virg. Illic dixit esse. Enceladum. Silius: Typhoëum sub Inarime insula Campaniæ ponit. non ardentem sortita Typhoëum Inarime. Lucan. Conditus Inarimes æterna mole Typhoëus. Idem Horat. Sed libet hoc loco ambigere de nostris scriptoribus, q vbi Hom. dixit εἰν ἀρίμοις. i. in Arimis Arimos pronuncians, nostri cõiunctim cum in, pręposítione fluxerunt, Inarimen vsurpantes. Homerum vero de insula Campanię ĩtellexisset, vel ille locus Plinij indicat Hom. Inarime dicta, à Græcis πιτήκουσα nõ à simiarum multitudine, vt alibi existimauere, sed à figlinis doliorum, nimirum id designãs, quod Str. scribit his verbis de Typhoëo loquens ex Arimis, vbi statum dicũt esse Typhoëa. Quidam hanc fabulam in Sicilia fingũt, quidam Pithecusis, presertim, qui simias dicũt Arimos ab Hetruscis vocitari. Pindarus certe in Sicilia, vt etiã Oui. scribit, Typhoëum excruciari ait his versibus. Illum Aetna vinculis fortissimis arctat Immensum pater, centimanumq; Typhoëum. Typhon vero pater Harpyarum fuit, vt est apud Valerium Flaccum. (Typhoidos) Forma patronymica est à voce græca deducta. τυφῶν, vnde Typhonides, & Typhonis formatur. (Euris indomitis) Vehementibus, & ferocibus. (Arua diuersa) Remota, & procul posita. (Nec mihi dispositis neruis) Concinnatæ cytharæ, in qua olim quatuor erant nerui. Sed Terpander Lesbius septem composuit, octauam Simonides, nonam Timotheus, inde disticon in Terpandrum. Hos tibi mutari chordarum quatuor vni. Nonaque per septem modulantur carmina neruos. (Iungam) Iungam cum sono cytharæ. Amphion autem

primus

primus cum canto cythara usus dicitur, antea Thamytas sine uoce, qui autem simul canũt cum cythara psallo cytharistiæ dicuntur. (Nec mihi Pierides) Hunc locum multi negligenter fortasse legunt, cum tamen enarratione indigeat, hunc autem sensum ego esse arbitror, cum Sappho ostendere uelit se ad carmẽ nõ moueri ulla ex his causis, quibus olim solebat, triplicem canendi causam ait sibi fuisse, aut cum furore poëtico ageretur, aut cum relaxans animum in siluis sine curis negaretur inter Dryadas, & Hamadryadas, aut cũ puellis, quas amabat, blandiretur, quæ sibi Thespiadum, & Musarum instar erãt, nunc, inquit. (Nec Pierides subeunt) .i. furor poëticus, (Nec Dryades) .i. nec relaxatio animi in siluis inter Dryades prouocat me ad carmen. (Nec cetera turba Thespiadum) Nec amicæ, quæ tertia, & reliqua carminis causa mihi erant, iam exhilarant aut delectant, atque ita omnis canẽdi ratio mihi petijt. (Pierides) Græci fabulosiora quædam de hoc nomine tradiderunt. Strabo uero historiam secutus ita scribit, nã id planum ex locis, in quibus cultæ sunt Musæ, Piera enim & Olympus, & Pimpla, & Libertum quondam loca fuere Thraciæ & montes, quos nũc Macedones possident, quique musis. Helicona consecrarunt, Thraces fuerunt. (Thespiadum) Thespias prius, inquit Str. nobilitauit Cupido Praxitelis opus ab eo sculptum dono uero consecrauit Thespiẽsibus Glycerium meretrix, in quo plus apud me ualet Pausaniæ auctoritas, qui Phrynem id dedisse affirmat, ut in comm. Silu. recitauimus, cum presertim uersu græ. uulgatũ, φρύνη τὸν πτερόεντα, τὸν ἔντεχνητον ἔρωτα μισθὸ ὑπὲρ τεχνῶν ἀνθετο τεσπίαισι. de quo Plin. ita scribit 36. natur. histo. de Praxitele tradens eiusdem est Cupido obiectus à Cicerone Verri illi, propter quem Thespiæ uisebantur, nunc Octauiæ scholis positus. tres autem fuisse Musas tantum scribunt nonnulli, quibus Varro assentitur, is enim tradit earum simulacra multiplicata fuisse, quod in ancilibus accepimus, atque ita habitas esse nouem. Hom. cerce, & Hesiodus huic numero adstipulantur. Homerus numerum tantum nouem proferens. Hesiodus uero addens singularum nomina. Alcmæon poëta cœli & terræ filias putauit, alij Iouis, & memoriæ, nobili certe pictura. Fuluius nobilior Romam eas transtulit ex Ambracia. (Vilis Amythone) Ingenue, hic fatetur se tribadẽ fuisse, & impudice amasse nonnullas, de quarum numero dissentit ab eo, quod scribit Suidas. ille enim tres fuisse scribit, quibus ad libidinẽ usa dicitur Sappho, Telesippam, Megaram, Atthidem, sed duarum nomina mutantur, quas hæc appellat Amythonem, & Cydno, ille Telesippam, & Megaram, de tertia conuenit. Nam ab utroque Atthis dicitur, quamuis per mendam sit in uersum, nos uero emẽdãs ita legimus. Nec grata est oculis Atthis, ut ante, meis, nam sit ita leges, Nec grata est oculis Atthios, ante meis, & nomen puellæ deprauas, & nullum colligit sensum.

ASCENSIVS.

CARMINA alterna) .i. hexametra cum pentametris. (Elegia) Alij legunt, elegiaq;, alij elegeia. nam duæ primæ syllabę corripiũtur. (Vror, ut, indomitis) Docet cur barbito .i. plectro. aut instrumento quouis musico, nõ leuetur à curis, & lacrymis, quia inquit. (Vror, ut ager fertilis) .i. qui densas profert segetes, ardet. (Messibus) .i. aristis, & segetibus ad messem perductis, accensus, & hoc. (Euris) .i. uentis illis indomitis .i. quasi furentibus. (Exercẽtibus ignem) .i. flammam, ut secundo Aeneidos. In segetam ueluti cum flamma furentibus Euris Incidit. (Phaũ celebrat arua diuersa) .s. ab aruis nostris, quia arua. (Aetnęo Typhoidos) in qua Typhoëus sepultus dicitur, sed. (Calor non minor Aetnæo igne tenet me) .i. quamuis non sim in Aetna, non minus tamen ardet, sed amoris igne loquitur autem quasi de absente, cum tamen ad Phaonem scribat, & si quis dicat, cum cãtatrix sit optima, nihilq; animum magis leniat, quam cantica, cur non occupet sese carminibus, respondet, carmina non amplius prouenire, qa neq;. (Pierides) .i. Deæ nemorũ, quæ nos ad cantũ prouocet &c. trant pectora. (Nec puellæ Dryades) .i. Deæ nemorum, quæ nos ad cantum prouocent, &c. (Vilis mihi candida) .i. licet candida. (Cydno) Et declinatur hæc Cydno, huius Cydnus, sicut Sappho, Sapphus. ASC.

Atque aliæ cētum:quas * nō ſine crimine amaui:
  Improbe,multarum quod fuit unus habes.
Eſt in te facies,ſunt apti luſibus anni.
  O facies oculis inſidioſa meis.
Sume fidem,& pharetrā:ſias manifeſtus Apollo:
  Accedant capiti cornua:Bacchus eris.
Et Phębus Daphnē,& Gnoſida Bacchus amauit:
  Nec norat lyricos illa,uel illa modos.
At mihi Pegaſides blandiſsima carmina dictant:
  Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcæus conſors patriæque, lyræque,
  Laudis habet:quamuis grandius ille ſonet.

DOM. * hic

ALiæ centum) Mille, centū, & ſexcenta ſæpe pro infinito numero accipiuntur. Cicero ad Atti. ſcribens ſexcenta accepit pro infinito mille, alii ſcriptores,poëtæ preſertim,centum hoc loco Sappho, nam non centum, ſed multas habuit puellas Lesbias, quibus non ad libidinē utebatur, ſed eas erudiebat cythara, ex quibus tres claruerunt in primis eius diſciplinę, Anaxagora Mileſia,Gongyla Colophonia, Eunica Salaminia,ut ex Suidæ monimentis ante recitauimus, aut eas in quotidianam conſuetudinem,& familiaritatem acceperat. Hora.Et popularibus gaudente Sappho puellis omnino ita intelligendum eſt ante nominatas concubinas fuiſſe Sapphus, quas uero nunc deſignat fuiſſe diſciplina,& ſine infamia fuiſſe amatas.Sine crimine, ſine criminatione,& reprehenſione,qua non caruit in illis tribus,hic oſtendit ſede popularibus ſuis intellexiſſe.Improbe dicimus improbum non tantum malum, ſed nimis auidum, nec contentum etiam re immodica.(Improbe) Qui non cōtentus es tanto amore meo. (Vnus habes) ſolus poſſides.(Quid fuit multarum).i.affectus meos amatores,quos in multas puellas diſpenſauerā,pudice aliàs,aliàs impudice amando in te unnm contuli, & quod multis ſatis erat,tibi uni eſſe non potuit.(Eſt in te facies). Aetate, & forma amabilis quiſpiam eſſe poteſt,quod utrunque cum in Phaone ſit laſciua Sappho,formam,& faciem tantum ſuſpirat. (Anni apti luſib.) Ludos publicos dicimus numero multitudinis,& ſpectatula, ludus numero unius pro exercitatione gymnaſtica,ut ludus palæſtræ ludus pilę, deniq; ludus dr̄ cū multorū cōuētus ab uno eruditur ꝑceptore,ut ludus gladiatorius,ludus literarius, luſus uero ad uoluptatē cōparati ſunt ſine ulla arte,& puerorū proprie dn̄r cōtra ubi ars eſt,& præmiū ludus appellatur,ut ludus aleæ, quaſi in ludo à ꝑceptore traditus certa diſciplina. Fabius:nec me offenderit luſus in pueris,& eſt hoc ſignū alacritatis,ut inquit, & formoſus es, & ea ætate,qua luſus nō aſpernatur,ut ꝓꝑea ſis ēt iucundior. (O facies) Cum duo propoſuerit iucunda in Phaone,alterū,quo magis eliciebatur,repetit,& ingemiſcendo auget. Alibi Ouid. O facies oculos nata tenere meos. In Arte aūt Amandi luſus ineſſe oportere oſtēdit. Ludēdo ſæpe paratur amor.(Fidē).i.cytharā,fides aūt proprie cytharæ neruos ſignāt, ſed pro cythara accipitur,ut ēt a Pap. Tētat audaci fidę Mātuanæ gaudia famæ, fidicula itē neruus eſt,ſed proprie,quo ad tormēta utebantur,pro neruo ſimpliciter Tranquillus in Tiberio:Veretris deligatis fidicularū ſimul,urinæq; tormēto diſtēderet.eā.n. colligationem Tiberius ad ſupplicii acerbitatē excogitauerat. Apollo aūt lyrā a Mercurio accepit, uñ etiā ad Amphionē peruenit. Hora. Mercuri(nā te docilis magiſtro. Monit Amphion lapides canendo.(Et pharetram:) Nam hęc duo inſignia ſunt Apollinis. (Accedant capiti corona: Bacchus eris) Cur Bacchus cornua geſtaret & cum his pingeretur unus Diod. ex omnibus ſcriptoribus,quos legi,probabiliorem ex hiſtoria tradidit rationē, ita.n.in 4.hiſto. ſcribit. Traditur Hammon galea in bellis uſus,cuius inſigne fuerit Arietis caput,ſunt q ipſum dicant in tꝑibus paruula habuiſſe cornua,propterea filius eius Bacchus eodem fuiſſe aſpectu, poſteriſque traditum deū hunc cornua geſtare,uñ & bacchæ, κερατώδες .i. cornigeræ dn̄r, quod numinis perſonam imitantes cornua ſumebant.(Et Phœbus Daphnen) Etſi, inquit, formæ dignitate accedis ad Bacchū & Apollinē, tñ non ſum à te ſpernenda. Nam uterque Deus puellam amauit me inferiorē Daphnen Ladonis ut Aphthonius ſcribit filiam,ut noſtri aiunt,Penei,ut Parthenius in uolumine,quod de amantibus compoſitū eſt Amycleſi filia fuit. Sed ne per uim Deus ſtupraret,Iupiter in laurū conuertit,quæ arbor iccirco Apol-

lini grata esse existimatur,quoniam,ut scribit Pli. in Parnasso monte spectatissime uireat,
unde Apollo Daphnites apud Syracusanos colebatur,ut Esychius refert Daphne oppidum
Syriæ,ut refert Strab.Daphnen pterea amauit Leucippus Oenomai filius, ut scribit Pausa
nias,quam cum habitu muliebri cognitus in uenatione sequeretur proditus est sexu ad La
donem,dum lauaretur,& necatus a uirginibus.(Et Gnosida) Gnosus urbs Cretæ in plano
sita.ambitu triginta stadiorum emporium habuit Heraclium,Ceratisque antea appellaba
tur à prelambetis fluuij nomine,regia Minois patris Ariadnes,quæ rapta est à Theseo,cui
Oenopionem,& Staphylum peperit,ut nonnulli scribunt, & ne fabulosa diu consecter,lo-
cum tantum Plutarchi,male in latinum cõuersum emendabimus,ne aliquis literarum grę
carum ignoratione testimonium ex eo scripto accipiens,falsa aliquando, & ridicula pronũ
ciet,quod multis accidisse uideo,ubi in Theseo, & Ariadna omnem græcorum scriptorum
turbam citat,atque ita ait, τὸν δ' δάμαξεν ἔρος ἠδ'ος πανοπήιδος αἴγλης,quem locũ ita lati
num facere potes: Gratus enim eum domabat amor Panopeidos Aegles. Hunc autem
uersum ex Hesiodo Pisistratum exemisse ait Hereas Magarensis,quẽadmodum cõtra euo-
cationi manium Homericæ idem inseruit, Perithoum, Theseumque deorum iustissimam
prolem,ut id gratificaretur Atheniensibus.cum autem hæc ipsa uerba quidem trãstulerit,
plane cognosces,si aliquando Thesei uitam in manibus sumes, ubi ita scriptum reperies,
grauiter enim amore Aeglidis Theseus excutiebatur,hoc uerbum ut Nerea Megarensis re
fert,ab Hesiodo Pisistratus remouit,quemadmodum alias Homeri funeralia inuadẽs, The
seum,Pyrithoumque deorum generosam prolem exemit,ut Atheniẽsibus rem gratam cõ-
ficeret,mitto hiantem compositionem, uerba inculta. nonne sensum totum inuertit, cum
contraria transtulerit? omitto infinitos penè illius errores cum in hac uita Thesei tum in
alijs,non enim cum accusabo,quem nolo nominare,tu auctorem agnosces, si inspexeris in
uicem,à quo Thesei uita traducta sit.sed ut ad amorem Bacchi,& Ariadnæ redeamus,omit
tamusq; multa,quæ Plutarchus scribit,Diodorus tradit Theseum eam reliquisse in naxo
admonitum per somnum & quidem minis à Baccho,ut ea dimissa inde abiret, Bacchumq;
eam tulisse in montem,qui appellatur Dryops. Naxon insulam prius Strongylem dixe-
runt,antea Diam dictam,cum ducentum annis tenuissent Thraces, Cares deinde occupa-
runt ex Lamia aduecti,quibus Naxus Polemonis filius imperans pro Dia à se Naxon nun
cupauit.Strabo Diam appellat. Ouid. Diæ telluris ad oras. alibi: Qua breuis æquoreis
Dia feritur aquis.(Modos lyricos)Formæ damna doctrina emendat, qua potissimum glo-
riatur.(Pegasides) De Pegaso, & Musis lege,quæ luculẽtissime dictauimus in eum uersum
Ouid.Pegasi Oenone Phrygijs celeberrima siluis cum superiori anno heroidas profitere
mur.(Dictant) Nam musæ mihi scribenti dictare carmina uidentur. Dictare autem est
enunciare,quod alius excipiat,unde dictata non in literis tantum,sed in alijs quoque arti
bus appellamus,ut illud peragit dictata magistri, & Gladiatores meditanť dictata lanistæ,
frequentatiuum autem est à dico,nam quæ docemus,sæpe inculcamus,ut penitus excipian
tur,& ediscantur.(Nec plus Alcæus) Alcæus Omphales,& Herculis filius,Alcæus Athe-
niensis tragicus, Alcæus comœdiæ ueteris scriptor, à quo editæ sunt decem fabulæ. Al-
cæus Mityleneus fratrem Antimenidum habuit,quem à uirtute bellica laudat,oppressa au
tem patria à Tyrannis poëmata lyrica aduersus eos edidit,quæ ςασιωτικὰ, id est continẽ
tia seditionis inscribuntur,propterea aureo plectro dignus censetur, elocutione magnifi-
cus,& diligens.sed ad lusus,& amores descendit,cum tamen esset maioribus aptior, hęc ex
diuersis scriptoribus gręcis ex Fabio accepimus. Hora.Et te sonantem plenius aureo Al-
cæe plectro.(Consori patriæque) Nam & ipse Mitylenæus fuit. (Consors lyræque) Et
ipse lyricus,hunc(ut ille ait)Næuus delectauit in facie pueri. (Grandius) Nam, ut dixi-
mus ex Fabio,magnificus est eloquentia,& grandiloquus.Sappho se inferiorem esse negat,
quia scilicet tantum assequatur suauitate carminis,quantum ille granditate.

ATQVE aliæ centum,quas hic sine crimine amaui) Ergo priores cum crimine nisi ASC.
sit, Amithone, Cydno. Attis, atque alię centum quas omnes sine crimine amaui, mihi
uiles sunt. (O facies) Comicus dicit, O faciem pulchram tribus enim casibus iungitur
O. cetera constat, dummodo norit puer. (Gnosida) Esse patronymicum à patria,quod
de

declinat hęc Gnosis,huius Gnosidos &c.(At mihi Pegasides) Natura magistra qua quisq; re maxime prestat,ea se potissimum commędat,ut Sappho hic ab arte poëtica,& musica uena. Pegasides sunt musę dictæ,quę poëtis,& poëtrijs carmina dictare.i. scribenda pronunciarem finguntur quod mortalibus ignota,aut tanquam ignota à poëtis produntur.

Si mihi difficilis formam natura negauit:
  Ingenio formæ damna rependo meæ.
*Nec me despicias,si sum ubi corpore parua.
  *Mensuramque breuis nominis ipsa fero.
Candida si non sum,placuit Cepheia Perseo
  Andromade,patriæ fusca colore suæ.
Et uariis albę iunguntur sępe columbæ:
  Et niger a uiridi turtur amatur aue.
Si,nisi quæ facie poterit te digna uideri.

DOM.

*Sũ breuis, at nomẽ, qđ terras ĩple at oẽs.

*Est mi hi men sura no minis ipsa fe ro

SI mihi difficilis) Omnia singulatim diluit, quæ obiici poterant, ut non amaret, aliaq; exemplis defendit, alia ratione contraria. (Incipit ab eo, quod firmissimum est in aduersario, ꝙ formosa non sit, quod diluit, & transferendo crimen in naturam, quæ sibi formam negauit, & opponendo ingenii laudem, quæ plus amari potest,quam ipsa forma. (Nec me despicias) Hic ostendit,quomodo rependit,& reparat,nam breuitatem formæ,famæ(ut ait)celebritate extendit,quanquam allusio uideri potest non debuisse maius corpus formari sub bissyllabo nomine,& tam breui,ut quod certa ratione excusare non potest, ingenua quadam urbanitate eleuet.(Candida si non sum)Andromede Cephei Aethiopum regis filia à Perseo,notissima fabula,amata est,& ipse liberata nullis precibus parẽtum potuit retineri (ut scribit Hyginus)Quo minus Perseum liberatorem sequeretur, relata in cœlum Mineruæ beneficio,uestigia uinculorum,quibus exposita fuit monstro,ætate sua permansisse scribit Plin.in Iope portu,ubi illud monstrum fabulosum celebratur, cuius ossa Romã relata fuisse idẽ est auctor Alidi Ouid. Andromedam nigris Perseus portauit ab Indis. Andromede præterea liberta Iuliæ Augustæ paruitate corporis insignis,nam duos pedes non excessit, & palmum. De Perseo multa recitauimus ex græcis auctoribus in cõmentariis Siluarũ,in eũ uersum. Fluctiuagus uolucrem comebat Persea Dyctis. illud adde,quod Pherecydes scripsit Perseum Argos rediisse cum Cyclopibus,matre Danaë,& Andromede uxore,& cũ patrẽ ex Larissa accerseret,iactu disci eũ uulnerasse,mortuumq; humasse ibidẽ, βοιώταν μὲν πιρέλεϑ καὶ λίτϑ ἄρχοιτι λαναη καὶ ἀνδρομέδη πάρδενοι.(Et uariis albæ) Aristoteles in 7. de historiam animalium docet,quæ animalia inter se amica sint,quæ item inimica,unde Plin. finem decimi naturalis historiæ traduxit eo capite,ubi agit de amicitiis, & inimicitiis animaliũ,ubi ita scripsit, Rursus amici pauones,& columbæ,turtures,& psitaci,merulæ & turdi,cornix & ardeolę,ubi quod de turture & psitaco scribit, ex se tradit, ab Arist.certe non accepit. Ouid.idem in Psitaco Corynnæ omnes,quæ liquido libratis in aëre cursus. Tu tñ ante omnes turtur amice dole. Plena fuit uobis omni concordia uita. Et stetit ad finẽ lõga, tenaxque,fides. Arist.in 7.de hist.anim.ita scribit ἡ δὲ ϑυνὶς ἅπαξ τίκτιλα ἀλλὰ διὰ τοῦ τὰ μὲν πρώιας ἄδεο λίαχ πρόισαι. Asinus & Spinꝰ inimici inter se sunt. & mox.& merula quoq; turturẽ amat,Plin. Psitacũ dixit,quẽadmodũ,quod Plin.tradit eodẽ lib. de Egitto, & Asino. Arist.de Acanthide & Asino scribit,non de Egitho, cuius alias meminit hinc Sappho ostendit aliorum amantium exemplo se,quamuis nigra sit,à Phaone candido amari posse, cũ aues diuersorum generum,& coloris naturalis quadam iungantur amicitia, ut colũbæ, & pauones. Iunguntur uariis.s.auibus,aues autem uariæ sunt pauones uarietate colorem distincti,nam de his omnino est intelligendum,cum diuersi generis coniungantur, ut etiã psitacus & turtur quod sequitur.(A uiridi aue) A psitaco,qui ex India mittitur uiridis toto corpore,ut scri. Plin.torque tantum miniato. De psitaco plura leges apud Pli.10.naturalis hist eundẽ Aristo .βιτάκιν appellat genere fœminino.

A S C E N S I V S.

ASC. INGENIO formę)Vnde ille,Ingenio pollet,cui uim natura negauit. (Mensurã nominis) Quia bissyllabũ habet nomẽ,quasi præsagio quodam inditũ sit,sicut Hippolyto,qa

equis

equis soluendus. vnde dici solet. Cōueniunt rebus nomina sæpe suis. (Cādida si non sum) Docet exemplis, quod ille monet, qui dicit, O formose puer nimium ne crede colori. Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur. (Et varijs) .i. variorum colorum columbis. (Et niger à viridi turtur amatur aue.) Est ergo turtur sub incerto articulo epicœnum, dum auem significat, nam de piscibus dicit Plautus obustos turtures, genere masculino, quod sequemur. (Si, nisi quæ facie) Vt laudari mereatur, illum laudat a forma vultus. Quod autem bis dicit: Nulla futura tua est, sic construitur.

Nulla futura tua est: nulla futura est:
At mea cum legeres, etiam formosa videbar:
Vnam iurabas vsque decere loqui.
Cantabam memini (meminerunt oīa amantes)
Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hæc quoq; laudabas: omniq; à parte placebam,
Sed tunc præcipue cum fit amoris opus.
Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat.
Crebraque mobilitas, aptaque verba ioco:
*Et, quod, vbi amborum fuerat cōfusa voluptas:
Plurimus in lasso corpore langor erat.
Nunc tibi Sicelides veniunt noua præda puellæ:
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo,
*Nec vos erronem tellure remittite nostrum
Nisiades matres, *Nisiadesq; nurus,
Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ:
Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi.

DOM. NVlla futura tua est) prior pars huius versus sub conditione profertur, altera sub affirmatione. Si, inquit. (Nulla tua est futura) hoc est nullam amabis. (Nisi quę facie) .i. pręstantia formæ. (Poterit videri digna te) .i. conuenire formæ tuæ. (Nulla futura tua est) Affirmādo negat .i. nullam omnino amabis, nulla enim tam formosa est, quam tu, tum præcipue his versibus lasciuiam suam ingenue profitetur, & se tribadem fuisse, vnde impudicos corporis motus didicerat, & illebricitatem gemit⁹. (Cum Lesbo) Lesbos insula quasi Metropolis Aeolicarū vrbium nobilis Vinetis, & vini præstātia, nomen sortita à Lesbo Lapithæ filio, Hermete prius, Lasia, Pelasgia, Aethiope, Aegira, Macaria denique appellata. eandem μακάρων ἕδος .i. beata sedes, vrbem per circonductionem dixit Hom. quo loco Crates, Aristarchus, & Eustathius ambigunt, quem locum poëta designet. Srab. in 8. Lesbon affirmat. Macar. enim insulam tenuit ante Lesbon regem, quod etiam Diod. tradit, quamuis eum Macareum nominet, huius filiæ fuere Methymne & Mithylene, à quibus duæ in insula vrbes cognominatæ sunt. Patriæ autem caritatē Sappho amori postponit. (Nec vos errorem) Qui errorem legunt, sensum non percipiunt, & planetæ cognomen ineptæ huc transferunt. Remittere est condonare, vt, remisi tibi iniuriam .i. cōdonaui. Remittere item est ad negligentiam descendere, vt, animum remittere dicimus, cum deponimus curas, & negligimus, cui contrarium est intendere, ex translatione ab arcu. Monet itaque Sappho Siculas mulieres ne remissæ, & negligētes in errorem labantur, putantes soli & patriæ mutatione Phaonem esse lui dissimilem. Nam ait, idem est, & tam idoneus ad decipiendum, quam fuit in Lesbo, cum me decepit. (Nec remittite) Nec condonate errorem nostrum. (Tullure) Quia Phaon tellurem mutauerit. (Quæ dicit nobis) Per rationem subiungit. (Nisiades matres) Nesis insula Campaniæ, cuius meminerunt Papin. & Luc. Neseidem, siue Nesidem dixerunt Scyllam poëtæ. Ouid. in remed. Præterita cautus Neseida nauita gaudet. Tu loca, quæ nimium grata fauere, caue. vt legere posses. (Nesiades m.) .i. Siculæ media syllaba per finæresim producta. Nesea præterea regio est iuxta Aetnā mōtana, vt Str. scr. Cū ergo tū dixerit ad Aetnā esse Phaonē, appellat mulieres Sicula, Nesiadas regione proxima. hæc snia magis placet.

*Atque vbi.

*O vos

*Siceli- desque nurus.

ASC. SI Nulla futura est tua) .s. amica, aut cōiux, nisi ea, Quæ possit videri facie .i. per facē digna te. (Nulla est futura tua) Quia nullā talē inuenies. (At me cū legetes) .i. eligeres. (Cū fit amoris opus) Cum impudicitiæ notata sit mulier, satis impudice lasciuiā suam fatetur, quod

quod in muliere pudica indecorum foret. Pu llæ Sicelides).i.Scilienſes. ſic Maro. Sicelides muſæ paulo maiora canamus &c.(Nec vos errorē)Ordo eſt. (Nec vos ò matres Neſiades) .i.quæ Neſam regionem iuxta Aetnam colitis.(Et nurus).i.ſponſe,aut matronæ Sicelides. (Remittite).i.condonate,& abolete.(Noſtrum errorem).ſ.quod Phaonem amauimus,aut quem Phaon in nos commiſit. (Tullure) .i.propter tullurem,hoc eſt nolite excuſare errorem noſtrum propter terram,dicentes videlicet,nos ſtulte amaſſe,quia Phaon nō eſt de patria mea,ſicut & de veſtra,& ideo vos non errate,quæ cum in patria ſua amatis, & retinere poteſtis,quia. Quæ dicit vobis,dixerat ante mihi.

Tu quoq;,quę * mōte velabras Ericyna Sicanos,
Nam tua ſum : vati conſule diua tuæ.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem?
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo ?
Sex mihi natales ierant: cum lecta parentis
Ante diem lacrymas oſſa bibere meas.
Arſit inops frater victus meretricis amore:
Mixtaque cum turpi damna pudore rulit.
Factus inops,agili peragit freta cęrulea remo:

DOM. *Immites.

SIcanos immites) A Sicano rege appellatos Siculos, de quo hiſtoriam lege apud Dion. Alicarnaſſeū in 1.vnde Solinus quædam accipit. Thucydides quoq; in 6.hiſt.ſcribit. σικανοὶ δὲ μετ' αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι ὡς μὲν αὐτοί φασι καὶ πρότεροι,(Immites)Crudeles in me cū retineāt Phaonē delicias meas nam eſt epitheton non perpetuum Sicularum, ſed cōueniens præſenti affectui Sapphus. (Erycina)De felicitate templi Veneris Erycinæ, & de mulieribus eius miniſterio dicatis,diximus in commenta.Siluarum.inuocat autem Venerem,quoniam poëtæ,qui amatoria ſcribunt,ſunt in Veneris tutela.vt Plato ſcribit poëſim dicatam eſſe Muſim,ſed amorem Veneri & Papin.de Stella ad Venerem.Hic tibi plectra dedit, mitisque incedere vates Maluit.propterea ſequitur,Vati conſule Diua tuæ. (An grauis)Nimirum,inquit,in hanc calamitatem delapſa ſum,quoniam fati tenor & ſeries, quæ mala in me eſſe cœpit,non deſinit.An,non tam interrogantis eſt, quam ſuccenſentis pertinaciæ fatorum. Alibi Briſeis. An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget?venit inceptis mollior aura meis?(Natales)Anni à ſexto,inquit,anno ꝑ mala,tanquam per articulos producta ſum. natales pro conditione ortus, & generis. Iuuen. vero pro celebritate diei natalis protulit. Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.i.non aliter ea victoria exhilaratur, quam diei natalis celebritas.Sed plura illic leges in cōmentarijs : hic natales pro annis accipiuntur.Tot.n.dies natales celebrantur,quod aguntur anni, & victoria illa apud Iuue. ſingulis annis,tanq̄ dies natalis,colitur. (Oſſa lecta)Seruius neſcio quia parum vtiliter ſe grāmati cum profeſſus,illud Virgilianum exponens.Oſſaq; lecta cado, fabuloſum cōfingit morem. Neſcio quia ambigit.legebantur oſſa.i.cineres,cum flamma rogi ſubſederat, non ꝙ legerentur,vt ille putat,ſed colligebantur, hoc autē verbū eſt pontificale & ex lege duodecim tabularum, lex hoc carmine ſcripta erat. Homini mortuo ne oſſa legito, quo poſt funus faciat. (Arſit inops frater)Sappho treis fratres habuit,vt ante diximus,Larycū,Eurigyium,Charaxum,qui Rhodopen meretriculam amauit.Nam Xantus Samius Rhodopin puellā Thraciam in Aegyptum detulit,quę antea Iadmoni ſeruierat vna cum Aeſopo tabularū ſcriptore,ibiq; proſtrabat illecebriſq; meretricis magnum fecerat quæſtum,adeo vt Strabo,& Plinius ſcribant Pyramidem ab ea fuiſſe erectā,quod tñ Herodotus temporū rōne refellit,cum alioquin ingentes opes illius fuiſſe concedat,teſtimoniumq; afferat ex decima ab ea perſoluta verubus ad torrendos boues Delphis dicatos. Tam autē gratæ libidinis fuit,vt in Græcia eius nomen celebre fuerit,vt poſtea Archidices,quæ tñ ad illius famam nō acceſſit. Charixus cum vinum Lesbium ad Nauctatim comportaret eius amore captus eſt,redimitq; in libertatem grandi pecunia tandem ipſe in patria eſt reuerſus, puella in Aegypto permāſit. Sappho(vt Strabo ſcribit) eam Doricam appellat, addens id, quod ipſe quoque fabuloſum eſſe ait, de calceo ab Aquila delato Memphim, quod ſi voles leges, in decimoquinto illius operis. (Inops)Redempta in libertatem meretricula. (Male) Turpiter, & per infamiam.

TV quoque) Implorat auxilium Veneris, cuius præclarũ erat in Eryce monte Siciliæ templum, eiusque se uatem dicit, eo ꝙ sæpe lasciuos cantauerit amores. Ostẽdit præterea, quod & superiores ferè Heroides, malorum suorum seriem, qua si generi suo fatalem. (Sex mihi natales. (Ordo est. (Sex natales). s. dies. i. sex anni. (Ierant). i. transierant mihi.) Cũ ossa parenti). i. patris mei. (Lecta). i. collecta ex rogo. (Bibere meas lacrymas) Quas. s. ifundi. (Ante diem). i. maturum tempus, sicut, sed cadat ante diẽ Aen. 4. (Quasq; male amisit, nunc male quærit opes) Id usu uenire solet, ut in filio prodigo nobis depinxit Saluator. Et ideo, quia (ut dicit alibi) Non minor est uirtus, quam querere, parta tueri, monendi sunt iuuenes, ne sua dilapident, aut prodigant. ASC.

Quasque male amisit, nũc male quærit opes.
Me quoq; qđ monui bene multa fideliter, odit:
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
Et tanqnam desint, quæ me sine fine fatigent:
Accumulat curas filia parua meas:
Vltima tu nostris accedis causa querelis:
Non agitur uento nostra carina suo.
Ecce iacent collo sparsi siue lege capilli:
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor uili nullum est in crinibus aurum:
Non * Arabo noster rore capillus olet.
Cui colar infelix? aut cui placuisse laborem?
Ille mei cultus unicus auctor abest,
Molle meum leuibus cor est uiolabile telis:
Et semper causa est, cur ego semper amem.
Siue ita nascenti legẽ dixere sorores:
Hæc data sunt uitæ fila seuera meæ.
Siue abeunt studia in mores, artesq; magistras:
Ingenium nobis molle Thaleia * dedit.

*Arabũ noster dona

* facit

MAle quærit) Magno discrimine, & in commodis. Monui multa) Imo lacerauit fratrẽ multis carminib. nec tantum, ut scribit Herodotus in 2. historia cum: χάραξος δὲ ὡς λυσάμενος ῥοδῶπιν ἀπενόστησε ἐς μετυλήνην, ἐν μελεϊπολλὰ Σαπφα κατεκερτόμησένιν (Lingua pia) Ab eo loco, qui preter spem dicitur, & miserationem mouet, & fratrem trahit in odium, cum sibi aliter euenisse ostendit, quam oportuerat. (Filia parua) Hanc peperit Cercola Andrio coniuge iam mortuo, puellaq; appellabatur Clis, quod Suid. ita scribit, καὶ θυγατέρα ἐποιήσατο ἐξ αὐτοῦ ἡ κλεὶς ὠνομάσθη. (Non agitur) Per interrogatione legendum est. nam cum proposuerit fortunã aduersam in se pertinacem esse, enumeratis singulis incommodis, quasi probauerit, quod proposuit, per interrogationem acclamat. Nõne nostra carina). i. nostræ fortunæ cursus. (Agitur). i. percellitur (Suo cursu) Sua pertinacia, & serie maiorum? nam ad id refertur, quod dixerat: An grauis inceptum peragit fortuna tenorem? Et manet in cursu semper acerba suo? (Non agitur) Interrogatiue, q. d. agitur. nam etiam ita interrogamus. non feci? perinde est, ac si diceres, feci. Vel, non potui abreptũ diuellere corpus? cum autem dicimus, egi negamus. (Ecce iacent) Misericordiam mouet ab habitu. (Capilli sparsi sine lega) Mulieribus fortunæ miseratio sparsi capilli, & funebris prope dolor. (Sine lege) Incompti, & sine ordine. (Nec premit articulos) Annulum etiam, inquit, deposui. nam in dolore abijciebatur etiam à uiris, quod fecit omnis bobilitas, cum Cn. Flaminio Libertino patra ædilis creatus est, Cato Petilio consulis filio præterito, equites uero non annulum, sed phaleram deponebant in mœrore publico. (Aurum in crinib.) Hom. in 17. Iliad. scribit Euphorbum Panthi filium habuisse implicitos crines auro, & argento. Propterea Plin. dubitat an usus auri cœperit à uiris, an mulierib. cum de uiro illud Hom. affirmet, nec antiquius extet in muliere exemplum ipse tamen Homeri carmen non indicat, nec nominat Euphorbum. (Rore Arabo). i. myrrha, qua uncti crines myrrhei dicũtur. Hora. Dic & argutæ properet Neeræ Myrrheum nodũ cohibere crinem. de myrrha alibi diximus. (Siue ita nascenti) Ex disciplina mathematicorũ, qui dicunt hominem sortiri uitam ab ineunte ætate. (Sorores) Parcæ, quæ tres sunt notæ carmine Hesiodi, & nostrorũ DOM.

con-

consensu pro fatis ab Homero accipiũtur,& alibi,& ubi Alcinous ait, πρὶν δέ τυσ χὶ ἤσαν κλῶθω καχέσις καὶ ἡ τρίτη ἄτροπος. quod Plato quoque in legibus ostendit.(Abeunt studia in mores).i.siue formamus mores studiis,in quibus uersamur.(Thalia) studium poëtices. Musæ Ardalides etiam appellatæ sunt,ut aliquid offeramns non omnibus notum,ab Ardalo Vulcani filio,qui eum ad Thoërenios tibiam & musas detulisset, eas ita appellauit. Arcades negant Erato esse musam,sed uatem fuisse aiunt nupserit Arcadi Calixtus filio Aegyptii tres tantum uates colunt,Sibyllam,Herophilen, & Saben.(Fila seuera) Allusio est ad parcas,quæ uitam humanam nere dicuntur.(Seuera) Pertinacia.

ASC. ECCE iacent) Vt commiserationem excitet,recitat negligentiam cultus sui. (Rore Arabo).i.myrrha.dicitur autem hic Arabus,a,um.& Arabs,sed hic Gentile nomen pro patrio usurpauit.i.pro Arabico.(Cor est uiolabile &c.Hic patet monosyllabum cor aliquando produci.(Siue abeunt studia in mores) Quia consuetudo est altera natura, studendũ est ergo quam primum rebus honestis,quod sese non fecisse fatetur,& dolet.

Quid mirum, si me primæ lanuginis ætas
Abstulit,atque anni, quos uir amare potest?
Hunc ne Cephalo raperes Aurora, timebam:
Et faceres.sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat,quæ conspicit omnia,Phœbe:
Iussus erit somnos continuare Phaon.
Hunc Venus in cœlum curru uexisset eburno:
Sed uidet * & Marti posse placare suo.
O nec adhuc iuuenis,nec iam puer, utilis ætas,
O * decus,atque æui gloria magna tui.
Huc ades:inque sinus formose relabere nostros,
Non ut ames oro, * sed te ut amare sinas.
Scribimus:& lacrymis oculi rorantur obortis:
Aspice quàm sit in hoc multa litura loco.
Si tam certus erat hinc ire,modestius isses,
* Si mihi dixisses,Lesbi puella uale.
Non tecum lacrymas,non oscula*summa tulisti,

* haud
* deus,
*uerum ut
* Et modo
*nostra

DOM. ABstulit) Rapuit allectam in amorem, deiecitque mẽtem, & consilium. (Raperes) Nam aurora Cephalum, cuius amore capta est, rapuit, abduxitque per auras. Ouid. Lutea mane uidet pulsus aurora tenebris,Inuitumque rapit. ea deserta ad Procrin est reuersus quam inscius interemit. nota fabula, Ouidii præsertim carmine in fine Artis. Hyginus quædã fabulosiora addit,q̃uis ex historia uideantur. (Hunc si conspiciat) Alludit ad fabulam Endymionis,qui qm̃ primus cursum Lunæ deprehendit (ut ait Plin.) dictus est dilectus fuisse a Luna, quem dormiẽtem osculabatur. huius sepulturam ostendit, ait Strabo, ad Latmium montem Cariæ in quodam antro, ubi est mõs pediculorum, ut scribit Hecateus,plura de hoc in cõmentariis Siluarum diximus.(Iussus erit cõtinuare somnos) Curabit.n.Luna,ut semper dormiat Phaon,qui formosior est, ut hunc osculetur.Nimirũ hũc locũm accepit Ouid.ex poëmate Sapphus.nã apud græcũ scriptorẽ ita legitur, περὶ δὲ τῆς σελήνης πρὸς αὐτὸν ἔρωτος ἔστι καὶ Σαπφοῦς ἔρως ζῆλος τῆς αὐτοῦ καὶ κατέρχεσθαι πρὸς αὐτὸν τοῦ νυκτῶ ἀν τὴν εἰς ἐκείμενον ὕπνον θύμετενται διαπαντὸς δέ λεγ αὐτόν. (Curru Eburno) Argẽteũ currum tribuunt Lunæ poëtæ,qm̃ illi argenteum dicatum sit,ut scribit Eustathius,eburnũ Veneri.ebur au em Aethyopius etiam in precio,qui regibus Persidis uicenos dẽtes elephãtorum singulis pendebant,ut Herodotus scribit,id autem fuit ccc decimo anno ab Vrbe cond.) Huc ades) Blandientis est mulieris,& amanter gestientis.(Rorantur) Guttis humectantur,id.n.proprium est rorare hoc loco non dixit aspice quantũ multa litura.nã dicere solemus,& debemus q̃ multa litura.(Hoc loco) Hac parte epist.quæ obliterata est manãtibus lacrymis.Plin.profecto in oraculis animus inhabitat,ardent, incenduntur,humectãt, cõueniunt,hinc illæ misericordię lacryme,hos cũ osculamur,aĩum ipsum uidemur attingere,hinc flet⁹,& rigãtes ora riui.qs ille humor est in dolore tã fœcũdus,& paratus?superiorẽ aũt uersum ita leges mea quidem sententia.Nõ ut ames oro, sed te amare sinas.(Lacrymis ob-

obortis) Inter ſcribendum exortis, ita illud Virg. de Didone, Sinus lacrymis impleui obortis, in ſermone ſcilicet. (Si tam certus eras) Accuſat ruſticitatem, q̄ ſe diſcedés ne ſalutauerit quidem. (Lesbi puella) Hæc erat appellatio ſine vllo amoris indicio, ſaltem ſi non proprio nomine, aut amicam appellans, dixiſſes, Lesbi puella vale. (Oſcula) Et in ijs ſua eſt laſciuia, cum oſcula columbarum dixit Martialis, impudicum oſculū intellexit. nam columbæ oſculantur proprio ritu, antequam miſceātur ratio, inquit, familiaritatis hoc ordine ab te implenda fuit, vt ſalutares, tum noſtra acciperes oſcula, denique munera.

QVID mirum &c.) Purgat errorem ſuum cum laude Phaonis, tam enim illud formoſum, atque amabilem prædicat, vt non potuiſſet eum non amare, in ea præſertim ætate, qua etiā ab Aurora amari potuiſſet ex Cephalus, & à Luna, vt Endymion, & à Venere, vt Mars. (Litura) A Lino ſpinum litum corripitur, vnde & littera corripi debuit, ſed t, geminatur ſicut in quattuor quottidie. rettulimus eadem de cauſa. (Modeſtius iſſes). i. ne potuiſſes, aut debuiſſes. (Lesbi puella) Vocatiuus eſt à nominatiuo Lesbis Lesbidos, & ita corripitur vltima, quæ genitiui caſus à nominatiuo Lesbos produceretur. ASC.

DOM.

Denique non timui, quod dolitura fui.
Nil de te mecum eſt niſi tantum iniuria: nec te
 *Admoneat, quod tu munus amantis habes.
Non mandata dedi: neque enim mandata dediſ-
 ſem
 Vlla: niſi, vt nolles immemor eſſe mei.
Per tibi. qui nunquam longe *diſcedit, amorem:
 Perque nouem iuro, numina noſtra, deas:
Cum mihi neſcio quis fugiunt tua gaudia, dixit:
 Nec me flere diu, nec potuiſſe loqui.
Et lacrymæ deerant oculis, & *lingua palato,
 Aſtrictum gelido frigore pectus erat.
*Poſtquā ſe dolor imminuit: mea pectora plāxi,
 Nec puduit *ſciſſis exululare comis:
Non aliter, quàm ſi nati pia mater adempti
 Portet ad extructos corpus inane rogos.

QVod dolitura fui) Non timui diſceſſum tuū ob quē eram dolitura. (Iniuria) Quod .ſ. me deſeruiſti ad concubitum referre num placet, eo enim Sappho alibi geſtit, & in mœrore eius memoriam repetit. (Nec te admoneat, quod, tu munus amātis habes) Cauſam oſtendit, quare munera diſcedentibus amicis dari, accipique ſoleant, vt. ſ. ſint monumenta amici abſentis, cuius repreſentent memoriam, ſed nec tu, inquit, reliquiſti mihi aliquid diſcedens præter iniuriam, quæ ſum deſerta, nec à nobis accapiſti. quod te admonere poſſit mei abſentis. Itaq; leges, admoneat, vt dicat, nec te poteſt admonere. (Amantis) .i. mei munus, quod habes, nullum enim diſcedens accepiſti, ad coitum referre non placet. Quid enim ſenſus eſt? nec ego admonui te q̄d tu habes munus amantis .i. coitum neceſſe eſt ſuperioribus conueniat, vbi ait, eum nihil ſibi reliquiſſe, & hic dicat eundem nihil à ſe accepiſſe, quod abſentis monumentum ſit. (Per tibi qui nunquam) Iurat per numina proxima qui ac primum in inuidiam obijcit. Iuro, inquit, tibi per amorem, qui nunquam longe diſcedit, vt ad id referatur, quamuis ipſe procul diſcedas, hic ſemper proximus eſt, nam ſemper amo. (Per) Eſt iurantis particulæ quæ nunquam ſine accuſatiuo effertur. nam illud Virgilianum. (Per tibi) ſi qua eſt, quæ reſtet adhuc mortalibus vſquam Intemerata fides, idem eſt, ac ſi dixiſſet, per fidem, ſi qua eſt &c. ſed antiqua ſimplicitate relatiuum, nomenque conſonant. (Cum mihi) ſimplicitate narrationis fidem, quàm iuramento parauerat omni ex parte implet, nam ita narrat, vt non aliter accidiſſe credibile ſit. (Non alter) Per comparationem doloris magnitudinem exprimit, & quaſi rei probatæ cumulum addit. (Pia mater) Non tantum mater, ſed quæ pia etiam eſt, & vnice filium amauit. (Corpus inane) Cadauer vacuum anima. (Rogos extructos) Rogus conſtruebatur lignis congeſtis in vnum, vnde ſtrues lignorum dicitur, de quo hoc carmen extat legis 12. tabularum. Hoc plus nec facito, rogum aſcia ne polito. Olim in terra ponebantur mortui, etiam apud Romanos, & poſtea, quamuis cremari inſtitutam ſit, multæ familiæ priſcum ritum ſeruabant, vt Cor

*Admonui, q̄d tu pignus.
* Aliq̄ legūt diſcedat, ex affectu oppātis fœmina, ac ſi dicat, qui vt nunquā diſcedat, & abeat à me opto.
*Verba
* Ruptis.
* Sic & ī Canace, tunc demum pectora plāxi & Medea. Protin⁹ abſciſſa planxi mea pectora veſte. al. ver o l. pectora plangi.

nelij

nelij Patricij, ex quorum familia nemo crematus eſt ante Syllã, quid id de ſe iuſſit, veritus ne cadauer erueretur à Marianis,nam ipſe C.Marij ſitas reliquias apud Aniené victor diſſipari iuſſerat,hoc eſt quod Plin.ſub oſcure in 7.ſcribit,apertius Cicero in legibus.

ASC. DENIQVE non timui,&c.)Sic 4.Aen.Dido.Hunc ego potui tantum ſperare dolorem, & perferre ſoror potero. (Quia vt dicit diuus Gregorius) Tela preuiſa minus lædere ſolent.(Per tibi qui nunquam &c.)Iuramenta ſolent à poëtis deligi apta perſonis,& negocijs,vt nautæ per Maria,vt Palinurus: Maria aſpera iuro. Parente per ſalutem filiorum, vt per caput hoc iuro,per quod pater ante ſolebat,viri fortes per dexterã, & hic amãs per amorem,quem dixi nunquam longe diſcedere,aut quem eum ſibi præſto habet,aut quia ſubito puniat perfidos.(Perq; nouem iuro numina noſtra deas) Quia & ipſa vates per muſas iurat.(Cum)Antiqui u in o vertebãt,vt voltis,vortex,vorto, ſed nunc volunt temporis cum ſcribi,cum tamen antiqui nunquam u geminarent,ſcribẽtes in nominatiuo ſeruos; dauos, auos,&c.(Nec)Peccet,qui indeferenter,cum, ſcribat. (Planxi)ideſt percuſſi.

Gaudet,& à noſtro creſcit mœrore * Charaxus
Frater:& ante oculos itq́ue, reditq́ue meos.
Vtq́ue pudenda mei videatur cauſa doloris:
Quid dolet hæc? cerce filia viuit, ait.
Non veniunt in idẽ,pudor,atq; amor:oẽ videbat
Vulgus:eram lacero pectus aperta ſinu.
Tu mihi cura Phaon:te ſomnia noſtra reducunt,
Somnia formoſo candidiora die.
Illic te inuenio: quanquam regionibus abſis:
Sed non longa ſatis gaudia ſomnus habet.
Sæpe tuos noſtra ceruice onerare lacertos:
Sæpe tuæ videor ſuppoſuiſſe meos.

DOM. *Charaxes.

GAudet, & è noſtro)Mouet miſericordiam, cum oſtendit fortunam ſuam ludibrio eſſe aduerſarijs. (Creſcit) exhilaratur, tum aios. (Quid dolet hæc? Verba Charaxi inſultantis ſorori, & acerbe obiurgantis amoris turpitudinem. (Filia) Ad id refert,quod dixit antea,ſe non minus dolere,quam quæ luget filiũ amiſſum,cui addit teſtimonium fratris. Is enim cum videat tantum eius mœrorem, quantus in filij funere eſſe ſolet innuẽs eam alia de cauſa dolere,quę quidem turpis eſt.Non debet,inquit,tantopere angi,nec hic mœror eſt pro filia, quæ quidem viuit, hæc autem fuit filia Cercolæ,& Sapphus.(Non veniunt in idem)Eſt pręmunitio eorum,quę dictura eſt ſententia ſimplex eadem ſolet proferri cum ratione,vt illud. In omni certamine, qui opulentior eſt, etiam ſi accipi iniuriam,tamen quoniam plus poteſt,facere videtur, Duplex eſt, vt illud Terentianum,obſequium amicos,veritas odium parit.In oratione aũt ſententiæ ſunt tanq̃ lumina, minus crebræ apud antiquos,ſed poſtea corrupta eloquẽtia nimis vſurpatæ ſunt quod inuidioſe in Senecam vt puto,dixit Fabius.(Veniunt in idẽ)Idem non põt pudoris hr̃e rõnem & dare operã amori.alibi Ouid.in Epiſt.Phædræ.Quid deceat nõ videt vllus amans.(Omne vulgus videbat).ſ.me,& tñ ſup.ego negligebam, nõ.n.poteram ſeruire pudori,cum tam perdite amarem.(Tu mihi cura Phaon).i.negligo omnes,nec me eorum pudet,tui.n.amori legibus indulgeo Phaon.(Illic te inuenio)In ſomnijs ſaltem te amplector, ſomnia interpretari Plin.ſcrib.Amphictyonem docuiſſe,de qua ſciẽtia Chryſippus, & Antipater libros ediderunt,vt ex interpretatione antiphontis apparet,qui hæc exponebant,cõiectores ſunt appellati.(Non ſatis longa)Nam ſtatim expergiſcor.Idem ero ad Leandrum:Me miſeram breuis hæc eũ & non vera voluptas.Quam epiſtolam nõ eſſe Ouidij, certa rõne docuimus, nam nec,quæ legitur Paridis ad Helenam, nec quæ Helenæ ad Paridem, nec quæ Leãdri ad Hero,nec quæ Herus ad Leandrũ,nec quæ Acõtij ad Cydippen,aut Cydippes ad Acontiũ, ab Ouidio vnquam ſcripta fuit,quod ipſe aperte teſtatur,nam ad Macrum ſcribens ait ſedictaſſe literas nomine Heroidum,Helenæ,Medeæ,Canaces,& aliarum.Quod Paris, & Machareus,& quod male gratus Iaſon:Hippolytiq; parens: Hippolytusq; legat, nomine vero virorum Sabinus epiſtola confinxit,quod ibidem teſtatur,Quã cito de toto redijt celer orbe Sabinus:Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis,ſi ergo prius ſcripſit Helena ex Ouid.poſt-

eaque

eaq; respondit Paris ex Sabino,quomodo possunt esse Ouidij?nam Helena hic non scribit, sed respondet,& Paris non respondet,sed prior scribit nimirũ hæ epistolæ adulterinæ sunt, & eodem penè stylo ab aliquo scriptæ, quo reliquæ quæ falso ab Ouid.referuntur.

CRESCIT nostro merore)Vnde Sinon Aen.2.Hoc Itachus velit,& magno mercentur Athridæ.Grauis enim dolor est,cum mala nostra inimicis gaudio sunt,& nos illis ludibrio,ait ergo Charaxus.(Quid dolet).s.soror mea,quę meos amores olim tam seuere taxauit,atque vituperauit?certe non dolet mortem filiæ,quia filia viuit, q.d.agnosco eam amore perditam.Et si dicat Phaon,eam sibi dolorem fecisse,quia non texerat amores, respõdet: Non veniunt in diem pudor,atq; amor.(Tu mihi cura Phaon)Docet vt redametur, se vehementissime amare,ita vt sicut Terentianus Phædria à Thaide expostulas.(Nil aliud expostulet,nec vigilant cogitet.Vehemẽtis autem amoris indicium est, cum & somnis occurrit dilectus.(Formoso die)Quia luce nihil pulchrius,aut amabilius,& tamen quia per noctem fruitur per imaginationem præsentia amici, præfert noctem diei.legendum puto formoso,non formosa,non quòd diem etiam nocti condistinctum non inueniam in fœminino genere. Nam Maro dicit lib.5. Postera cum primo stellas orientem fugarat Clara dies &c. Sed quia vnius vocalis sic vitatur concursu. A S C.

Oscula cognosco: quæ tu committere linguæ,
Aptaque consueras accipere, apta dare.
Blandior interdum: verisque simillima verba
Eloquor:& vigilant sensibus ora meis.
*Vlteriora pudet narrare: sed omnia sunt:
Et iuuat:& sine te non licet esse mihi.
At cum se Titan ostendit, & omnia secum:
Tam cito me somno destituisse queror.
Antra nemusq; peto: tãquã nemus,antraq; pro- (sint:
Conscia delitiis illa fuere meis.
Illuc mentis inops,vt quàm furialis Erichtho
Impulit:in collo crine iacente feror.
Antra vident oculi scabro pendentia tofo.
Quæ mihi Mygdonii marmoris instar erant.
Inuenio siluam:quæ sæpe cubilia nobis
Præbuit: & * multa texit opaca coma.
Sed non inuenio dominum siluæque meumque.
Vile solum locus est dos erat ille loci.
Cognoui pressas uoti mihi cespitis herbas:
De nostrum currum pondere gramen erat.
Incubui: tetigique locum, qua parte fuisti:
Grata prius lacrymas combibit herbas meas.
Quin etiam rami positis lugere videntur
Frondibus: & * nullæ dulce quæruntnr aues.
Sola virum non vlta * pie mestissima mater.

ORa vigilant sensibus meis) Non aliter,inquit,loquor, & exprimo,quod sentio,quam si vigilarem nam reliqua corporis sopita,os vigilat aduerba exprimenda. (Sensibus)Sensus,& sensa dixerunt antiqui, quæ animo concipimus,auctor Fabius.(Titam) Sol à Titea matre, vt nonnulli putant. Idem Hyperion à patre Hyperione,auctor Diodo. (Antra, nemusque) Per commemorationem loci miserationem facit, qui locus frequentissimus est apud Virgi. (Prosint)Lenire possint desiderium meum. (Inops mentis)Amens. (Erichtho) Magna celebrata etiam carmine Luc.Incantatione potentissima, ante idem nomẽ ab Ouidius vsurpatum.(Pendẽtia)Sublimis. (Instar) Non minoris precij apud me erant. (Marmoris Mygnij) Mygdonia Phrygiam terminat à meridionali latere vñ Mygdonium pro Phrigio accipimus. Papin in siluis de Tithono.Mygdonij, Pelijque senis marmor item Mygdonium Phrygium intelligimus,quod precij magni erat, & idem Sinaticum dicebatur. de hoc plura scripsimus in commentarijs Siluarum. Mygdoniam item coniungit Plin.cum Macedonia.erat præterea lapis Phrygius gleba,quædam punicosa, quæ vrebatur perfusa vino apta tingendis vestibus. Sappho marmorijs Lesbij DOM.

* Vlterius pudet hic narrare

*multis pressit opaca comis.

* Mille

* Prius

non meminit.nam id liuidus erat,versicolores maculas habens.(Coma)Multis frondibus, translatio est gratiæ pulchritudinis.(Dos erat).i.precium loci.(Grata pius) A mutatione fortunæ excitat misericordiam.(Positis frondibus) Huius carminis hic mihi sensus videtur,omnia mœrent: & silua, quæ in doloris indicium frondes deposuit, & aues, quæ ne vocem quidem emittunt cõquerendo calamitatem nostram, vt eo silentio maior designetur. Sola reliquæ aues silent, sola Philumela cõqueritur, dolens.s.q̃ virum Tereum non potius interfecerit quam Ityn filium,eundem Itylum appellat Catullus? Qualia sub densis ramorum concinit vmbris Daulias absumpti fata gemens Ityli. Varro, & nostri omnes aiunt Philumelam versam esse in lusciniam, & Prognem matrem Itys in hirundinem. Oui.hic accipit Prognem versam esse in Philumelam, quod præterea Græci nonnulli tradunt, & Probus grammaticus in Buc. Virgil.

ASC. COMMITTERE linguæ) Vt.s.lasciuius exequatur,quæ confessio in fęmina pudica indecora esset.(Consueras)Pro consueueras,nec versus patitur, vt consueueras legatur. (Omnia fiunt)Etiam coitus.(Antra nemusq; peto tãquam nemus)Sic Maro in Buc.Iam mihi per rupes videor,lucosq; sonantes liber Partho torquere Cydonia cornu Spicula,tan quam hæc sit nostri medicina furori.(Vtquam).i.vtpote, quã ferialis Erichtho.i.venefica, & incãtatrix illa,aut illius similis impulit. (Scabro tropho)sic ĩ Geor. Et trophus scaber q qa scaber,& asper est,purgãdis vasis cõuenit.(Instar).i.in statũ, & valorẽ aut ęquipolẽtiã, (Marmoris Mygdonis).i.Phrygij. (Multa coma).i.frõde quæ arborũ coma est. (Dos loci) .i.decus,& precium.(Quærũtur).i.querulam vocẽ edunt.(Dulce).i.dulciter,ac cum dulcedine,vt mirũ sit etiã querelas in auibus suaues esse, sicut lacrymæ in formoso vultu decore.

Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.
Ales Ityn,Sappho desertos cantat amores:
Hactenus: * vt media cetera nocte silent.
Est nitidus,vitreoq; magis per lucidus * amne,
Fons sacer:hunc multi numen habere putant.
Quem supra ramos * extendit aquatica lotos
* Vna nemus: tenero cespite terra viret.
Hic ego cum lassos posuissem flebilis artus:
* Constitit ante oculos Naias vna meos:
Constitit:& dixit, * quoniam non ignibus æquis
Vreris:Ambracia est terra petenda tibi.
Phœbus ab excelso,quantũ patet, aspicit æquor:
Actæuum populi, Leucadiumque vocant.

DOM. DAulias ales) Thucidides ij.histo.scribit.(Tereum imperium tinuisse in Phocide, vnde (vt ait) Philumela à multis poëtis Daulias cognominata est.Daulia autem appidum appellatum est à densitate arbustorum, nam δαυλὸν densum significat.Homerus nõ Dauliam, sed Daulida scribit.Strabo Thucididi assentitur sed eũ varia sensisse, putat. ait enim illum scribere rem gestam fuisse ad Megaram, In quo veniã dabit si Thucydidis verbis refelletus,is enim ita scrrbit in secũdo historiarũ, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ᾤκει τότε ὑπὸ Θρακῶν οἰκουμένης.Et in carmi. ad Liuia,Talis in vmbrosis mitis, nunc deniq; siluis Deflet Threicium Daulias ales Ityn.(Non vltra prius) Quòd potius non interfecerit Tereum maritum, quam Ityn filium.(Hactenus vt media).i.vsque ad mediam noctem,ldo nec omnia silent.(Numen) Genium, qui tam loci, quam homini Deus est.(Lotos) Arbor in Africa insignis, de qua Plinius multa. eius fructu. vescũtur Africæ populi Lotophagi inde nominati. obliuionem is cibus facit, inde discedendi, quod nonnullis socijs suis accidisse. Vlysses refert apud Homerum, eadem aptissima est tibijs, inde apud Propertium, Silium Italicum, Martialem, Loton pro tibia exposuimus. Lotos item (vt idem scribit) herba, quæ subnascitur deorum voluptati, eandem dixerunt fabam græcam. De sex locis, quæ in ædibus Crassi erant, vnde nobile illud iurgium cum Cn. Domitio refertur, diximus in commentarijs siluarum.(Aquaticam)Quæ gaudet a qua. alibi Ouidius, Annicolæque simul salices, & aquatica lotos.(Vna nemus:) id est sola Lotos facit nemus

* Et
* Annis
* Expendit,alys expãdit
* Vnda
* Ante oculos visa est Nais adesse meos. In alijs sic legitur. Formosus puer est visus adesse mihi.
* Quid nũc,vel quę nũc

nemus ramis ſuis.(Phœbus)Ad templum actiacum,quod in ſinu ambracio eſt, petra præru pta eſſe ferebatur,unde qui ſe demitterent in mare,amoris flãma leuarentur, id egit prima Sappho,ut ex Mænandri teſtimonio Strabo affirmat.nam Mænandor ita ſcribit,præruptam nacta in tranſitu petram Cupidinis œſtro percita è ſummo præceps ruit ex animi tui ſentẽtia rex imperioſe.Alij Cephalum Athenis profugum,Deionei filium tytenum Acarnaum captum amore Ptaolę Deionei filiæ,primum id egiſſe autumant,Ouidius Deucalioni id tribuit,mos certe patrius Leucadis manſit,ut in Apollinis ſacrificio fontem aliquem è ſpecula deijcerent,auertendæ numinis iræ gratia.ſed pennas addebant,multiſq; nauiculis cadentem conabantur excipere,ut ita ſeruatum,& incolumen extra patrios fines mitterent.(Phœbus)Ex templo ſuo.(Actæum)A littore: Actiacum à promontorio. leges plura de hoc apud Strabonem,& Plutarchum,Plinius ita ſcribit, Acarnenia ante Curetis, & in ora ipſa colonia Auguſti,actium cum,templo Apollinis nobili,ac ciuitate libera Nicopolitana. & paulo poſt,Leucadia ipſa peninſula quondam Neritus,huius ante meminerat Homerus ex perſona Laërtis,& affirmauerit Strabo.

SOLA) Ordo eſt.(Sola Daulias ales).i.auis,uidelicet Progne,ſecundum hunc locũ, exiſtens mater mœſtiſſima.(Non ultra prius uirum).i.quia non prius animaduertit in uirum,quam filium illi epulandum occiderit.(Concinit).ſ.querula:(Ityn).ſ.filium.(Iſmarium).i.Thracium(Ales Ityn)ſup.dicantat,ab inferiore zeugma.Eſt nitidus,uitroque magis per lucidus amnis)Per phantaſiam dicit ſibi ad fontem decumbenti apparuiſſe formoſum puerum,uidelicet Cupidinem,ſeu amorem cohortantem,ut ſe præcipitem daret de rupe in mare Ambracium,quod etiam feciſſe legitur amoris impatientia. Fingitur autem is locus eius naturæ,ut qui ſe illinc præcipitem dederit cura leuetur amorum, quod re uera hic contingit,qui ſibi necem concitant,quia mors ultima cura rerum eſt. ASC.

Hinc ſe Deucalion Pyrrhę ſuccenſus amore
Miſit:& illęſo corpore preſsit aquas.
*Nec mora:iuſſus amãs tetigit lætiſsima Pyrrhæ
Pectora:Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet: pete protinus altã
Leucada:nec ſaxo deſiluiſſe time.
Vt monuit:cum uoce abiit.ego territa ſurgo
Nec grauidę lacrymas continuere genæ.
Ibimus ò Nymphe:monſtrataque ſaxa petemus:
Sit procul inſano uictus amore timor.
Quidquid erit,melius quã nũc erit: aura ſubito:
Et mea non magnum corpora pondus habẽt.
Tu quoq; mollis amor pennas ſuppone cadẽti:
Ne ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde chelyn Phœbo, cõmunia munera, ponam:
Et ſub ea uerſus unus & alter erit.
Grata lyrã poſuit tibi Phœbe* poëtria Sappho:
Conuenit illa mihi:conuenit illa tibi.
Cur tamen Actiacas miſerã me mittis ad horas?
Cum profugum poſsis inde referre pedem.
Tu mihi Leucadia potes eſſe ſalubrior unda:
Et formæ meritis tu mihi Phœbus eris.

NEc mora) Et ſtatim. (Lætiſſima Pectora)Quę prius contemnebant amantem, id eſt uiciſſim Pyrrha cœpit amare Deucalionem iam uacuum flamma,unde ipſa torquebatur.(Abiit cum uoce)id eſt ſiluit,nec poſtea uſquam apparuit.(Timor) Deiiciẽdi ſede ſaxo.(Quidquid erit)Non uult ſibi ominari mortem, ſed tamen eam poſtponit præſenti calamitati.(Aura ſubito)Per auerſionem miſericordiam mouet, cum & abſentes appellant,& non reſponſuros.(Subito) Corpus tum demittetur. (Et mea non magnum) A poſſibili ſeu facili ſuadet, potero, inquit,ſuſtineri,nam corpus leue eſt & ſum parua. (Tu quoque mollis amor) Cupidinem inuocat, non tam numen propitium, quam ad hiſtoria alludens, de qua ante dictum eſt. nam Leucadii cum ſontem demittebant, adebant pennas, ne caſu periret.(Ne ſim crimẽ aquę Inuidia,& infamia. (Mortua) DOM.

* Nec mora, uerſus amor fugit lẽtiſſima merſi.

An potes ò ſcopulis, undaque ferocior illa,
Si moriar, titulum mortis habere meæ?
* Ah quanto melius iungi mea pectora tecum,
Quàm poterant ſaxis præcipitanda dari.
Hæc ſunt illa Phaon: quæ tu laudare ſolebas:
Viſaque ſunt toties ingenioſa tibi.
Nunc uellem facũda forem: dolor artib. obſtat:
Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis.
Non mihi reſpondent ueteres in carmina uires:
Plectra dolore iacent: muta dolore lyra eſt.
Lesbides æquoreæ, nupturaq; nuptaq; proles:
Lesbides Aeolia nomina dicta lyra:
Lesbides, infamem quę me feciſtis *amatæ:
Deſinite ad citharas turba uenire meas.
Abſtulit omne Phaon: quod uobis ante placebat:
Me miſeram, dixi * quem modo penè, meus.
Efficite ut redeat: uates quoque ueſtra redibit.
Ingenio uires ille dat, ille rapit.
*Ecquid ago precib.? pectusq; agreſte mouetur?
An riget? & Zephyri uerba caduca ferunt?
Qui mea uerba ferunt, uellem tua uela referrẽt.
Hoc te, ſi ſaperes, lente decedat opus.
Siue redis: puppique tuæ uotiua * paramus
Munera: quid laceras pectora noſtra mora?

*At
*amare
* quàm
* Ecqd ego hęc pcibus?
*parantur.

Si moriar. (Inde Chelyn Phœbo) Chelyn citharam dixerunt, qm̃ ἐκ χελώνης .i. teſtudine primum eam formauerit Mercurius, unde & teſtudo dr̃. hi autẽ duo uerſus dum parum intelliguntur erroris cauſam præbuerunt nonnullis legentibus Ouidii uerſum ad Macrum, ubi cum de Sabini epiſtola ſcriberet nomine Phaonis ad Sappho ita ait. Dat uotam Phœbo Lesbis amica lyram. i. Sappho accepit literas à Phaone eum non rediturum, propterea ſe deiecit ex Leucade, & amore liberata dedit lyram Apollini, quam ei nũcupauerat: his .ſ. duobus uerſibus. (Communia) Conuenientia mihi, & Phœbo. Poetica à græcis ποιητρία dr̃. ab Herodoto ita ſcribitur, ἐν μέλεϊ σάπφω πολλὰ κατεκερτόμησέ νιν. (Grata) Quòd tuo nomine ſeruata eſt incolumis, & amore liberata uates tua. (Lyram) Primus fecit Mercurius, ut ante diximus, quã tradidit Orpheo, ex teſtudine, ut Eratoſthenes ſcribit auctore Hygino. Ea relata eſt in cœlum mortuo Orpheo fauore Apollinis, quem plurimum apud inferos laudauerat & uoluntate Iouis, quid id conceſſit Calliope filiæ, matri Orphei. (Lesbides æquoreæ) Et hac appellatione miſerationem mouet, dum ſe ueteri uoluptate carere oſtendit, & iucundam olim conſuetudinem abdicat, auxit affectum compoſitione, uno uerbo ſępe repetitn, quod non modo ad lacrymas facit, ſed ad indignationem aliquando. (Aequoreæ) Inſulares. appellat aũt prius diſcipulas, quas olim erudiebat, in his tres claruerũt, ut ante diximus deinde eas, in quarũ amore infamia libidinis nõ caruit, de quibus Suidas πρὸς ἃς καὶ διαβολὴν ἔσχεν αἰσχρᾶς φιλίας. (Aeolia lyra). i. Lesbia, nã Lesbos inſula Aeolica eſt, immo Aeolicarum fermè urbium Metropolis, ut ſcribit Strabo, qui auctor eſt Aeolicã gentem magnã fuiſſe, & per totam ferme Græciam euagatam, & Dionyſius Aeolidam inſulam appellat Lesbon, unde & lingua Aeolica originem ſortita eſt. (Lesbides infamem) Nunc concubinas ſuas appellat Teleſippam, Megaram, & Atthiden. ita lege hunc uerſum: Me miſeram dixi, quam modo penè meus, ut coniungas, quam penè dixi meus Phaon, & nõ quem. (Pectus ne agreſte?) Pectus frequenter pro animo apud poetas, caput pro uita, caput autem aperiri aſpectu magiſtratum, non uenerationis cauſa iuſſerunt antiqui, ſed, ut Varro auctor eſt, ualetudinis, quo firmius conſuetudine ea fieret. Plinius idem repetit. quod autem cauſa ualetudinis fuit inſtitutum, ad uenerationẽ traduximus. Plutarchus uero in quæſtionibus ad hiſtoriam hoc refert. Nam quęrit. διὰ τί τοὺς θεοὺς προσκυνοῦντες ἐπικαλύπτονται τὴν κεφαλήν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις ἀξίοις τιμῆς ἀπαντῶντες κἂν τύχωσιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες τοιμάτιον, ἀποκαλύπτονται, cur qñ uero ĩcidũt in homines ueneratione dignos, ſi etiam forte opertum habuerunt, capnt aperiunt? deniqus ait inſtitutum, ut ita Deos uene

remur,

remur, vt oſtendit Seruius in 3. Aeneidos de Aenea, qui inter ſacra caput operuit ne Diomedem hoſtem videret, quando autem hoc Deorum ſit, homines contra aperto capite venerantur ne eodem cum dijs honore cenſeri videantur. Caſtor addit, neſcio quid Pythagoricum, quod illic, leges quando voles. (Si ſaperes) ſi humanitatem, & rectum officium retineres, me noſſes delicias tuas. (Siue redis).i.ſi cogitas de reditu. (Votiua munera) ſoteria. (Ratem) Vt ex parte totum intelligamus, vel ex ſpecie genus, vel ex præcedentibus ſequentia, liberius eſſe poëtis, quam oratoribus, nam oratores mucronem quidem dicunt pro gladio, & tectum pro domo, non tamen puppim pro naui, vel abietem pro tabellis, nec ferrum pro ſpiculo, nec quadrupedem pro equo.

IBIMVS ò nymphæ) Nam ad fontem dormiens id dixit, vbi nymphæ ſemper eſſe putantur. Et ſi dicatur dubius eſſe euentus rei, cum & necari vero ſimilius, quàm leuari curis, ſit reſpondet. (Quidquid erit, melius, quàm nunc erit) Quia etiam mori melius erit, quam in tali cura viuere. ſed ex Homero Virg. 6. Aen. de ijs, qui ſeſe interemerunt, dicit cum admiratione, Quam vellent æthere in alto Nunc & pauperim, & duros perferre labores. Fata obſtāt &c. (Hæc ſunt illa Phaon). ſ. pectora. (Subſtitit).i. repreſſum eſt alludit ad venam eloquij, quæ fluere ſolet, ſed malis repreſſa eſt, vt ſubſtet. (Veteres in carmina).i. ad carmina cōficiēda priores, ac ſolitæ vires. (Lesbides).i. mulieres ex Lesbo, appoſitorie. (Nomina dicta) Læta, & Laudata. vt, Prima dicte mihi ſumma dicende camœna &c. (Me miſerā) Minor eſt excandeſcentia, quā ſi dicat ò me miſeram. Ordo tamen eſt. (O me miſeram) Aut miſeram.i. miſerandam me cenſeo. (Quam).i. quātum putas. (Pene).i. quaſi. (Dixi meus) .ſ. Phaon abſtulit. (Efficite vt redeat).ſ. Phaon. (Equid ego) ſup. precor, vt ſit. (Quid).i. ad quid? ego hæc precor. (Hoc opus).ſ. redire. (Lente).i. pigre, & tarde ad reditum. ASC.

Solue ratē: Venus orta mari, mare præſtat aman-
(ti:
Aura dabit curſum: tu modo ſolue ratē.
Ipſe gubernabit reſidens in puppe Cupido:
Ipſe dabit tenera vela, legetque manu.
Siue iuuat longe fugiſſe Pelaſgida Sappho:
(Non tamen inuenies, cur ego digna fuga.)
*O ſaltem miſeræ crudelis epiſtola dicat:
Vt mihi Leucadiæ fata petantur aquæ.

VEnus orta mari) Ita Hero, Quod timeas nō eſt, auſo, Venus ipſa fauebit: Sternet & æquoreas æquore nata vias. Ex Ioue venus creata eſt, & gratie Lucina, Diana, eiuſq. tutelæ data eſt matura virginū ætas, multa in nuptiarum ritu à locis, quæ tenuit Erycina, Paphia, Syria, Cytherea dicta, ex maris ſpuma nata dicitur. notiſſima fabula. ſed cum quatuor Veneres tradiderit antiquitas, hæc eſt ſecunda, quā exeūtem mari ἀναδυομένην appellatam inſigni laude pinxit Appelles, quā tabellam Auguſtus in delubro patris Cæſaris dicauit. (Pelaſgida) Nam pelagi (vt Ephori, Heſiodi Homeriq; teſtimonio docet Strabo) Per vniuerſam ferme Græciā vagi, & errabundi rem militarem exercuerunt, locis, in quibus fuerunt, nonnullis dederunt nomina. Nam Peloponneſus Pelaſgica ab his dicta eſt. Argos item Pelaſgicum, & Lesbos Pelaſgica. Plinius tamen cuius verba ante recitauimus: Pelaſgiā ſcribit, ijdem ab Athenienſibus appellati ſunt πελαργοὶ immutata litera.i. ciconiæ, ob aſſiduos errores, ijdem aliquando fuerunt in Italia, quod Strabo refert, & affirmat Dionyſius Alicarnaſeus. Genus aūt duxerūt ex Archadia ex Pelaſgo filio Iouis, & Niobes. (Iuuat) ſeu tibi conſiliū eſt. (Fugiſſe pelaſgida Sappho).i. Sappho Lesbiā. (Nō tñ inuenies) Hic totus verſus per interpoſitionem legendus eſt, atq; ita coniungendum ſi iuuat fugiſſe Sappho, O ſaltem crudelis epiſtola dicat. (Fata) Miſerabiliter ſaltū Leucadium iam, fatū, & mortem ſuā appellat, & ſi Straboni credimus, inde ſe deiecit, quod & Ouidius innuit eo verſu, quē paulo ante recitauimus, Dat votam Phœbo Lesbis amica lyrā. Claruit aūt cū Alcæo Olympiade ante Tarquinij Priſci arcum ædificatum, vt Euſebij recēſent tēpora. Vale. ASC. *Hoc

FVGISSE Pelaſgida Sappho, qui neſciūt græca in o hñe accuſatiuū in on legūt Sappho, ſed & Sapphon, & Didon in accuſatiuis legimus. (Siue iuuat) Ordo longus eſt, ſiue redis &c.) Quid laceres &c.).i. cur non cito redit, ſi rediturus es. Siue iuuat fugiſſe Sappho Pelaſgida, DOM.

lasgida).i.græcam mulierem.(Longe).i.siue nunquam rediturus abijsti.(O) Optantis est .i.vtinam.(Epistola).s.tua,qua meis literis respondebis. (Dicat saltem miseræ).s.mihi,vt, Saxa aquæ.(Leucadiæ).i.pcipitia maris Leucadici. (Putatur mihi) Vt.s.sic finiã aut amores,aut cum amoribus vitam. Et ita oratoriæ summum, & grauissimum pondus votorum in fine ponit, vt ipsum memorem commiserari faciat. Hæc sunt quæ epistolas Ouidianas quanta potui breuiate, & commoditate annotaui.

GEORGII MERVLAE IN EPISTOLAM SAPPHVS CONTRA DOMITIVM ANNOTATIONES.



VID igitur petulans,& nimiæ licētiæ literator primũ damnat? Nempe quod Franciscum Philelphũ in Sapphus vita declaranda ceu græca ignorem,secutus fuerim,sed quod mihi vitio obijcit, id laudi maxime duco,neque enim gloria sua defraudandi sunt præceptores nostri, quoties vera docēt. Sed minime miror, si omnium ingratissimum eius me accusat,in quo se plerunque iactare solet. Quid?quod planè hic ignorat,quorsum Francisci Philelphi testimonium spectet.illud etiam deprehendisse se dicit, quòd filiam non filium ex Cercola Sappho genuerit,& me vero pro filia filium scripsisse,quasi non hoc sit frequēs impressorum vitium, quo modo præposteras & inuersas, modo alias pro aliis literas collocent. Quam hominum indulgentiam,ne dixerim inscitiam,vix diligens præfectorum,& corrigentium cura emendare potest. Vnum tamen est,quod velut ignotum,atque abstrusum, cognouisse atque eruisse dictitat tu per his versibus.(Nec mihi Pierides subeunt,Dryadesq; puellæ,Nec me Tespiadum, cetera turba iuuat.)Hoc est triplicem causam dicendi, cum aut furore poëtico ageretur, aut cum relaxans animum in siluis sine curis vagaretur inter Dryades, & Hamadryadas,aut cum pueris,quos amabat, blandiretur,qui sibi Tespiadum & musarum instar erāt: Nunc,inquit,nec Pierides,idest est furor poëticus,nec Dryades.i.relatio animi,in siluis inter Dryades prouocant me ad carmen, nec cetera turba Tespiadum, nec amicæ quæ tertia & reliqua carmina causa erant,me delectant, Næ literator egregie de penitissimis (vt aiũt) musarum antris hunc sensum eduxisti.dic quæso,an non plena sunt huiusmodi dearum appellationibus carmina? ex quibus in tales allegorias quidquam transferre, vt ab Eustathio traditum est, parum conueniēs sensit Aristarchus,quam nimiam grammaticorum diligentiam,vtpote odiosam,Seneca & Quintilianus in Didymo damnauerunt.porto quàm contētiose & insule oppugnas super hos versus interpretationem nostram?(Et varijs albæ iunguntur sæpe colũbæ:Et niger à viridi turtur amatur aue.)Nam cum vim huius cōparationis ex præceptis Varronis excusserim,hoc est per varias aues genus illud agreste columbarum accipi,quod fere est albo vario,niteris per absurde nimis,atq; illepide probare per varias aues pauonem intelligi,parum cõsiderans,si de colũba & pauone intelligeretur, à puella insipidam,& parum efficacem comparationem fore quippe quæ nec superiora,nec rem ipsam,de qua agitur,respiceret.illud sanè duplex illa comparatio,breuiter docet dispares formas,& disparia auium genera vi amoris plerunq; copulari,nec deformitatē, aut impar genus amantes à seipsis auertere.Quid enim vult exemplum Persei & Andromedes, aut colũbarum diuersitas,nisi formam in multis,haud magni momenti esse? immo Hercule contra mulierem staret sua comparatio,si formosæ aues quales albæ colũbę, & pauones habentur, iungi hac in parte traderentur,ꝙ vero ais amicos esse inter se pauones,& columbas,vt naturales scribunt,ad præsens negocium non pertinet,absurde nimirum omnia exponis,quemadmodum & illud. (Non agitur vento nostra carina suo) Vt sub interrogatione hæc dicat puella,quæ discessu Phaonis,& amissa omni spe potiundi,quem amabat,in mare se præcipitare statuat. Cauillatur,& illud.(Si,nisi quæ facie poterit te digna videri, Nulla futura tua est:nulla futura tua est.)Sic exponens,si nullam es amaturus,nisi quæ dignitate formæ tuæ conueniant nullam amabis,q.d.nulla est tam formosa,quam tu.Nos cōtra ad delitias amatoris omnia referenda dicimus, qui non contentus quotidiana forma, per quam formosam


optet,

optet, in quo maius uis doloris puellæ ostenditur, quod is impossibilia appetat, qui ea spernit. Verior itaque est hæc sententia testimonio Ouidio confirmata. Forma Dei munus, forma quota quæque superbit, quasi dicat, raram uel nullam es amaturus. Hic ego aliquid subiungam ex occultis græcorum cōmentarijs sumptum, conduplicationem istam nō tam ad emphasim esse factam ab Ouidio, quam ut geminando eadem uerba characterem Sapphus demonstraret, quæ (ut Demetrius Phalareus auctor est) gratiam suis carminib. ἐκ τοὺς ἀναδιπλώσεως quæsiuit. Nam ubi περὶ χάριτος λόγου præcepta tradit, de charactere Sapphus hęc scribit. Sermonis gratiæ, quæ per figuras fiunt manifeste, & plurimæ sunt apud Sappho quemadmodū anadiplosis, ubi nympha ad Partheniam ait. παρθενία παρθενία ποῖ μέλιπους' οἴχῃ. Quæ respondet ad eam per eandem figuram οὐκέτι ἥξω πρὸς σέ οὐκέτι ἥξω: Maior. n. gratia apparet, quam si semel esset dictum, & sine figura. sed eum uir improbus uos insectetur, nostraque iniquo animo perlegat: non tam reddendæ sunt homini uices, ut eum suę petulantiæ pœniteat, quam bonis ac studiosis iuuenibus consulendum, qui plusquam conuegias, interpretationibus Domitij fidei adhibentes in grauissimos errores incidunt.


IN IBIN ARGVMENTVM ZAROTI.



SCRIPSIT *Ouidius in Ponto in Ibidem inuectiuam: cuius opusculi argumentū perperam nonnulli interpretantur, cum Ouidium Callimachum poëtam imitatum dicant, qui in Apollonium Rhodium discipulum inuectus est, quem Ibidem appellat, ut ipsum Alexandrinum indicaret: nam Ibis Aegyptia auis est? quam sane hoc deridendum sit: quis tam indoctus est, omnisq; ueri iudicij expers, qui non intelligat. Dū argutuli quidam nouarum rerum quæ nusquam sunt indignatores noua cudere posteritate uolunt, in ueterrima nimis: & à ueritate alienissima dilabuntur. Dicant nobis hi nouatores, quod dedecus, quæ nam infamia Apollonio fuisset: ut Alexandrinus Callimachō diceretur? non ne ex Aegypto illustres habentur uiri doctrinis eruditi uarijs: ac excellentes? quæ etiā Apollonio uera indicatiuo sub Ibidis nomine fuisset, cum non tantum in Aegypto huiusmodi auium genus (teste Plin.) reperiatur? Si igitur Apollonio Callimachus Ibidis nomen indidisset, ut eum tantum indicaret: non dubio, sed notiori uocabulo appellasset. Quæ nam ergo relicta nobis ratio est: cur Ibidem Apollonium Callimachus appellauerit? hæc nempe, & est sententia Vallæ præceptoris mei omnium doctissimi. Plin. lib. 8. suæ naturalis historiæ de Ibidæ hoc scribit. Volucris in Aegypto quæ uocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera salubre maxime est. Cum igitur tanta sit huius spurcitas: ut proprio ore uentum purget, quod est fœdissimum, si rem, non naturam spectes, hunc & omni pudore carentem, atque elegantia primum, quamuis se posteæ probabilem reddiderit, & ingratissimum discipulum Callimachus ostendit. Ibidem appellauit, nam & in sermones incompetissimum Apollonium fuisse, & eius bis à Criticis repudiatū opus memorant, inde correptum acceptum, ut Quint. tradidit, ad cuius Ouid. imitationem inimicum quoque suum in hoc opere Ibidem uocitauit: utq; etiam hominem nullius decoris, & commoditatis significaret. Huius autem maledicentiæ causas has fuisse ipsemet aperit. Sollicitabat uxorem poëtæ: dum in Ponto exulabat, quidam, qui, dum fortuna Ouid. fuit, ab ipso inter amicorum numerum censebatur haud postremus fracta autem fortuna fidem uiolare non puduit, linguæ uenena insusurrans Augusto, ut diutius in exilium ipsum remoraretur. quare lacessitus has deprecationes, douotionesq; in ipsum perfidum Ibidem composuit, quis uero hic fuerit Ibis, à nobis deprehendi non potest, cum ipse nusquam aperiat. Opus uidebis elegiaco metro paucis carminibus absolutum: sed sua cum fabularum, tum historiarum obscuritate quam longissimum: ad cuius iam expositionem deuenio.*

ZAR. Empus ad hoc lustris) In hoc principio Oui. auditorem attētum facit, docilē, & beneuolum ꝙ ob omnibus doctis obseruari solet, ut inde libentius opus legatur, idq; maximæ ab Ouid. nō fuit prætermittendum in carmine maledico, à quo omnes genere carminis solent abhorrere, & ostendit nunquam antea in quenquā alium se inuectum, ut patebit. (Tempus) A temperato tenore solis, & Lunæ tēpus Varro dici uoluit, esseque interuallum mundi, & motus. (Bis quinque lustris) quinquaginta annis tot cum hoc composuit opusculum natus erat annos Lustrum quinquennium aluendo .i. soluēdo dictum ut Varro asserit, ꝙ quinto quoque anno uectigalia, ultro tributa per cēsores persoluebantur. Liuius autem de Seruio Tullio loquens, ait Ibi instructum ex exercitum omnem sue, oue, tauris lustrauit, idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Græci huiusmodi annorum spatium ὀλυμπιάδας appellāt. (Carmen inerme) Non maledicum, metaphorice dictum. (Sāguinolenta) Maledica. (Nisi me) Nam missus sum in exilium libris de arte amandi editis. (Vnus) Ibis. (Mei candoris) Meę gratiæ, & beneuolentiæ erga omnes. (Inassuetas) Inhabiles carmini maledico. (Relegatum) Præscriptis finibus in exilium missum.

* Vtrūque uel utiūq;



OVIDIVS IN IBIN.



Empvs ad hoc, lustris mihi iam bis quinque peractis
Omne fuit musæ carmen inerme meæ.
Nullaque, quæ posſit, scriptis tot millibus extat,
Littera Nasonis sanguinolenta legi.
Nec quenquam nostri, nisi me, læsere libelli,
Artificis periit cum caput arte sua.
Vnus (& hoc ipsum est iniuria magna) perennē?
Candoris titulum non sinit esse mei.
Quisquis is est (nā nomē adhuc * utcūq; tacebo)
Cogit inassuctas sumere tela manus.
Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus
Non sinit exilio delituisse meo.

IODOCI BADII ASCENSII OPVSCVLI OVIDIANI IN IBIN FAMILIARISIMA EXPLANATIO.

Empus &c.) Opus inscribitur Ouidii in Ibin .i. carmen imprecatorium, atque maledicū in quēdā aduersarium ita merito criminandū, quemadmodū Callimachus criminatus est Apollonium, quem Ibin uocauit, quasi auē externā, cū se Rhodisi mentiretur, quēadmodū is, quem Ouid. criminatur, se Romanum mentiebatur. Non tamen eum nominat, aut quia famosos libellos edere lege uetitū erat proprio presertim nomine expresso, aut quia se

se inuite maledicere ostendat,& summopere prouocatum uix regere conuitia,aut pares referre uices .Intentio autem est animo suo morté gerere,quia dulcis est nonnullis uindicta, quæ maledicendo fit,sed ea & turpis & scelesta Christiano fu_ienda est. Aut ut minãdo,& imprecando aduersarium à maledicendo,& prouocando ulterius reuocet.nisi.n. interdum stultis,& maledicis resistatur,nullus esset in eis maledicendi modus.Vnde monet comicus aduersarios suos cessent maledicere,malefacta ne noscant sua. Et hæc quidem intentio,& modus obseruetur honestior,& Christiano dignior sit.Et licet Ouid. Christianus nõ fuit eadem tamen uirtus illi cognita fuit,unde conatur se candidum.i.sine liuore astruere.Qualitas carminis est elegiaca,ea.n.præcipue uoluit , & ideo plurimum usus est, secũdũ tamen materię exigẽtiam iambica esse debuit.Liber unus est,necis sanè magnus,sed sane q̃ difficilis,quia omnium quos infortunatos nouit,in aduersariũ suũ mala imprecatur nisi desistat ab incepto,& ita eorundem inquisitio difficultatem affert. In qua re , quia diligentissimus fuit Calderinus , satis erit ordinem cum familiari explanatione præter eum contexuisse. Nam poëtæ uitam ante epistolarum explanationem , & exilij causam ante hoc opus uidimus.Ordo igitur est.(Omne carmen meæ Musæ).i.uenæ,aut inuentionis meæ.Fuit inerme).i.sine maledictione, imprecatione aut inuidiæ telo. (Vsque ad hos tempus) Et hoc. (Bis quinque).i.decem.(Lustris).i.quinquennalibus temporibus,hoc est quinquaginta uitæ meæ annis iam peractis.(Et nulla littera).i.ne minima quidem particula . (Nasonis).i. meã,aut operis mei,qui Naso uocor,extat sup.(Tot millibꝰ scriptis) .i. licet tot millia scripserim nam si intelligatur in,ut sit in tot millibus,diceret scriptorum. (Quæ) .s.littera, hoc est particula.(Possit legi sanguinolenta).i.sanguinis appetens,aut hostilis,siue maledica.perstat in Metaphora,quia dixerat inerme. (Nec nostri libelli læsere quenquam , nisi me).s.unum,qui in exilium missus sum ob lib. de Arte Am. Bene autem dicit nostri libelli pluraliter,quia licet modestiæ gratia de un[illegible] pluraliter in prima persona loqui , & tamen singulariter addit me,quia se solũ uult significari læsum.Vnde licet potuisset, noluit tamẽ dicere,nisi,nos.(Cum).i.quando.(Caput artificis).i.meum.(Periit) .i.exilio damnatum fuit.(Arte sua).i.propter artem suam,& à se inuentam.(Vnus) .s. aduersarius maledicus, & inuidus.(Et hoc ipsum).s.quòd ille unus id satit,quia non iure, sed iniuria.(Est iniuria magna Non sinit).i.non patitor. (Titulum candoris mei) .i. puritatis meę ab omni inuidia.(Esse perennem).i.perpetuum usque ad finem uitę. (Quisquis) .i.quicunque est. (Nã nomen utrunque).i.tam proprium,q̃ cognomen eius latebit. (Adhuc).i. donec uidero,an respicere uelit.(Is cogit manus inassuetas).i.nullo modo assuetas. (Sumere tela).i.scriberẽ carmina maledica,metaph.ab hostili bello.(Ille relegatum) Docet causam querelæ suę in aduersarium esse iustissimam,cum ille miserum,& exulem indignis iniurijs persequatur, quem merito protegat,& defendat. Vnde ordo est.(Ille).s. aduersarius,qui me cogit tela sumere.(Non sinit)sup.me.(Relegatum).i.missum in exilium.(Ad ortus gelidos Aquilonis).i.ad Pontum iuxta Getas ad frigidam Zonam.(Delituisse).i.perfecte,&quasi incognitum ad finem usque latuisse,supple in exilio meo.

Vulneraque immitis requiem quærentia uexat,
  Iactat & in toto uerba canina foro.
Perpetuoq́ue mihi sociatam fœdere lecti
  Non patitur miser funera flere uiri:
Cumq; ego quassa meæ cõplectar mẽbra carine,
  Naufragii tabulas pugant habere mei.
Et qui debuerat subitas extinguere flammas,
  Hic prædam medio raptor ab igne petit.
Nititur,ut profugæ desint alimenta senectæ.
  Heu quanto est nostris dignior ille malis.

VExat) Distrahit, molestia afficit, à uehendo uexare uerbum deducitur . isque dicitur uexari, qui ui , atque motu ultro citroque uehitur, & est plusquam uehi , sicuti quassari plusquam qua.i. taxari plusquã tangi, & mille alia , auctor Gel. (Iactat)Immoderate,profuseq; obloquitur. (Verba canina) Quare uerba canina, ipse paulo post ostendit , sumptum etiã uideri potest à rabidis canibus; ZAR.

quorum

Dii melius,quorum lõge mihi maximus ille est,
Qui nostras inopes noluit esse uias.
Huic igitur meritas gratas,utcunque licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.
Audiet hęc Pontus, faciet quoque forsitant idẽ
Terra sit ut potior testificanda mihi.
At tibi,calcasti qui me uiolente iacentem,
Quàm licet,& misero debitus hostis ero.
Desinet esse prius contrarius ignibus humor,
Iunctaque cum Luna lumina Solis erunt:
Parsq; eadem cęli Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus gelido flabit ah axe Notus:
Et noua fraterno ueniet concordia fumo,

quorũ rabies Sirio ardẽte (teste Pli.)homini mortifera est. (Foro)Forũ, ut tradit Fest. sex modis intelligitur, pro loco negociationis hic accipe.(Sociatam) Vxorẽ dicit, quam ad extremũ usque diem approbauit,suorum que fecit consiliorũ participem. notissima differentia inter socium,comitem,& sodalem,à quibus ẽt uerba habentur. (Perpetuo fœdere) Ad differentiam illarum uxorũ, quas repudiauit, utque etiam amorem suum indicaret, ut inde iustior ira uideat. Fędus appellatũ ab eo, ꝙ in pacicendo fœdata hostia necaretur. Virg. Et cæsa iungebant fœdera porca, uel qa in fœdere interponat fides,ut ait Fest. (Non patitur)Nõ sinit sua molestia & iniuria.(Elere)Lamẽtari,& est proprie lacrymis.(Funera uiui uiri)Calamitatẽ,& me uiuũ ꝑ inde,ac mortuũ funere prosequi.Funus,inquit Don.est põpa exequiarũ à funalibus, etenim noctu efferebantur ꝑꝑ sacrorum celebrationem,diurnam.Legitur & Miseri,& notum est.(Cumque ego quassa)sumptum ab ijt,qui naufragium faciunt. (Tabulas) Translatio sumpta à naufragium facientibus,qui procumbẽtes tabulæ nauis è tempestatibus conãtur euadere.Subitas extinguere flãmas)Mihi opitulari,sicut solent incendijs homines extinguẽdo ignẽ auxilium præstare. (Hic p̃dã) Præda hostibus capta, quod manu parta,ut ait Var. (Profugæ) Profugus,inquit Seru.proprie dr̃, qui procul à suis sedibus uagatur,quasi porrò fugatus,multi tñ ita diffiniunt,ut profugos esse dicant eos, qui exclusi necessitate de suis sedibus adhuc uagãtur, & simul ac inuenerint sedes, non dicant profugi,sed utrunque falsum est.nam & profugus lectus est,qui sedes locauit ut in Lucano.Profugiq; à gente uetusta Gallorũ Celte miscentes nomẽ Iberis,& exules,qui adhuc uagantur,ut in Salu. Qui nullo certo exilio uagabantur,adeo exilium est ipsa uagatio. (Senectæ) senecta est senilis ætas.(Dij melius).s.agunt.(Ille)Germanicus,cui & Festorũ libros ĩscripsit.(Inopes uias) Viaticũ enim dedit.(Agã meritas gratas)solent poëtæ ita uti, cum oratores gratias dicãt. differũt inter se habere gratiã,referte,& agere.agere uerbis proprie est qui autẽ habet apud se gratiã nondum retulit qui retulit destitit hr̃e.Don.est auctor.(Audiet hæc Pontus) Põtus mare antea,ut scribit Plin. ab inhospitali feritate Axenos apellatus est, & Pontus non à πουτίζο,sed potius uerbum à nomine factum prius enim fuit Pontus, quã quisq̃ in eo mergeretur,sed potius quasi μνένμκτον.i.flatibus,& procellis plenus.(Itẽ) Germanicus.(Testificanda)Numeranda inter cetera beneficia.(Calcasti)Insultasti.(Quàm licet)Quacũque parte licuerit.(Hostis)Apud antiquos peregrinus hostis dicebatur,& qui nunc hostis,perduellio,auctore Fest.& Macr.unde Plaut.in Curc.Siue stans cum hostie intercedit dies,dixit.(Desinet esse prius)Adeo iniuria affectus est poëta,ut unquam se amicum Ibidi futurũ dicat,idque per similitudinem à rebus contrarijs ostendit,quę minime conuenire possunt, humor.n.utpote frigidus, & humidus arido igni aduersatur,quia contrarius,ita & Solis tẽdus cum Lunæ.Soles autem plures fuisse.Cic.in lib.de Nat.Deor.ostendit,ait.n. Cumque tu solem quia solus esset,apellatum esse dicas: Soles ipsi q̃ multi à theologia proferuntur, unus ex Ioue natus,nepos Aethetis,alter Hyperione,tertius Vulcano Nili filio,cuius urbẽ Aegypti uolunt esse eam,quæ Heliopolis apellatur.Quartus is,quem herodicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur auum Ialysi,Camiri, & Lindi Quintus, qui Colchis fertur Aetam,& Circem procreasse, Luna dicitur, ꝙ sola lucet noctu,si Var. credimus, unde Catul.Dictaq;,à lumine Luna.(Parsque eadem cœli) Zephyrus & Eurus uenti inuicem si

bi contrarij,vt oſtendimus.(Axe)Axis, inquit Feſ.quem Gręci ἄξονα dicũt,plures habet ſi
gnificationes.nam & pars cœli Septentrionalis,& ſtipes teres circa quem currus rota verti
tur eſt,& tabula ſectilis.(Et noua fraterno)Laius Thebarum rex ex Iocaſta Oedipodem fi
lium habuit,qui ex matre ſuſtulit filios,Etheoclem,Polynicemq; virilis ſexus,fœminas ve
ro Antigonem,& Iſmenem.ſed poſtquã reſciuit Oedipus cum matre ſe cõcubuiſſe, ſibi ocu
los eruit,relictis in regno Etheocle,& Polynice filijs,qui inter ſe pacti ſunt,vt ſingulos ſibi
cedẽdo annos alternis regnarẽt.ſorte prior Etheocles regnat,qui pacto exacto tẽpore fratri
cedere noluit,indignatus aũt Polynices tãta affectus iniuria à fratre, Thebas cum exercitu
vnã cũ 7.regib.venit,quo in bello mutuis Etheocles, & Polynices cecidere vulnerib.quorũ
corpora in pyrã cõiecta de more ſunt,cuius fumus in partes ſciſſus eſt,vt etiã & ipſorũ mor
tuorũ oſtenderet odium.plures huius rei meminerunt auctores,& in primis in Theb.Stat.

ET ipſe immitis).i.immanis,& crudelis.(Vexat).i.moleſtat.(Vulnera q̃rẽtia requiẽ)
.i.mala refricat, hoc eſt innouat, quæ neglecta requieſcere, hoc eſt requiem ſumere velint.
(Et iactat verba canina).i.detractoria, & irritatiua, ac maledica more canum.(Toto foro)
.i.vbi eſt plenus conuentus hominum. (Et non patitur ſociatam mihi perpetuo fœdere le-
cti).i.legitimam coniugem meam.(Flere funera).i.exilia funeri comparãda.(Viri miſeri)
Quia vexando eam cogit eam aliud cogitare,& agere.ſ.de aduerſario conqueri.(Cumq́ue)
.i.& cum.(Ego complectar mẽbra meæ carinæ quaſſa).i.concuſſa,& fracta, hoc eſt reliquias
naufragij,& infortunij mei.(Ille pugnat).i.cum pugna contendit.(Habere tabulas).i.vlti
mas opes.ſicut,dum nudi in tabula enatamus,nihil præter tabulam habemus. tabulas ergo
mei naufragij.i.vltimas opes mihi relictas. (Et qui debuerat extinguere flãmas ſubitas).i.
incendia ſubito orta.i.amouere mala mihi ſubito veniẽtia,hic exiſtens.(Raptor).i.violen
tus alieni boni inuaſor. (Petit prædam ab igne medio).i.è maximo infortunio meo emolu
mentum capit. Nititur .n. vt alimenta deſint.(Senectæ profugę).i.profugatæ.(Heu quãto
dignior)Sup.ſit ipſe.(Noſtris malis)ſup.q̃ nos,q.d.multo.(Dij melius)ſupp.mecum agũt,
quam ipſe.(Quorum).ſ.deorũ,hoc eſt diuorum.(Ille).ſ.notiſſimus in terris, videlicet D.
Auguſtus,q viuus pro Deo habitus eſt,vnde Horat. Præſenti tibi maturos largimur hono
res.(Eſt mihi longe maximus).i.præcipuus.(Qui noluit noſtras vias eſſe inops).i.noluit
exulem ſpoliare,etiam opibus ſuis.(Igitur ego agam ſemper huic).ſ.Deo.(Grates).i.grãs.
(Meritas).ſ.quas meruit.(Quaſcunq; licebit).i.licitum erit,aut dabitur mihi agere.(Pro-
tam manſueto pectore)Quo in me vſus eſt,cum etiã bona omnia potuiſſet abſtuliſſe.(Pon
tus).i.regio in qua mihi exilium eſt,vbi Barbari & ſæui habitãt homines.(Audiet hæc).i.
has gratiarum actiones meas,& hęc merita Auguſti in me.&(Idem).ſ.Põtus.(ſecũdũ quoſ
dã)faciat quoq;.i.etiam vt potior terra.(Teſtificanda).i.in teſtimoniũ gratitudinis citan
da.(Mihi).i.videns me gratum Auguſto,merebitur de me,& me ſibi obnoxiũ faciet. Vnde
per contrarium ſubdit.(At tibi &c.)Calder.aliter intelligit.ſ.(Idem).ſ.Auguſtus.(Faciat
quoq; vt terra ſit potior teſtificãda mihi).i.vt in exilio de Cęſaris triumpho ſcribam.(At
tibi calcaſti &c.)Incipit imprecari in aduerſariũ à ſimili ferè dicendi figura,vt Virg.in Di
ris vtẽs. Ordo eſt.(At).i.ſed.(O violẽte).i.iniuſte oppreſſor.(Qui calcaſti).i.ſuppeditaſti
(Me iacentem).i.proſtratum.(Heu)Dolẽtis eſt interiectio eius videlicet, qui inuitus cogi
tur ad vltionem,aut exprobrantis,ſicut illud Heu ſtirpem inuiſam,heu igitur.(Ego ero ho
ſtis debitus).i.vti debeo.(Q̃d).i.quæ res.(Licet).i.permittitur.(Miſero).ſ.mihi miſeratio
ne digno.Nam miſeros ferè bonos dicimus.(Deſinet eſſe prius)Sic in Diris Maro. contra-
rię naturę prius fore precatur.(Quam deſit,inquit,noſtris deuotũ carmẽ auenis)Ordo eſt
(Humor).ſ.aqueus deſinet prius contrarius eſſe ignibus. (Et lumina Solis erũt mixta cum
Luna).i.in coniunctione videbitur Luna luminoſa nobis, aut erũt in eadem ſphęra.(Et ea
dem pars cœli immitet Zephyros & Euros)Zephyros,q flant ab Occidente,dñr Latine Fa-
uonij, & Euros, qui flant ab Oriente. (Et Notus).i.ventus Meridionalis. (Tepidus) Qui
tranſit torridam Zonam.(Flabit ab axe gelido).ſ.Septentrionali, vbi eſt altera frigidarum
Zonarum,& perpetuum ferè gelu.(Et noua concordia veniet fumo fraterno).i.quando fra-
tres.ſ.Etheocles & Polynices cõcremabuntur,qui cum eſſent in vita inter ſe ſęuiſſimi,dum
rogo imponerentur,diuiſus eſt rogus,quaſi cadauera adhuc inimicitias agerẽt,vnde addit,

Quam vetus accensa separat in pyra:
Et Ver Autumno, Brumæ miscebitur Aestas,
Atque eadem regio vesper: & ortus erit:
Quàm mihi sit tecum positis, quæ sumpsimus ar(mis
Gratia, commissis improbe rupta tuis.
Quàm dolor hic vnq̃ spacio euanescere possit,
Leniat aut odium tempus, & hora meum
Pax erit hæc nobis (donec mihi vita manebit)
Cum pecore infimo quæ solet esse lupis.
Prima quidem cœpto comittam prœlia versu,
Non soleant quamuis hoc pede bella geri.
Vtque petit primo planum flauentis arenæ
Nondum calafacti velitis hasta solum:
Sic ego te ferro nondum iaculabor acuto,
Protinus inuisum nec petet hasta caput.
Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello,
Teque breui, qui sis, dissmulare sinam.

ZAR. PYra:) Pyra est lignorum congeries. Virg. 11. Aen. Constituete pyrã, & ἀπὸ τοῦ πυρὸς .i. ab igni venit, teste Seru. (Et Ver) Ver, quòd tunc virere incipiunt virgulta ac vertere se tempus anni, nisi ꝙ foues dicunt id tempus Ver. Varr. auctor. (Autumno) Autumnum quidam dictum existimant ꝙ tunc maxime augeantur hominum opes coactus agrorum fructibus vt auctor est Fest. (Brumæ) Dicta bruma, ꝙ tũc breuissimꝰ est dies. Var. Auct. (Aestas) Ab ęstu ęstar, hinc ęstiuus, nisi forte à Græco αἴθεσθαι auctore Varr. (Armis) Imprecationibus trãslatio à militib. qui armis inimicos petunt, arma ab armis, .i. humoris dependentia, vt scutũ, gladius, pugio, sica, & ea quæ procul prœliãtur tela. Fest. (Gratia (Pax, & cõcordia. (Improbe) Probi velut prohibi, qui se à delinquendo prohibent improbi, qui se non probent. Fest. auctor. (Tuis commissis) Quia dignus es. (Quàm dolor) Sensus est, tẽpus, quo omnia consumuntur, nequaquã odiũ, & irã meã finire poterit. (Pax) A pactione dicta, vt ait Fest. (Cum pecore) Pecus ab eo, ꝙ pascebant, à quo pecora vniuersa, quod in pecore pecunia tum pastoribus consistebat. Varro. Diciturq; pecus omne animal humaua carens effigie, teste Lact. & pecus pecudis dicimus, & ris, & pecuare pecuaris, & pecu pecu indeferenter, non vt imperitorũ grãmaticorũ multitudo falso docet. (Lupis) In Martis tutela esse dicũtur lupi, λύκος græce dicitur. (Cępto versu) Nam pollicetur se editurum proprio carmine maledico opus in inimicum, vt in fine operis patebit. (Cœpto ergo versu) Hoc carmine, quod erit principium imprecationis, & dixit prœlia, vt ostenderet etiã non pro meritis in pñtia deuouere. prœliũ est amorũ certamen, bellum vero tum pugna, tum totũ tẽpus, quo in militia sumus. (Hoc pede) Nam Iambo metro vt solemus. (Vtque petit primo) Per comparationem dicit sicuti leuis armaturæ milites solent antea, q̃ in bellũ prodeant, se experiri in arena, ita hoc opus edere, vt inde facto periculo, acrius inimicũ vulneret. (Velitis) Morte veterũ velocissimi cum scutis leuibus, ait. n. de velitari Cic. Pedites ad hoc ipsum exercitari ijsdẽ miscendi, quos expeditos quasi volitãtes volites nominabãt ij. aũt si Liu. credimus, hasta inhabitali vtebãtur. (Breui) Tempore. (Dissimulare) simulamus falsa, dissimulamus vera, teste Ser.

ASC. QVAM) .s. concordiam fratrum. (Vetus ira separat pyra) .i. rogo funebri. (Incẽsa) .i. dum incensa esset nam dissoluerunt corpora cum flammis. (Et Ver miscebitur Autumno) Inter quæ est æstas, & hyems. (Et Brumæ miscebitur Aestas,) Inter quas est Ver, & Autũnus. (Atque eadem &c.) Patet. Ordo. (Commissis) .i. ò improbe. (Quæ nos sumpsimus tuis commissis) .i. propter commissa tua. (Tempus, & hora) Quæ tamen plurimum valere solent ad delendum odium, vnde in odium Iunonis dicit Venus in 5. Aen. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. (Cum pecore infirmo) Agnino, aut caprino. (Prima quidem cœpto versu) .i. quali incepi tecum loqui, hoc est elegiaco. (Non soleant &c.) Quia Iambico geri volunt. vnde Horat. in Arte. Archilochum proprio rabies amauit Iambo. (Velitis hasta) Veles est leuis armaturæ miles. is autem præludẽs hastam solo arenoso infigit, quam postmodum succensus in hostem ingerit, si peritus est. sic & poëta dicit se primum nõ acri pede gesturum bellum.

Post

Postmodo si perges, in te mihi liber Iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit:
Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.
Vtque ille, historiis inuoluam carmina cæcis.
Non soleam quamuis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatos in Ibida, dicar
Oblitus moris indiciique mei.
Et quoniam, qui sis nondum quærentibus edo,
Ibidis interea tu quoque nomen habe.
Vtque mei uersus aliquantum noctis habebunt,
Sic uitæ series tota sit atra tuæ.

LIber Iambus) Iambus pes ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν .i. à contumeliis iactandis, quòd maledici genere hoc carminis utebantur, huius autem origo uerbi ex nomine Iambes famulæ Celei nominatur, quæ Cererem filiam quærendo ad Meganiram coniugem Celei delatam cum uidisset solicitam male tractauit, alii Iambum quasi triambum, à triumphatore Libero cognominatum, à Marte alii. huius carminis præcipui scriptores apud græcos Archilochus, & Hipponax, apud Romanos Lucilius, Catullus, & Horar. Bibaculus, ut scribit Diome. (Tincta Lycambeo sanguine) Lycambes filiam Neobulen Archiloco poetæ promisit, quam postea turpi ipsius cōmotus facie negauit daturum, indignatus inde Archilochus Iambo carmine asperrime in Lycambem socerum, & filiam eius Neobulē inuectus est, quos pudore confusos laqueo finire uitam compulit, unde Horat. in Epodo, caue caue, nanque in malos asperrimus parata tollo cornua: Qualis Lycābæ, spretus, infido gener. & in Poëtica, Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni. floruit Tulli Hostilij temporibus, auct. Cornel. Nepote. (Nunc quo) Quō ueteres deuotiones facerent pluribus uerbis in 3. Saturn. docet Macr. plurimaq; uerba dicebant quæ omnia ex Samonici Sereni testimonio ponit. quare dicit nunc Ouid. non eo modo, quo prisci solebāt, te deuoueo, sed sicut Callimachus, qui inimicum suam Apollonium Rhodium deuouit. (Battiades) Battus Polymnesti filius Cyrenas primus ædificauit. quatuor autem funere Batti, & omnes Cyrenenses, quemadmodum Proclus docet in Pindarum, eius meminit Callim. qui extruxit Cytenas, de laudibus locutus Apolli. ex cuius uerbis docemur Battiades omnes Cerenenses appellatos. quamobrem etiam Ouid. ah ipso commonitus Callim. Battiadem eum uocat quòd fuerit Cyrenensis, ne quorundam nugas sequentes, aliter interpreremur. (Vtque ille, historijs) Obscurissimis hist. reconditisque fab. Call. opus suum absoluit, quod ita facere pollicetur poëta. Histo. inquit Cice. est res gesta, sed ab ætatis nostrę memoria remota. licet Seru. & alii ab ἱστορεῖν quod est uidere dici putarint historiam. quod annales ab hist. differāt abunde Gell. docet. (Non soleam quamuis hoc genus ipse sequi) Vbique facilis in ceteris operibus est, & nunquam carmen maledicum antea composuit. (Ambages) Ambages ait Varr. apud Lucil. Quid tibi ego ambages ambiui? profectum à uerbo ambio, ꝙ inest in ambitu, & ambitioso. ambages dicit Seru. circuitus. (Ibidis interea tu quoq; nomen habe) Eo nomine appellaberis, quo Callimachus, quem imitamur, inimicum suum Apollonium nuncupauit, (Noctis) Difficultatis, & obscuritatis. (Atra) Obscura, & perinde infelix.

ZAR.

POSTMODO si perges) Aut ordo est post, si modo, aut postmodo, una ē dictio pro eo, quod est postea, aut postmodū. (Tincta Lycambeo sanguine tela dabit). i. tam uehementer, & execrabiliter in te inuehetur carmen meum Iambicum, ut Archilochi in Lycamben socerū suum ex sponsione, qui eum ad laqueum compulit. Iābus aūt debet proferri trisyllabum, sicut græcum ἰάπτω. i. noceo. (Nūc quo Battiades, &c.) Ordo est. Ego deuoueo. i. in perniciem, & mortem uoueo, & addito dijs inferis nunc te, & tuos hoc modo. (Quo Battiades) .s. Callimachus, (Deuouet Ibin) .i. Apolloniū, quem Ibin i. auem Alexandrinā appellauit. (Non soleam quamuis &c.) Quia facilis, & apertus in reliquis esse conatur, hic ex industria difficilis, & obscurus. (In Ibida,) Ratum est. Nam auctores Seru. quæ non semper crescunt, non ubiq; crescunt. quia tñ in genitiuo, & datiuo singularib. quia ergo dicitur Ibis, huius Ibidis, uel Ibis. dixisset Ibin, sed ab Ibidos in genitiuo, dicit Ibida in accusatiuo. (Nō

ASC.

dum

dum quærentibus edo,)Pondus habet,quòd ne quærentibus quidem edat.i. loquatur,& exprimat.(Tu quoque).i.etiam tuæ ſicut Apollonius habet apud Callimachum.(Aliquantum noctis).i.obſcuritatis.(Atra)Aut ignobilis,aut potius infauſta,atro lapillo notanda, more Thracum,aut Cretenſium.

Hæc tibi natali facito,Ianique calendis
Non mentituro quilibet ore legat.
Dii maris,& terræ, quique his meliora tenetis
Inter diuerſos cum Ioue regna polos:
Huc precor,huc ueſtras omnes aduertite mẽtes:
Et finite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſaque tu tellus, ipſum cum fluctibus æquor,
Ipſe meas æther accipe ſumme preces.
Sideraque,& radiis circundata ſolis imago,
Lunaque,quæ nunquã,quo prius,ore micas:
Noxque tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum,
Quæque ratum triplici pollice netis opus:
Quique per infernas horrendo murmure ualles
Imperiuratæ laberis amnis aquę:
Quaſque ferunt torto uittatis angue capillis
Carceris obſcuras ante ſedere fores:
vos quoq; plebs ſuperũ Fauni,Satyriq;,Lareſq;.

ZAR. HAec tibi natali facito,) Tuo natali die. ſolebant priſci multum natales ſuos celebrare,& in maximo honore habere, quibus diebus læta omnia peragebant, quare nunc Ouid. infauſtũ inimico imprecati natalem.(Ianiq; cal.)Cal.Ian.maiores obſeruabant, in quibus unuſquiſque aliquid agebat. Totus ab auſpicio ne foret annus iners.Quiſque ſuas artes ob idẽ delibat agendo, Nec pluſquam ſolito teſtificatur opus, ait in Faſt.Ouid. Cur quoque celebrarent Cal.Ian.ex Var.lectione licet cognoſcere, inquit.a Cald.& natales Ian. antiqui obſeruabant, ne mala omina audirent, & ueſtes ueteres nouis mutabant,eodem die mulieres annulum ſeruis, ſicut viri Saturnalibus, dabant, & quiſque ſuas pro bono omine artes exercebat. pluribus nominibus Ianum appellatum ab antiquis, Varr. Macr.& in Faſtis Ouid.docent,cui 12. erant aræ.(Dij maris, & terræ) Nunc in auxilium Deos oẽs uocat,ut inde facilius poſſit imprecationibus uti.(Dij maris)Dij, qui mare incolitis,& qui in terris digitis. (Quique his meliora tenetis Inter diuerſos cum Ioue regna polos).i.uos etiam inuoco,qui meliora regna habetis,cœlum tenentes, q̃ maritimi,terreſtreſq; Dei,& tandem omnes,qui eſtis inter Arcticum,& Antarcticum polum. Polus,ait Varro,græcum.id ſignificat circum cœli.(Mentes)A uerbo memini mens deſcendit,& mẽtio,uel à mater,ſiue μήνη.i.Luna,quia ſicut Luna creſcit,& decreſcit, ita hominum mentes uarijs modis hebeſcũt,& augentur,D.Auguſtinus eſt auctor.(Ipſaque tu tellus) Eadem & Ops eſt,quæ numen quoque habere dicitur,teſte Plin.(Aequor)Mare ab ęqualitate dictũ, ut auctor eſt Varro.(Aether)Ait Ariſt.in eo, quem de mundo compoſuit libro, Cœli autem,& Aſtrorum ſubſtantias æthera nunc damus,non(ut quidam)ꝙ cum ignea ſint, utantur,arrantes in nimium alteratum ab igne uerticem, ſed quia ſemper currant circumacta. Plato in Epinomide æthera cœlum dicit,dum quinque oſtendit eſſe elemẽta,& poſt ignem ęthera collocauit.(Sideraque)ſidera quod inſidunt,atque ita ſignificant quid in terra perurendo.Var.(Quæ nunquam,quo prius,ore micas,) Nam modo plenilunium, modo interlunium itaque ſemper diuerſo modo aſpicitur ab interlunio ad plenilunium, ecõtrario uarias figuras admittendo, ut unuſquiſque per ſe cognoſcere poteſt.(Noxque tenebrarum) Nox quia græce dicitur νὺξ,in genitiuo noctis,quia græce νυκτὸς, ut recte cõmonet Priſc. fallitur ergo Seruius,qui,ꝙ oculis noceat,dictam exiſtimauit,nullum nanque uerbum latinum ita declinatur,aut enim in gis,faciunt genitiuum ut lex,gis,aut in cis, ut nux,cis excipiuntur ſenex,qnod facit ſenis,& ſuppellex,quod facit ſupellectilis.(Quæque)Parcas inuocat,quæ tres eſſe perhibentur ab auctoribus Clotho, Lacheſis, & Atropos,quas Cic.in 2.de Nat.Deo.Erebi & noctis filias fuiſſe ſcri.Hæ mortalium uitã in ſua poteſtate hr̃e dñr,qua-

rum

tum Clotho baiulat,Lachesis filat,Atropos filium frangit,vnde Sen.Ducunt volentē fata,
volentem trahunt,& rursus in eam,quā Oedipodem vocat Tragœdia, Fatis agimur,cedite
Fatis:Nō solicitæ pñt curæ Mutare ratis flamina fusis.(Quidquid patimur mortale genus,
Quidquid facimus,venit ex alto, Seruatq; sua decreta colus, Lachesis, dura reuoluta ma-
nu,Omnia certo tramite vadunt,Primusq; dies dedit extremum.Non illa Deo vertisse li-
cet,quę nexa suis currunt causis.It cuique ratus,prece non vlla Mobilis ordo,multis ipsam
timuisse nocet.multi ad fatum Venere suum,dum fata timent,& quæ sequuntur.Oui.quo
que in Meta.de Parcis loquitur.(Ratum)Firmum,& stabile:estque iurisconsultorum ver-
bum.(Triplici pollice)Nam tres numero sunt,vt docuimus.Pollex,inquit Macr.nomē ab
eo,ꝙ polleat,accepit, nec in sinistra cessat, nec minus q̃ tota manus semper in officio est,vñ
apud Græcos ἀντιχεὶρ vocatur quasi manus altera.(Opus)Inter opos,&operam differentiā
hanc facit Vulp.inquiens, operæ sunt diuinum officium, opus est finis,fructusq; operæ,sed
hæc sæpissime confunduntur apud auctores,vt apud Virg. Mollibus è stratis opera ad fabri
lia surgit.quasi ad operas.(Quique per infernas)Stygem paludem dicit Acherontis,& ter-
ræ filiam,per quam Dij peierare prohibētur,vt Virg.tradit,Stygiamq; paludem,Dij cuius
iurare timent,& fallere numen,qui.n.peierasset nectareo poculo per nouē dies priuabatur.
Victoria autem ipsius Stygis, ac Acherontis filia cum bonam operam in bello giganteo na-
uasset,& Ioui auxilio venisset,ab ipso impetrauit,vt per matrem Dij iurarent,peierātesq;,
qua diximus,pœna mulctarētur,quod à Ioue facile cōcessum est.De Styge etiā palude,vbi
de Alexandri morte narrabimus,aliquid dignum cognitu docebimus.(Imperiuratæ)Quā
Dij timent peierare.(Amnis)Ab ambitu dictus Varr.(Quasq; ferunt torto)Non præter-
misit Ouid.furias,quas tres tradunt fuisse Alecto,Tisiphonem,& Megeram, Acherōtis,&
noctis filias.Pluribus autē versib.eas Virg.Ouid.& Claud.describunt. nec immerito Ache
rontis, & noctis esse filias voluit antiquitas. cum rebus minime ex voto succedentibus, &
rōne cedente mentis perturbationem nasci necesse videatur, quæ non absque mentis cæci-
tate iudicij perseuerar,& perseueratione fit maior,donec erumpat in actum,qui absque ra-
tione factus furiosus appareat.necesse est, diuersis nominibus nuncupantur,vt passim apud
poëtas est legere.(Vittatis)Sumptum hic à vitibus,quæ pedamētis alligantur.(Carceris)
Carcer est custodia noxiorū,à coërcendo,ꝙ coërceat,quos exire prohibet, carceres equorū
terminus:vñ currere incipiunt,vt Varr.testatur.(Vos quoq; plebs superū)Hos Deos,quos
nunc memorat,plebem appellant.nam sicut in vnaquaq; ciuitate nobiles, & patricij à ple-
be discernuntur,populo inquam minuto,ita à Dijs ij Semidei segregantur.plebs vero dici-
tur, auctore Gellio, in qua gentes ciuium patriciæ nō insunt,& dicitur recto casu plebs,&
plebes,vt veterum exēplis satis constat. (Fauni)Dij sunt siluestria incolētes, à fando dicti,
vt ait Festus.(Satyriq;)Satyris ait Plin.in 5.præter figuram nihil moris humani,& in Ae-
thiopia inueniūtur,de quibus quid D.Hieronymus in vita Pauli primi Heremitæ dicat,vt
pote memoratu dignū apponere volui.De beato Antonio loquitur Hieronymus, qui Cen
taurum fuerat allocutus,nec multo post se ei Satyrus obiecit, ait itaque; Nec mora inter sa
xosam vallē non grandē homunculum videt,frōte cornibus aspera,aduncis narib.cuius ex
trema pars corporis in caprarū pedes desinebat,adhoc Antonius spectaculum,scutum fidei
& loricam spei bonus prœliator arripuit, nihilominus memoratum animal palmarū fru-
ctus eidem ad viaticum,quasi pacis obsides ferebat, quo cognito gradū pressit Antonius, &
quisnam esset interrogans,hoc ab eo rñsum accepit, mortalis ego sum, vnus ex accolis ere-
mi,quos vario errore delusa errore gentilitas coluit,Faunos,Satyrosq;, & incubos vocant.
dicti aūt sunt Satyri à σατυ .i.mentula,teste in 1.Satur.Macr.inde Saturnus,ꝙ ei fuerit am
putatum seminale membrum.(Laresq;)Habes apud Ouid. in Fastis hāc plurib.carminib.
Latium fabulam explicatam, quam breuib.stringemus. Flagrabat amore Iupiter Iuturnæ
Turni sororis,quē ēt nymphis detexit, Almonis aūt filia Lar, siue Larlar dicta hoc Iunoni
manifestauit,quare indignatꝰ Iupiter Lari linguā p̃cidit,& Mercurio ad stygē paludē ducē
dā tradidit,vt meritas ibi lueret pęnas,at Merc.inuitā Larē cōpressit,dū eā ad stygem duce-
ret,ex quo cōpressu gemini nati sunt noīe Lares, à matre ita nūcupati, vnde Ouid.Fitque
grauis,geminosq; parit,qui cōpita seruāt,Et vigilāt nr̄a semper in vrbe Lares ij cōpita ser-
nant

uant,inde compitalia festa,& dies attributi Laribus,quibus in cõpitis sacrificabatur.de Laribus hæc Cic.refert in lib.de vniuersitate,cuius hæc sunt verba : Reliquorum autem quos Greci Dæmonas appellant,nostri(vt opinor)Lares, si modo hoc recte cõuersum videri potest.in Aulularia quoque Plaut.meminitque Apuleius, & meminit etiam August.in lib.de Ciui.Dei:aiuntq; veteres putasse animas hominum, fieri Dæmonas, quòd si bonorum fuissent meritorum Lares appellarentur,sin malorum, tum lemures, tum laruæ,quod si incertum fuisset bonorum,ne an malorum essent meritorum,tunc appellari manes.

ASC. HAEC) .s.imprecatoria legatur tibi eo die,quo tibi bona cõprecari debeant. (Aether summe).s.inter elementa aut pro cœlo posuit.nec legendum est sume,sed summe in vocatiuo à nominatiuo summus . Verum autem de igne potius loqui, quia addit , Sideraque &c. (Quæque).i.& vos ò Parcæ,quæ netis.(Opus ratum).i.stabile,& fatale. (Triplici pollice) Quia tres sunt,vnde versiculus plebeius est:Clotho colũ baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.(Amnis aquæ imperiuratæ).i.Stigiæ paludis. Nam Styx tristitiã significat, quæ dijs cõtraria est,sunt enim semper læti.(Quasque).i.& vos ò diræ,seu Furiæ Infernales.(Quas ferunt)idest dicunt. (Sedere ante obscuras fores carceris)scilicet infernalis, Erebi, scilicet aut Tartari.vnde Aen.6.Tisiphoneque sedens palla succinta cruenta.Vestibulum in somnijs seruat, noctesque diesque. Et paulopost : Cernis custodia qualis Vestibulo sedeat, habent autem Furiæ pro capills angues.

Fluminaq;,& Nymphæ,semideumq; genus.
Denique ab antiquo diui veteresque,nouique,
In nostrum cuncti tempus adeste * Chao.
Carmina dum capiti malefido diro canuntur,
Et peragunt partes ira dolorque suas.
Annuite optatis omnes ex ordine nostris,
Et pars sit voti nulla caduca mei.
Quæque precor,fiant:vt non mea dicta,sed illa
Pasiphaës generi verba fuisse putet.
Quasq; ego transiero pœnas, patiatur & * istas,
Plenius ingenio sit miser ille meo.
Ne ue minus noceant fictum execrantia nomen.
Vota,minus magnos commoueat ue deos:
Illum ego deuoueo,quem mens intelligit, Ibin,

* chori

* Illas

ZAR. FLumina) A fluendo dicta. Varr. (Et Nymphæ) Aquarũ Deæ,quasi lymphæ dictæ. (Semideumque genus)Indigetes,q. Semidei sũt nati ex deo vel dea, & mortali, vt Aeneas, qui Iupiter indiges est appellatus, & ab digeo verbo indiges dicitur teste Seruio . (Diui veteresque) Qui iampridiem in deorum numero estis collocati.(Nouique) Vt Cęsar,& alij,qui nuper relati sunt inter Deos. (Et peragit) Perficit.(Pasiphaës generi)Theseus Aegei Athenarum regis filius in Creta ad occidendũ Minotaurum iuit, cuius amore capta Ariadna Minois, & Pasiphaë filia, eum quonam modo Minotaurum superaret, docuit, inde votis compos Theseus Ariadnem rapuit pariter & eius sororem Phædrã,sed(vt tradit Plutarch.)Ariadnem in Cypro insula, reliquit, vbi partu extincta est,Homerus in Dia insula non Cypro, obijsse scribit Diod.vero in Naxo relictam, & inde a Bacco in montem,qui Dryops dicitur,perductam memoriæ prodidit. nupsit inde Theseo Phædra,quæ Hippolyti amore flagrauit, at ex Hippolyte Amazone. Theseoq; natus erat Hippolytus,quia venator egregius ac pulcherrimus fuit,interpellantem de stupro Hippolytus cum contempsisset Phædram,falso ipsa conuerso crimine ad patrem ipsum detulit, qui nimis credulus Aegea parẽtem est precatus, vt filium perimeret.immissis autem phocis,vitulis inquam marinis,ab Aegeo,qui equos terrerẽt: Hppolytus discertus est, quẽ ab Aesculapio ad vitam restitutum auctores tradunt Dianę precibus,qui inde Virbius dictus est,quasi bis in vitam prolatis,vt in 15.Meta.Ouid.& in 7.Aen. Seruius docent.(Pœnas)Octo pęnarum genera in legibus Cic.tradit,damnum,ignominiam,seruitutem,vnicula,verbera,talionem,exilium,& mortem. (Ne ue minus noceant)Nec esse erat in deuotionibus proprium nomen exprimere,nã aliter deuotio frustra fieri credebatur,quod Roma-

ni intelligentes,verbis nomen incognitum esse voluerunt. Id autem quandoque quidā plebeius(si Varroni credimus)enunciare ausus in crucem leuatus est, hunc Solin. Valeriū Soranum nominat,quare Angerona(vt idem Solin. & Macrob.testantur)à Romanis colebatur,cui ante diem 12.cal.Ian.sacrificabatur,habebatq; etiam simulacrum occlusio,obsignatoq; ore.(Execrantia)Deuouentia. (Fictum nomen)Inimicum, quem improprio nomine Ibidem vocat.(Magnos commoueant ue Deos)Magni Dij sunt Iupiter, Minerua,& Mercurius,qui Romę colebantur,penates etiam dicuntur,vt scribit Varro.sed quia colebantur penates apud Laurolauinium,non eosdem,qui magni Dij penates esse Seruius credit.

SED illa Pasiphaës generi).i.Thesei,qui imprecatus filium coëgit mori.(Quasq; ego transiero).i.& quas dixero, & quas non dixero, hoc est omnes. (Plenius ingenio) .i.quam excogitari,aut eloqui quem, sis miser, infortunatus. ASC.

Qui se scit factis hæc meruisse suis.
Nulla mora est in me, peragam rara vota sacer-
Quisquis ades,sacris ore fauete meis. (dos.
Quisquis ades, sacris lugubria dicite verba,
Et fletu madidis Ibin adite genis.
Ominibusque malis, pedibusq; occurrite leuis,
Et nigræ vestes corpora vestra tegant.
Tu quoque quid dubitas ferales sumere vittas?
Iam stat (vt ipse vides) funeris ara tui.
Pompa parata tibi est,votis mora tristibus absit.
Da iugulum cultris hostia dira meis.
Terra tibi fruges,amnis tibi deneget vndas,
Deneget afflatus ventus & aura suos.
Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe.
Destituant oculos sidera clara tuos.
Nec se Vulcanus, nec se tibi præbeat aër,
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul inops erres,alienaque limina lustres,
Exiguumque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens vacat ægra dolo
Noxq; die grauior sit tibi,nocte dies. (re,

ORe fauere) Silere silētium enim ī sacris adhibebatur, vt Macro.docet. (Lugubria) Luctuosa, à lugeo verbo lugubris venit. (Genis)Gena membrana illa est, qua oculus tegitur cum aperitur & clauditur, vt Plin.significare, videtur, & Fest.Pompeius, mala etiam ab antiquis dicebatur. (Omnibusque malis) Augurijs.omē, ait Festus, velut oramen, quod fit ore, augurium vero,quod auibus, alio ue modo fit.(Læuis pedibus)Aduersis.vnde Virg.Sępe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset. (Et nigræ vestes) Quæ solent in rebus tristibus adhiberi.vnde Iuuena. Pullati proceres, differt vadimonia prætor. & Pers. Pullatis ne mihi nugis pagina turgescat.i. tragicis, apud quos res tristes describūtur. (Ferales)Mortiferas, lætales,vnde Iuuen. Feralis cœna patella.(Tedas)Græce dicuntur δᾷδες mutato d,in t,sicut etiam docet Prisc.(Ara)Dicta ab ἀρῶμαι i.precor,vnde κατάρα,imprecatio.(Pompa) ἀπὸ τοῦ ἐπιπέμπειν .i.emittendo,vbi longus ordo emissorum est, & apparatus,(Hostia)Hostibus à victis hostia nomen habet, in Fast.Ouid.(Dira)Tristis,infesta. dirus Dei ira natus.Festus.(Terra tibi)Incipit nunc poëta in Ibidem imprecari,optatque, vt suas ei fruges terra non prębeat.(Fruges)A fruendo dictę, Varro. (Aura) Mitior vento spiritus. Aura itē à Cephalo amata est,& aura popularis fauor.(Nec se Vulcanus)Ab ignis maiore vi,ac violentia Vulcanus dictus,auctore Varrone, quamuis à volando dictum dixerit Cic.(Exul)Extra solum positum.(Limina)Limen omnis ingressus est,vt ait Non.(Lustrate multas habet significationes,vt Nonius de indagine,doctorum virorum ostendit,est circuire, vt hoc loco, sequi, pespicere, expiare, circunspicere & patefacere.lustrare quoque idem,quòd scortari,sæpe significat,à lustris sumptum. ZAR.

QVI se scit factis has).s.pœnas meruisse,&c.(Nulla mora est in me) Continuo imprecatur in aduersarium.historiæ aūt à Domitio explicantur, & contextus facilis est quocirca ASC.

breuis ero.(Tu quoq;)O Ibis,quid dubitas?q.d.nõ decet:dubitare, cũ de te deuoto ſacrificiũ fiat,nec de alio.(Quid dubitas, inquit, ſumere vittas ferales).i.ſerta.(Ferales).i.mortẽ prætendentia?ſed cũ fera primam corripiat,feralis primã producit, vt hic, & Aen.4.Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Vittas ad caput hoſtiæ, quæcũq; eſſet, ſiue homo ſiue pecus,circũligari docet Sinon Virgilianus Aen.2.dicens, Mihi ſacra parari:Et falſæ fruges,& circũ tẽpora vittæ.(Pompa parata tibi)Nõ ad lætitiam, aut vtilitatẽ tuam,ſed eorũ,qui videbunt.(Da iugulum cultris)Loquitur de more ſacrificantium.nã in ſacrificijs omnia debebant eſſe libera,& volũtaria vſq; adeo, vt ne hoſtia quidem ligari poſſet quæ volens mori ſignificetur.ſupponebant cultros,in quos ipſa ibat ſuæ mortis auctor. bene ergo dicit, Da iugulum cultris, nam iugulus pars colli eſt,quæ ſanguinẽ inciſa reddit.(Dira).i. execrabilis,& quaſi deorũ ira nata.(Terra)Deprecatur ipſi omniũ elementorũ,& quæcunque vſui eſſe poſſent vſum,hoc precatur,ne habeat.(Nec ſe Vulcan⁹).i.ignis, cui Vulcanus præeſt.Nam deorum,dearumque nomina vſurpamus per metonymiam, pro rebus,quibus præſunt. (Pontus).i.quodlibet mare, & mare.i.quælibet aqua.ſpecies pro genere.(Noxq; die &c.).i.ſemper nox ſequens ſit grauior die præcedente & die ſequens nocte præcedente. nã aliter fieri non põt,vt vtrunq; alterum ſuperet.vult ergo,vt in dies creſcat malum eius.

Sisque miſer ſemper,nec ſis miſerabilis vlli:
  Gaudeat aduerſis fœmina,virque tuis.
Accedat lacrymis odium,dignusque puteris,
  Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.
Sitque(quod eſt rarum)ſolito * defecta fauore
  Fortunæ facies inuidioſa tuæ.
Cauſaque non deſit, deſit tibi copia mortis:
  Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusque diu cruciatos ſpiritus artus
  Deſerat, & longa torqueat ante mora.
* Euenient,dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
  Phœbus,& à læua mœſta volauit auis.
Certe ego quæ voueo, ſuperos motura putabo,
  Speque tuæ mortis peſſime ſemper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi ſubtrahet olim:
  Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.
Sed prius hãc animam nimium mihi ſæpe petitã
  Auferet illa dies, quæ mihi ſera venit:
Quàm dolor hic vnquam ſpatio euaneſcere poſ
  Leniat aut odiũ tempus & hora meum. (ſit,

ZAR. Miſer) Triſtis, & flebilis.is miſer dicitur, auctore Donat.cui animæ miſeria ineſt,vnde miſerabilis venit.(Plura)Nomen eſt,& à pluri venit.nam hic & hæc pluris & hoc plure dicebatur apud antiquos. vnde plurima.in compoſitum cũ pluris vero comparatiuum eſt,cuius raro ſingulare inuenitur, & poſitiuũ multus, ſed plurale, vt plures,& plura inquã, & à pluri plurimus ſuperlatiuum factus eſt,vt docet Priſc.A.G.in 6. noctium Atticarum de hoc multa memoriæ reliquit. (Defœta) vacua ſicut fœta plena. (Inuidioſa) Inuidioſus, & qui inuidet,& cui ĩuidetur,dicitur,vt formidoloſus, ambitioſus, gratioſus, & mille alia, vt ſcribit Gel.(Solito fauore)Nam miſeri & laboribus preſſi ab omnibus addiuuari debent.(Euenient)Mos apud priſcos fuit, vt oĩa auſpicato agerent,quòd ſi bonum habuiſſent augurium, conceptum peragebant,ſin malũ,deſiſtebant,dicit ergo nunc Oui.huiuſmodi à Phœbo,qui augurijs præeſt,oſtenſa ſigna.quibus haud dubitat firmam,ad votũque ſuam imprecationem futuram.(Et à leua mœſta volauit auis) Mali ominis auis à læua parte volauit, ſignum peſſimum, quæ eſſent aues mali ominis Plin.facile docet in decimo.(Perfide:) Qui fidem uiolaſti,& à fide uenit.infidus uero,cui non eſt fidem dum, dicitur,& à uerbo fido deſcendit,quod primam habet longam.(Olim)Quãdoque,multa ſignificat olim, ut Seruius, & Donat.docent,& apud auctores eſt cognoſcere ubique.(Petitam) Percuſſam. multis hoc uerbum petere modis accipitur, ut docet Nonius.

* alias defœta .i. euacuata

*Tib. Eueniẽt, dat ſigna de⁹

ASC. NEC ſis miſerabilis).i.talis,cuius quem uis miſereat,aut nec uidearis dignus miſeratione

tione.Sic Aen.3.Troianas vt opes,& lamentabile regno.(Accedat lacrymis odium) Dira imprecatio,cũ lacrymæ cõmiserationem mereri soleant.(Sitque) Ordo est. (Et facies fortunæ tuæ defœrat).i.euacuata,sicut mulier enixa,& nullum fœtum habens in vtero,fauore solito.(Sit inuidiosa).i.cui plenissime inuideatur,aut plena inuidiæ,passiue. (Quod est rarum).i.quę res raro contingit,quia summa petit liuor.Liuor enim.i.inuidia non solet esse, nisi de rebus prosperis.& ergo dicit Mart.Omnibus inuideas liuide,nemo tibi, quia sic oẽs essent beati præter ipsum solum.(Causaq; non desit).i.tormentum tam graue.vt mori possis,neq; tamen mor.permittaris,quod damnatorum in inferno malum est, qui semper mori cupiunt,& moriuntur,neq; vnquã mortui sunt. (Anus mœsta) i.mœstitiæ index.s.cornix,quę à leua.i.sinistra ratum facit augurium,vt graues attestantur auctores. (Speq; tuæ mortis pessime)Non dices spe mortis tuæ pessime,non.n.est genitiui casus,sed vocatiui sic, ò pessime,ego alar semper spe tuæ mortis.(Finiet illa dies).s.spem, quia spes euacuatur, cũ euenit,quod sperabatur.(Petitam tibi).i.à te.(Tempus & hora)Sic v.Aen.Quam nec longa dies,pietas nec mitigat vlla.Omnia enim in tempore labescere solent.

Pugnabunt iaculis dum Thraces,Iazyges arcu,
Dũ tepidus Ganges,frigidus Ister erit:
Robora dum montes, dum pabula mollia cãpi,
Dũ Tyberis liquidas Thuscus habebit aquas:
Bella geram tecum,nec mors mihi finiet iras,
Sæua sed immanis manibus arma dabo.
Tunc quoq; cum fuero vacuas dilapsus in auras,
Exanimis manes oderit vmbra tuos.
Tunc quoq; factorũ veniã memor vmbra tuorũ,
Insequar & vultus ossea forma tuos.
Siue ego(quod nollẽ)lõgis cõsumptus ab annis,
Siue manu facta morte solutus ero:
Siue per immensas iactabor naufragus vndas,

PVgnabunt iaculis) Per comparationem se nunquam in concordiam cum Ibide venturum dicit.(Dum Thraces) sunt populi feroces inter omnes Europæ gentes,qui vitã facile contemnunt,dum putant nonnulli eorum obeuntium animas reuerti,alij non extinguit.sed magis beatas fieri, vt de mirabilibus mundi scribit Solin. Tradit autem Herod.Scytas olim Thraces habitos, qui eadem lingua omnes vtebantur, præter Getas, & Trauses. diuisam Thraciam in Strategias quinquaginta tradit Plin. iaculis in bello vtebantur iaculum cum amento Aetolis Martis filius inuenit teste Plin.in 7. (Iapydes arcu) Arcum & sagittam Scythen Iouis filium inuenisse Plin. docet. scribit quoque nonnullos voluisse à Perse filio Persei sagittas inuentas. sunt autem Iapydes populi iuxta Carnorum regionem. ad Timanum habitant,vnde regio Iapydia,aut Iapydia Apulia ab Iapyge Dędali filio, vnde rursus Fest. Insula se grandi Diomedis gurgite promit Italiam spectas, & Iapygis arua Timaui.licet à vento alij. Strab.Herod.Solin. & Maro auctores. (Dum tepidus Ganges) Maximus inter orbis terrarum fluuius Ganges Indiæ habentur, qui incertis fontibus nasci: Nili modo inundare regionem perhibetur. Alij à Scyticis montibus exorit ipsum volunt,in quem 19. influunt amnes, quorum multi nauigabiles, vbi minimas, latitudine octauo mil.pas.vbi modicus,stadiorum C,altitudine nusquam minore passuum vigesimo, vt Plin.Strab.& Solin.prodidere. Tepidus autem, quia ab Oriente calidissima mundi plaga venit. (Frigidus Ister erit) Ister flu.celeberrimus in iugis Germanicis oritur montis Abnobæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi,per innumeras lapsus gente Danubius nuncupatur, cum primum autem Illyricum alluit, Ister appellatur 60. amnes in se recipit, omnes ferme nauigabiles, septem hostijs ponticum mare ingreditur, vt Plin.Strab.& Solin.meminerunt, ideo frigus, quia ex Septentrione dilabitur. (Tyberis) Romam vrbem secat,& à Thuscia venit,pluribus nominibus appellatus. nam prius Albula, deinde à Tyberino Albanorum rege, vt tradit Liuius, Tyberis dictus: Tyberinus postea nuncupatus, vel, vt tam Seruius, quàm quidam alij existimant, à Tyberiade

ZAR.

Siciliæ fluuio, ad quem cum perueniſſet Hercules ab Erethris ab Occidẽte abducẽs boues, cum per hyemem multam ibi perpeſſus eſſet iniuriam, fluuio nomẽ dedit, quaſi iniurioſo. ἀπὸ τῆς ὕβρεως, Thæreus aũt ait à cõtumelia Syracuſanorum ita fuiſſe appellatam, qđ apud fluuium crebras facerent aduentãtibus iniurias. Aſclepiades uero Mityleneus per d, exiſtimat hoc nomen ſcribendum, aitq; priſca Siculorum lingua Dybrin eſſe nominatum à ſua magnitudine, uel impetu fluctuoſo, ꝙ Dymbris mare nominetur. Contendũt nonnulli ſcribẽdũ eſſe Tymbris ſine aſpiratione, & m, ante b, in qua fuiſſe grãmaticus Ariſtophanes perhibetur ſententia, tametſi uideo Seru. foſſam dicere, quam ob tuendo mœnia ſua Syracuſani fodiſſent appellatam Tyberim eſſe, per hoſtiũ pœnã, & iniuriam factam ἀπὸ τῆς ὕβρεως, inde Siculos cum perueniſſent ad eam partem, ubi Roma eſſe tenuiſſentq;, Tyberim appellaſſe, & in ſacris quidem ait Tyberinum dici. in Zeneloxia Tyberim, in poëmate Tybrim.

ASC. PVGNABVNT iaculis) Dicit & mores hominum, & rerum naturam prius immutari poſſe, quàm pectoris ſui odium aboleri. (Dum). i. donec, aut quãdiu. (Iapyges). i. Appuli populi Italiæ arcu ualentes. (Gãges tepidus) Quia inter torridam & frigidã Zonã. Iſter frigidus) Quia ad glacialẽ Oceanũ uergit. (Robora). i. quercus illas, aut quaſuis robuſtas arbores. (Tyberis Thuſcus) Quia per Thuſciam, ſeu Hetruriã fluit. (Sed immanis) Puto duas eſſe dictiones, ut ſit, ego dabo manibus. ſ. meis. i. ſpiritibus à corpore ſeparatis) eſt. n. à nominatiuo manes, nõ à manus, quia primam producit) in i, contra manis. ſ. tuos, quia dicimus in accuſatiuo manis, & manes. (Sæua arma) Quibus. ſ. manes tuos ꝑſequantur. (Oſſea forma) Iuuen. dicit Sat. 4. Aut nigri manus oſſea Mauri. Et cui per mediam nolis occurrere noctẽ, Cliuoſæ ueheris dũ per monumẽta Latinæ. Mortui. n. oſſa abſumpta. ſ. carne occurrere putatur, dicit aũt Virgiliana. Dido idẽ ſic. Omnib. umbra locis adero, dabis improbe pœnas. (Siue ego (qđ nolle) Quaſi uindictæ appetẽs, aut ſenectutis ĩcõmoda abhorrens.

ZAR. IN mari) Contra manes. Manes teſte Seruio, animæ ſunt corporibus exutæ, ſi uero Acronem ſequimur, Dii boni. (Nexæque colubris) Furiæ infernales, quæ intortos anguibus capillos habent, & tres eſſe docuimus, de quibus hęc Cice. in ea quam pro Sexto Roſcio oratione habuit, dicit, Nolite putare quemadmodum in fabulis uidetis eos, qui aliquid impie, ſceleratęque commiſerunt, agitari, & perterreri redis ardẽtibus, ſua quemque fraus, & ſuus error maxima uexat, ſuum quenque ſcelus agitat, amenciaque afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientięque animi terrent, eæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæque furiæ, quæ dies, noctesque parentum pœnas à ſceleratiſſimis filiis repetant. (Tardus trahet ilia uultur) Vultur dicitur, uulturis, & uulturius. præualẽt uulturum nigri, in excelſiſſimis rupibus nidificant, oũa 14. pariunt, ſi Vmbritio peritiſſimo

*torta

Noſtraque longinquus uiſcera piſcis edet:
Siue peregrinæ carpent mea membra uolucres.
Inque meo tingent ſanguine roſtra lupi:
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terræ,
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.
Ne uigilans cernes, tacitis ego noctis in umbris
Excutiam ſomnos uiſus adeſſe tuos.
Deniq; quidquid ages, ante os, oculoſq; uolabo,
Et querar, & nulla ſede quietus eris.
Verbera * ſæua dabũt ſonitũ, nexæque colubris
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.
His uiuus furiis agitabere, mortuus iiſdem,
Et breuior pœna uita futura tua eſt.
Nec tibi continges funus, lacrymæque tuorum,
Indeploratum proiicere caput.
Carnificesque manu populo plaudente traheris,
Infixusque tuis oſſibus uncus erit.
Ipſæ te fugient, quæ carpunt omnia flammæ,
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus & roſtro tardus trahet ilia uultur,

Et

Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Deque tuo fiet(licet hac ſis laude ſuperbus)
Inſatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elyſiis diuerſa fugabere campis,
Quaſque tenet ſedes noxia turba,coles.
Siſyphus eſt illic ſaxum voluensque, petensque,
Quique agitur rapidæ * vinctus ab orbe rotæ.
Quæq; gerũt humeris perituras Belides vndas,
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.

*vectus

haruſpici credimus.triduo ante, aut biduo,'vbi futura ſunt cadauera,volant,putarũt nõnulli ipſos ex alieno orbe volare falſo,ſatis autem liquet neminem ipſorũ nidos attingere, vt in 10.nat. hiſto. auctor eſt Plin. (Tardus) Perſeuerans. nam, teſte Nonio Marcello tardus piger dicitur,& diuturnus,perſeueransque,vt apud Virgil.2.Georg. Media fert triſtis ſuccos, tardumque ſaporem,& hoc loco magis ſenſui conuenit,vt tardus pro perſeuerante accipias,q̃ quod nonnulli interpretantur,producens morſum.ridiculum.n.eſt illa dicta abina,quæ pars cartæ eſt tenuiſſima,vt Feſtus ſcribit.(In loca ab Elyſijs)De campis Elyſijs diuerſa ab auctoribus traduntur,nam alij fortunatas inſulas eſſe volunt,vt Horat.qui ita in Epodo ait,Manet Oceanus circumuagis arua beata. Petamus arua,diuites & inſulas: Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret vſque vinea. has etiam Saluſt.in Oceano eſſe refert. Diod.autem in Meridiano Oceano poſitas ſcribit: Ibique eſſe res admirandas tradit.ſi vero Lucanum ſequimur,Elyſinos cãpos circa lunarem circulũ eſſe dicimus.Ait.n.Quodque pater terras inter,lunæq; meatus.Non illic auro poſiti,nec thure ſepulti perueniunt.Tunc genus omne tuum,& quæ dentur mœnia,diſces quod etiam Seru.ſuper eo Virg.verſic.in 6. Aeris in campis,eſt interpretatus.Cum ergo bonorum aĩæ corpore migrabant, hæc patere dicebantur loca,vbi plauſus choreæ, & lætitiæ ſunt,hinc Tibull.Hic choreæ cantusque vrgent,paſſimq; vagantes Dulce ſonant tenui gutture carmen aues.Fert caſiam non culta ſeges,totusq; per agros Floret odoratis terra benigna roſis.& quę ſequuntur.(Tartarus)Malarum,ſedes aĩarum erat, vbi perpetuæ tenebræ, luctus, & miſeriæ erant, vt ipſe quoque in eadem docet Elegia Tibullus,At ſcelerata iacet ſedes in nocte profuncta Abdita,quam circũ flumina nigra ſonãt,& reliqua.(Siſyphus eſt illic)Aeoli filius Siſyphus,teſte in 6.Iliad. Hom.Iſthmon latrocinijs occupabat, ita vt Anticliã Autolici filiam, Laërte deſponſatam arripuerit,quam & compreſſit vnde Vlyſſes natus creditur quod in 13.Met. Ouid.videtur oſtendere,Quid ſanguine cretus Siſyphio,furtisq;,& fraude ſimillimus illi,Inferis Aeacidis alienæ nomina gentis? hunc Theſeus interfecit, qui apud inferos hac afficitur pœna, vt ſemper cogatur ſaxum ad montis apicem voluere, quod cum primum in cacumine montis perduxit ad ima relabitur,vt in eodẽ loco ſcribit Ouid. Aut petis,aut vrges rediturus Siſyphe ſaxum,& in Hercule furente Seneca,ceruice ſaxum grãde Siſyphea iacet.Lucretius aũt fabulæ huius figmentũ aperit,vt per teipſum videre poteris. (Quique agitur rapidæ)Ixiõ Antionis,& Melatæ Amytoni filius(alij aũt Phlegię volunt)Deioneo filiam Diam plurima dona pollicitus deſpondit, ex qua Pyrithos natus. ſed cum Ixion pollicitis minime fidem ſeruaret,eius Deoneus equos capit,Ixion aũt acerſito genero, cui quod fuerat pollicitus dixit, ſeruaturum, ipſum in foueam coniecit, cumq; à Ioue purgatus eſſe(nã à quoquã alio non poterat purgaris)Iunonem ſtupri auſus eſt interpellare,quod cum Iupiter cognouiſſet,informam Iunonis nubem interpoſuit cum qua Ixion concubuit, vnde centauri nati ſunt.Poſt tñ meritas Ixionem Iupiter pœnas luere voluit, nanque apud inferos rote alligari iuſſit,quæ perpetuo voluitur, vt in quinto Diod.ſcribit, & Tibullus quoque ait:illic Iunonem tentare Ixionis auſi verſantur celeri noxia membra rota.(Quæque gerunt humeris)Beli Danaus,& Aegyptus filij fuere:quorũ alteri l.natę ſunt ex pluribus mulieribus filię,totidemque alteri virilis ſexus filij,acceperat ab Apolline Danaus fore,vt à filio fratris pariter & genero eſſet occidendus,quare diu fratri aduerſatus eſt.qui in connubium neptes filijs dari volebat tandem Danaus penè coactus fratri morem geſſit,inſidijs cõfidens, quod monuerat oraculum,euaſurum,etenim gladium vnicuique filiarũ dedit qua cum viris nocte concumbendum erat,vt omnes tollerent.impia omnes parentis iuſſa executæ ſunt, præ

ter unam Hypermnestram minorem natu, quæ Lynceo pepercit à quo postea Danaus occisus est, qui & Armeus qñq;, teste Eus. dictus est, ideoq; apud inferos hac pœna torqueri hę iuuenes perhibentur, ut in humeris aquam cribro semper gerent,; quod urnam impleant. Vñ Tibul. Et Danai proles Veneris, quæ numina læsit, In caua læteas dolia portat aquas. & in Meta. Ouid. Molirique suis lætum patruelibus ausę. Assidue repetunt, quas perdant Belides undas. & in Hercule furente Seneca, Vrnasq; frustra Danaides plenas ferunt: & in Medea, Vosque, quas urnis foratis irritus ludit labor Danaide coire uestras, hic dies quęrit munus. Quid autem Lucr. uelit sub hac fabula intelligi per rete inspicito. Aegyptum regioni nomen dedisse, quæ æria uocabantur, nunc Aegyptus, ut Eus. tradit, qui ibi expulso Danao regnauit. (Exulis) Iō q̃a Dana⁹ Argos sibi uindicauit ut refert Eus. expulso Aegypto.

ASC. PISCIS longinquus). i. in longinquo Cari degēs. (Edet). i. deuorabit nostra uiscera, postquam. s. submersus ero. (Et breuior uita) Ordo est:, Et uita tua futura est breuior pęna tua, quia pœna durabit etiam in morte, & post mortem. (Indeploratum). i. non deploratū. (Carnificisque manu populo plaudente traheris). s. ad supplicium, aut potius ad bustum, quia sequitur. (Ipse te fugient &c.) Hoc modo ad supplicium nonnulli Christiani sub Domitiano postea tracti leguntur iufixo unco gutturi. (Ipsæ te fugient) Precatur, ut tractum indignissime ad ustrinam, & impositum rogo flammæ, eius cadauer non absumant, sed iaceat præda uulturibus, & canibus. (Licet hac sis laude superbus). i. quamuis glorieris, ꝙ sis causa rixæ inter me, & coniuges, & amicos, ut eris inter lupos. uidetur enim tibi gloriosum induxisse discordiam, & ita malim dicere, quam licet. i. licitum est, ut sit permittentis. (Sisyphus est illic) Hæc omnia Macrobius in de Somnio Scipionis late exequitur, & habentur etiam 6. Aeneid. (Quiq;). i. & qui. s. Ixion. (Belides) Beli neptes. (Nurus Aegypti) quia filiis eius nupserant, sed interfecerunt.

Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem
Semper egit liquidis, semper abundat aquis.
Iugeribusq; nouē summus qui distat ab immo,
Visceraque assidue debita præbet aui.
Sic tibi de furiis scindat latus una flagello,
Vt sceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis sectus dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquit igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur umbra, tuasque
Aeacus in pœnas ingeniosus erit.

ZAR. POma pater Pelopis) Tantalus Iouis ex plote nympha filius fuit, Pelopis pater, Mœones uocitatus, in Phrygia regnum habuit, bellumque Tro. induxit ob raptum filium eius Ganymedem, ut Euseb. est auctor qui deos hospitio suscepit, quibus Pelopem filium epulandum apposuit, aliàs mentitus esse carnes. Dii omnes ab huiusmodi se epulis abstinuerūt, una excepta Cerere, quæ humerum comedit, inde eburneum humerum Pelopi Iupiter fecit ut in 3. Georg. Virg. Humeroque Pelops insignis eburno. Tantalus autem tanto perpetrato facinore à Ioue ad inferos detrusus est, ubi usque ad labia in aqua mersus est, quæ, cum eam haurire uult, effugit. Porrò pomorum arbores ad os usque inclinari, quę comedere minime potest, & hoc semper detorquetur Tantalus cruciatu, hinc in Hercul. furente Seneca: In amne medio faucibus siccis senex sectatur undas: Abluit mentum latex, eidemque cum iam Sæpe decepto dedit, perit unda in ore Poma destituunt famem, & pluribus in locis Ouid. tum in lib. de fine titulo. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus, hoc illa garrula lingua dedit. Lactant. etiam addit nonnullos dicere ideo Tantalum eo, quo diximus, modo torqueri, quia Deorum conuiuia eorum hominibus prodiderit secreta ideoque Statius. Et sęuæ periit iniuria mensæ. (Iugeribusque nouem) Tityus Iouis ex Helata Orchomeni filius fuit, nouem iugerum magnitudine, à terra nutritus, quamuis alii terræ filium dixerint. hic ab Apolline telis confossus est, eo ꝙ Latonam amarat, damnatusque est ea lege apud inferos, ut eius iecur uultur semper exedat, ut in sexto Aeneid. scribit Virg. licet Hom. uicissim dicat duos uultures sibi in eius pœnā succedere,

vnde etiam Tibullus, porrectusque nouem Tityus per iugera terræ; Assiduas atro viscere pascit. Lucr. autem hanc moraliter est interpretatus fab. Iugerum dictum à iunctis duobus actibus quadratis, qui colligunt 240. pedes in longitudine, in latitudine vero dimidium, vt Varro tradit, & Quint. lib. 1. Inst. Iugeri quoque Plin. 18. nat. hist. lib. Cato, & L. Columella in 6. meminerunt. (Aeacus in pœnas) Hic, minos, & Rhadamanthus Iouis & Europæ filij apud inferos iudices sunt, vt in 6. Aen. Seru. docet.

ASCENSIVS.

ASC. PATER Pelopis). i. Tantalus, qui secundum Hom. vsq; ad nasum habet dependentia fragrantissima poma, & ad labia vsq; ascendentia dulcissima flumina, quæ dum captãtur, effigiunt. vnde de fluminibus dicit Horat. Serm. 1. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina quid rides? &c. (Iugeribus nouem. i. Tityus, de quo 6. Aen. Necnon, & Tityon terræ omniparẽtis alumnum Cernere erat, per tota nouum cui iugera corpus Porrigitur. Ordo autem textus est. (Que) Pro &. is supple. (Qui sumus). i. suprema parte sui, hoc est vertice. (Distat ab immo). i. ab ima parte sui. s. à planta pedis nouem iugeris, & præbet aui vulturi. (Assidue). i. sine intermissione rodenti, sequitur Maronem dicentem in sexto: Rostroque immanis vultur adunco Immortale iecur tondens, fœcundaque pœnis viscera rimatur que epulis, habitatque sub alto Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis. dico Maronem imitari, nam Hom. duos vultures sibijnuicem succedentes dicit. (Viscera debita). i. talibus cruciatibus est supp. illic. (Vna de furijs) Tres enim sunt Tisyphone, Alecto, Megera. loqui videtur de Tisyphone. de qua Aen. 6. Continuo sonteis vltrix accincta flagello Tisyphone quatit insultans. (Altera). s. Alecto. (Tertia). s. Megera. (Aeacus) Tres quoque dicuntur apud inferos iudices, qui seuerissimi in Creta iudices fuisse leguntur, Rhadamanthus, Minos, & Aeacus. Rhadamanthus autem dicitur inquisitor, vnde Aen. 6. Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna, Castigatque auditque dolos, subigitque fateri: Quę quis apud superos furto lætatus inani Distulit inseram commissa piaculo morté. Minos iudex. Vnde Horat. Et de te splendida Minos fecerit arbitria. & in eodem 6. Quæsitor Minos vrnam mouet. Aeacus vero excutor. Vnde Iuue. in 1. Quas torquet vmbra Aeacus. Et hoc loco, verum hæc officia confunduntur, ita vt singulis omnia conueniant. (Aeacus transcribet in te pœnas infernales). i. transferri faciet in te.

In te transcribet veterum tormenta virorum:
  Manibus antiquis causa quietis eris.
Sisyphe cui tradas reuolubile pondus, habebis:
  Versabunt celeres nunc noua membra rotæ.
Hic erit, & ramos frustra qui caput, & vndas,
  Hic in consumpto viscere pascet aues.
Nec mortis pœna, mors altera finiet huius.
  Horaque erit tantis vltima nulla malis.
Inde ego pauca canam, frondes vt si quis ab Ida,
  Et summam Libyco de mare carpat aquam.
Nã neq; quot flores Sicula nascuntur in Hybla,
  Quod ue ferat dicam terra Cilissa crocos:
Nec (cũ tristis hyems Aquilonis inhorruit alis)
  Quàm multa fiat grandiue canus Athos.
Nec mala voce mea poterũt tua cuncta referri,
  Ora licet tribuas multiplicata mihi.

ZAR. IN te transcribet) Transducet. verbum antiquum est transcribo, ad Colonias attinens. Virgil. in 7. Aen. Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis. Ser. transcribi tradi. sermo auté hic tractus est de pecunia. nam scribi est dari. Hora. Scribe decé Cenio, non est satis adde Cicutæ. rescribi vero reddi. Horat. Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis. Terent. Argentum illud denuo rescribi iube Phormio. (Frondes vt siquis ab Ida) Mons, & silua in Phrygia Ida dicitur. Hom. 8. Iliad. feratum parẽtem dixit & locum, quem Gargarum vocant: item Ida in Creta. Ouid. Fast. lib. 5. Et Creta nobilis Ida. (Et summã Libyco de

Tot tibi væ miſero venient, talesq́ue ruinæ.
Vt cogi in lacrymas me quoque poſſe putem.
Ille me lacrymæ facient ſine fine beatum,
Dulcior hic riſu nunc mihi fletus erit.
Natus es infelix(ita Dii voluere)nec vlla
Commoda naſcenti ſtella : leuis ue fuit.
Non Venus affulſit, non illa Iupiter hora,
Lunaq́ue non apto, Sol ue fuere loco.
Nec ſatis vtiliter poſitos tibi præbuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioue,
Te fera ne quidquam placidũ ſpondentia Martis
Sidera preſſerunt, falciferiq́ue ſenis.
Lux quoque natalis(ne quid niſi triſte videres)
Turpis, & inductis nubibus atra fuit.
Hæc eſt in Faſtis,cui dat grauis Allia nomen,
Quæque dies Ibin publica damna tulit.
Qui ſimul impuræ matris prolapſus ab aluo eſt,

mare) Lybicũ mare idem, quod Africanum in Aegyptum vſque protẽditus, pauciſſimos ſinus in ſe recepit,vt Plin.in 5.tradit,Libycum à Libye Epaphi filia nomen habet, Africanum vero ab Africa, cui ab Afro Libys Herculis filio nomen eſt inditum,ſi Solino credimus. Andronicus vero Alicarnaſeus ait Oceanũ cõpreſſiſſe nymphas duas Pompholygen, & Parthenopen , ex Parthenope quidem Europem habuiſſe filiam.ex Pympholõge vero Aſiam,& Libyam,vnde orbis partes ſunt appellatæ. (Hybla) Siciliæ oppidum,quod nunc Megara dicitur,ab Hyplone rege dicta, teſte Thucydide, florum copia ac præſtantia nobilis,quibus mel optimũ conficitur.eſt etiam mons eiuſdem nominis in Attica regione,vel Sicula tymo abundans,de melle attico legas.Plin.lib.21.(Terra Ciliſſa crocos)Circa Corycium Ciliciæ crocum optimum habet,inter ceteros electiſſimum,vt Solin.refert.ibi Corycos opp.eſt & ſpecus.Crocum autem adoleſcentem fuiſſe poëtarum fabulæ oſtendunt in florem ſui nominis transſmutatum, ſunt tamen, qui Crocum dictum putent à Coryco Cilicio opp. vt teſtatur Strabo in 9.Parnaſſum celeberrimum Corycium nypharum antrum continere,idq́; & Ciliſcum nuncupatum.(Hyems)Quod tunc multi imbres. hinc hybernaculum hybernum, vel ꝙ anima,qua flatur,omniũ apparet ab hiatu hyems,vt Varro eſt auctor. (Can⁹ Athos) Macedoniæ mons Athos,vt tradit Plin.& ſi Thraciæ quandoque ab auctoribus ponatur, ſæpe & Aemoniæ Seneca in Medea Aemonius illas contulit pelles Athos. altiſſimus autem, cuius vmbra ad Lemnon vſque inſulam protenditur,quæ 86.mil.paſſ.à Macedonia ſeparatur,hinc lib.5. Theb.Stat.Ingenti tellurem proximus vmbra Veſtit Athos, nemorumq́ue obſcurat imagine põtum,à planicie in mare excurrit 75.mil.paſſ.ambitus radicis 150. mil. colligit.hinc Xerxes Perſarum rex continenti abſcidit in longitudine mill.paſſ.(Natus es infelix)Teſte Ariſt.hæc inferiora ſuperioribus coniuncta ſunt,à quibus gubernantur.nam qui ſub bono planeta natus fuerit,felicitatem habet, & contra ſub malo, infelicitatem,ideo dicit poëta Ibidem infeliciſſime natum,in cuius ortu ſtella nulla propitia fuit.(Stella)Stellæ ſunt ſingulares,& erraticæ,quinque,vt docet Macro.& ceteræ,quæ non admixtæ alijs ſolæ feruntur.(Non Venus affulſit) Infra Solem Veneris ſidus eſt cuius naturã prius Pythagoras Samius deprehendit, vt placet Pli.eſt autem Venus frigida & humida quæ ſi in natiuitate alicuius victrix apparuerit,felicitatem illi protendit,vt Haly tradit, ambitum ſigniferi tricenis & duo de quinquagenis,diebus peragit,vt in 2.Plin.ſcr.(Nõ illa Iupiter hora) Infra Saturnũ Iupiter eſt,qui æqualis eſt,tẽperatus,in natiuitatibus ſi bene affulſerit,felicitem facit,mala auerſantur,ideoq́; Saturno cõtrarius duodenis annis curſum ſuum perficit, vt tradit Plin.(Lunaq́; non apto) Lunæ ineſt frigida,& humida natura,quę vt cęleſtibus ſignis cõiungitur,ita operatur, in oĩbus nanq; geminorũ partibus paupertatẽ miſeriã membrorũq́; mutilationẽ facit malum & in Virgine portẽdit,ſicut & in Scorpione, vt Haly tradit curſum peragit ſuũ vicenis ſeptenisq́; dieb⁹,& tertia diei parte,ſiue eclypſim dicit.quoties Lunæ eſt eclypſis in alicuius ortu,malum ei imminet.(Sol ue fuere loco)Omnium planetarũ Sol eſt optimus,per eũ.n.omnia generantur,& felicitatẽ mortalibus tradit, in ſagit

tario

tario malus,ita & in Ariete,uel ét eclypſim potes intelligere, quæ interuẽtu Lunæ fit.Sulpitius auté Gallus,ſi Plin.credimus,apud Romanos cum tribunus militũ eſſet cõtra Perſem regem.Lunæ Soliſque rationem defectus inuenit,apud Græcos uero Thales Mileſius.(Nec ſatis utiliter)Mercurij ſidus dicit admodum humano genere nociuũ,ſi in ariete fuerit,in Geminis,in Cancro,in Sagittario,ac in Capricorno.(Quem peperit Maia) Notum pene omnibus Iouem Atlantis filiã Maiam cõpreſſiſſe,unde & Mercurius natus eſt.(Spondentia Martis)Planetam peſſimum bella,internetiones,& litigia amat,& quando alicuius præeſt natiuitati malũ ſignificat,niſi aſpectũ cum Ioue, aut Venere habuerit. (Falciferiq. ſenis)Saturnus frigidæ, & ſiccæ naturæ melum ferè ſemper facit, ſi in alicuius ortu regnauerit.Hęc eſt in Faſt.cui dat grauis.(Alia nomen) Atti dies habebantur poſt Calendas,id. & nonas,poſtriduani appellati nanque Licinius haruſpex ex ſenatus pręcepto rettulit.Q. Sulpitium trib.pl.poſtridie idus quintiles contra Senones dimicaturũ ſacrificaſſe, ita & ad Cremerã,multiſque alijs in locis infeliciter dimicatum, quare hi dies infauſti habiti ſunt. Aliã autem Plutar.nobis attorũ dierum rationẽ reddit. dicit.n.patrios menſium dies dijs ſuperiores ſacros,ſequẽtes uero inferis,quibus purgationibus maiores quibuſdã utebãtur, & mortuis parentabat,ſic & dies illos tris in menſibus principes feſtos,& ſtatos poſuerunt eos autem,qui ſequuntur tres dijs manibus attributos religioſos & infauſtos habẽdos exiſtimauerunt ait Varro.Dies allienſis ab Allia flu.dictus,nam ibi & exercitu noſtro fugato Galli obſederunt Romam,idemque Liu.in 5.ab urb.cond.& Virg.in 7.docent.& eſt aũt Allia flu.11.lapide uia Tyburina ab urbe diſtans è mõtibus cruſtumeriis in Tyberim defluẽs.

ET erit manibus).i.inferis ſpiritibus,aut animis, ſeu ſi maius animus antiquis, cauſa quietis,quia.(O Siſyphe)Erit ſup.tunc quãdo ibis apud inferos ſup.aliquis.(Cui tradas) .i.tradere poſſis.(Pondus reuolubile).i.ſaxum aſſidue reuoluendum.(Hic).ſ.Ibis.(Erit).ſ. qui Tantali pœnas dabit. Hic incõſumpto &c.).ſ.loco Tityi.) Nec mortis pœnas) Quod in hunc imprecatur poëta nimium uerum experiuntur damnati,qui de calore nimio tranſferuntur,in aquas nimium frigidas,& nouo genere mortis cruciãtur,nec finitur mors morte,ſed continuatur.(Inde).ſ.de infinitis malis.(Libyco de mare)ſic legẽdum eſt, non mari propter uerſum,quod idem alibi quoque inuenies.)Terra ciliſſa) Pro cilicia,facto diminutiuo greco.(Athos)Mons inter Thraciam,& Macedoniam aſſidua grandine. aut niue pulſatus.(Natus es infelix)Docet ex mathematicorum atque aſtrogolorũ diſciplina infeliciter natum,& infauſto horoſcopo,quàm diſciplinam cum diuus Aug.in lib.de ciu.Dei,tum Picus Mirandula in opere contra aſtrologos ualidiſſimis rationibus impugnant,imo expugnant.(Stella cõmoda).i.utilitatem afferens,uel.(Leuis).i. non aggrauãs hoc eſt nulla cõmoda fuit ſed quælibet grauis.(Quem peperit).ſ.Mercurius filius Iouis ex Maia Atlãtide.(Hæc eſt &c.)Docet atram infauſtam fuiſſe,qua natus eſt diem.Ordo eſt. (Hæc).ſ.natiuitatis tuæ eſt dies.(Cui Allia)Fluuius ille.(Grauis).i.moleſtus,& infauſtus. (Dat nomẽ) Quia dicitur allienſis.(In faſtis).i.libris faſtorum,ſeu feſtorum,ubi dies atri notati erãt, ſicut nonnulli Chriſtianorum ueteri ſuperſtitione inducti dies ægyptio notant, ſcribitur autem Allia ſemper gemino ll,& primam producit.licet Seru.aliter ſentiat male allegans illud Lucani,Atque aliæ clades,nam ibi aliæ adiectiuum eſt ab alius.a.um.ut docet Beroaldus in eundem,& hæc eſt dies.(Quæ tulit Ibin) Appoſitorie, q. d. exiſtente publica dãna. Nam quocunque die reſp.grauia damna perpeſſa eſt,is à ter habitus eſt. ASC.

Cyniphiam fœdo corpore preſſit humum.
Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo,
Funereoque graues edidit oro ſonos.
Protinus Eumenides lauere paluſtribus undis,
Qua caua de ſtygiis fluxerat unda uadis.
Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ,
Terque cruentatas increpuere manus.

CYniphiam fœdo) Cynips Garamantum flu. eſt teſte Herod. in 4. à Charitone colle profluens in Libycum mare, inter duas ſyrtes cadit, paſcitque hircos maximos, quibus & nomen à ſe dedit, nam Cyniphii dicuntur. Virgil.Georg.3.Nec minus interea barbas, incanaq; ZAR.

* iunxerunt
* viq.
* mouimus
* cadét
* infesta

Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino:
Hic primus pueri venit in hora cibus.
Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus,
Latrat & in toto verba canina foro.
Membraq. * vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A male deserto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret,
Molle super silices imposuere caput.
Iamque recessuræ viridi de stipite factas
Admorunt oculis * vsque sub ora faces.
Flebat, vt est fumis infans contactus amaris,
De tribus est cum sic vna locuta soror.
Tēpus ī immēsum lacrymas tibi * vouimus istas,
Quæ semper causa sufficiente * cadant.
Dixerat, & Clotho iussit promissa valere,
Neuit, & * infausta stamina pulla manu.
Et ne longa suo præsagia diceret ore,
Fata canet vates qui tua, dixit, erit.
Ille ego sum vates ex me tua vulnera disces,
Dent modo dii vires in mea uerba suas.
Carminibusque meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experier e tuos.
Ne ue sine exemplis æui cruciere prioris
Sint tua Troianis non leuioramalis:

menta Cyniphij tondent hirci, setasq. comantes Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis. Cynips autem in genitiuo facit Cymphis: & sunt tria tantum, quæ cum faciunt nominatiuum in ps, genitiuum mittunt, non vt cetera per b, vel per p, sed p f, Cyniphs phis, catelips phis, sciraps phis. (Nocturnus culmine bubo (Ascalaphus Orphnes, & Acherontis filius, vt in v. Met. Ouid. scr. Proserpinam apud inferos comedisse accusauit quare in bubona versus est. Bubo autem funebris est auis, & maxime abominatus publicis p̄cipue auspicijs, noctisque monstrum, nec cantu aliquo vocali, sed gemitu. Capitolij cællā intrauit Sext. Papellio Istro. L. Pedanio cons. quamobrem nonis Martijs eo anno vrbs lustrata est, si Plin. credimus in x. sic tradēti. (Protinus Eumenides) Infernales furiæ, quæ Eumenides κατ᾽ ἀντίφρασιν appellātur. i. immites. (Lauere palustr. vndis) Nam aqua palustris maculat, viua vero lauat. Virg. (Donec me flumine viuo abluero. (Erebeæ colubræ) Furias etiam dicit, quæ crines anguib. intortos habent. Erebus autem Tartarus in viscerib. terræ est, vbi furiarū sedes. (Terq. cruentatas) Ternarius numerus perfectissimus habetur, ac (vt Arist. inquit in j. de cœlo, & mūdo) dijs immortalib. deputatus. (Vinxerūt) Ligarunt, solebant prisci natum infantem pannis inuoluere, quā consuetudine adhuc obseruamus. (Ferrugine) Mortuorū colore: ferrugo. n. est coloris genus vicinū purpure subnigræ, vt tradit Ser. hinc Virg. Pictus acu Clamydem, & ferrugine clarus Ibera, & alibi. Et ferruginea subnectat, corpora cymba. Ferrumen vero, vt scr. Plin. bitumen est, ferruminatis Babylonis moris, vt dixit Plin. & ferruminare est cōglutinare. (Male (Valde, male, & bene, inquit Donatus, pro valde ponitur sæpissime. male etiam pro non, & magno legimus apud Plaut. (Rogo) Rogus est cum ardere cœperit. Terent. Circū accensos decurrere rogos. (Silice) Silex lapis ex qua ignis excuditur, & communi genere inuenitur. Iuuen. Non mollior silicem pedibus quoque conterit atrum. Ouid. autem fœminino genere dixit. Stabat acuta silex præcisis vndiq; saxis. ignē ex silice primus inuenit Pyrodes Cilicis filius, vt Plin. scr. in vij. (Stipite) Stipes stipitis trūcus est arboris. Cic. Nullius aūt Agricolę culta stips tam diuturna, quā poëtæ versu seminari potest, græce dicitur στύπος vt apud Orpheū μέσσον δ᾽ ἠερόμηκες ἐπὶ στύπος ἄλσεϊ πολλῷ. stipē vero numum signatum esse Var. & Festus docēt, à quo stipendium deductum. (De tribus) Tres sorores esse poëtę tradūt in quarum manibus fata hominū sunt constituta, quas parcas κατ᾽ ἀντίφρασιν appellāt, singulæ uero, quod peragant, habent. Cloto baiulat, Lachesis filat, Atropos autem filium frangit, ita, vt cū alicuius fila disruperit, morte moriatur. Dictaq. est Atrops ab à priuatoria particula, & τροπὴ cōuersio, quasi ad nullius cōuertatur p̄ces. (Mouimus) Admouim⁹, vel excitamus. (Cloto) quæ vna
est

est ex parcis, ut docuimus. est & nympha marina eiusdẽ nominis apud Virg. Magniq́. iubebo æquoris esse deas, quales nereia Clotho, Et Galatea secãt. (Stamina) A stãdo stamẽ appellatur, ꝙ stat in tela uelamentũ. Var. (Præsagia) Diuinationes, sagis dicit Lact. diuinis. hinc p̃sagia mẽtis diuinatioues. Sagum gñe neutro est genus panni. Sagariã factitare apud Iurisc. est uendere, & sagari apotheca. dr̃ p̃sago his. dicit Caper. Cic. aũt p̃sagio. Saga, inquit Festus, dr̃ mulier perita sacrorũ, ut uir sapiẽs ꝓducta à syllaba ꝓ ambiguitatẽ euitãda. sagaces dñr, solertis acuminis ut ẽt canes indagatores sagaces sunt appellati. (Vates canet) Poëtas uates appellabant à uersibus uiendis in poëmatis. Cum scribã, ostendã corpore tartarino prognata palude uirago. Var. (Rata) Firma, stabilia. (Aeui) Aeuũ ab ætate omnium annorũ hinc æuiternũ græci dicunt αἰὼν vt scrib. Var. (Troianis malis) Notum est Troiæ excidiũ ex lectione tum græcorũ, tum etiam latinorum, quare prætereundam hist. censeo.

CYNIPHIAM &c.) Bonæ sunt Calderini rõnes. Nam illic hirci abundãt, unde in Georg. Cyniphij tondẽt hirci. Errãtes aũt olentes dñr hircum olere. Hor. j. Serm. Pastillos Ruffinus olet Gorgonius hircũ (Palustribus undis) Quæ nõ purgant sicut aquæ currentes, quas viuas vocat Maro dicens Aen. ij. Donec me flumine viuo abluero. (Quæ vnda caua) .i. obscura, & nubila, aut euaporata extracta pura aqua per exhalationẽ. (Erebeę) Erebus dictus est locus obscurus inferni, aut ipse infernus, & scribit̃ à doctorib⁹ sine h. (Gutturaq́. imbuerũt) Docui alibi hoc, e, in hac tertia persona sępe correptũ inueniri, sed quandã celeritatẽ figurari. vt in Bucol. Matri longa decẽ tulerũt fastidia mẽses, in Georg. Miscuerũtq́. herbas, & nõ innoxia verba, & Aeneid. Obstupui, steteruntq́. comę &c. non est aũt legendũ imbuerint, vt alia docent verba. (Pannis tinct. fer.) Ferrugo est purpuræ Hispanicæ genus, coloris fusci, atq; subnigri. (Rogo male deserto) .s. priusq̃ cadauer hominis dãnati penitus exustũ esset. Vnde panniculos semiustos, & fumosos, atq; ob id ferrugineos, nutricẽ Ibidis subtraxisset dicit. (Caput molle) Quia infantis, sed id quoq; notam habet. filices aũt durissimi sunt lapides. vnde ignis excuti solet. (Iamq́. reces.) .s. colubrę infernales. i. cũ recedere vellent. (Admorant) Pro admouerunt, & applicauerũt. (Oculis) .s. Ibidis pueri. (Vsq; sub ora faces factas de vir. stip.) Vt fumo cruciaret. (Vna sor. de trib.) .i. vna parcarũ, q̃ tres sorores sunt. & fata hominũ ordiuntur: Fertq́. colum. (Clotho) Achesis trahit Atropos occat. (Pulla) .i. nigra. (Stamina) Vnde in Georg. Reijce ne maculis infuscẽt vellera pullis. Inde pullati dñr vestibus lugubribus quæ nigræ sunt induti. (Præsagia dñr) Quæ sagaciter prę-notata sunt, sed sagio & pręsagus, atq; præsagiũ, sa, syllabã procunt, q̃ sagax corripit. (Facta can.) Ordo est. Ipsa dixit. (Vates erit) Qui canet tua facta. (Ille ego sum vates, ex me) .i. ex carmine meo, nõ ex me ipso, quasi ipse sit pro exẽplo, qđ aduersarius magno fortassis meretur. (Ne ve sine ex.) Incipit commemorare mala, quæ alij passi sunt, imprecans ea in caput aduersarij Quia vero historię, & fab. graphicæ recitãtur à Calderino, dicã ordinẽ, qui talis est. (Ne ue) .i. ẽt, ne, vt accipiatur, ne, pro ẽt, sicut, vel, accipi solet, quia aliter ne ue semel positum non congruere vr̃ principio orationis. (Igitur etiam ne tu crucier) .i. torquearis sine exẽplis prioris æui. i. vt crucieris ad exempla eorũ qui fuerũt in priore, hoc est prisco, ęuo, & seculo, tua mala sunt non leuiora malis. Troianis, quæ magna nimirũ fuerũt. quia Troiani decenna in bello vexati tandem funditus exterminati sunt, & Troia radicitus euersa. ASC.

Quantaque clauigeri Pœantius Herculis heres,
Tanta venenato vulnera crure geras:
* Nec leuis doleas, quàm qui bibit vbera ceruæ,
* Armatusque tulit vulnus inerme potens.
Quique ab equo pręceps alienis decidit, aruis

HErculis) Her. Iouis & Alcmena filius fuit dictusq́. Hercu. quasi ἥρας κλέος .i. Iuno. gloria. (Pœantius Herculis) Philectetes Pœantius filius ex Meliboea vrbe compulsus ab Herc. iurare corporis sui reliquias nõ indicaturum, ab ipso pro munere sagittas felle Hydræ intinctas accepit, sine quibus Troia capi non poterat. inuentus est Philoctetes hasce habere sagittas, & coactus Her. Tumulum manifestare, locum aũt, ne peieraret, pede percussit à Græcorum itaque duribus Troiam ductus est Philoctetes, solus. n. huiuscemodi sagittis vti poterat. forte per sagittam ZAR.

* Ne ue minus
* Quitu litarma ti vuln⁹ inermis opem.

ipsius est peruulneratus,uel,ut alij,crus,quo est[uulnere intollerabilis effluxit fęter,quamobrē Græci auctore Vlysse ipsum in Lemno reliquerūt,quod Ouid. tetigit in Met.alij ictū serpente tradunt,& Machaone curatū.Propert. Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon. nonnulli telo percussum,à Machaoneq; sanatum,& Troiam profectū uolūt,alij post Troię euersionem Calabriā uenisse affirmant, & Petiliam, ac Turinam condidisse. Virg. Hic illa ducis Melibœi Parua Piloctete subnixa Petilia muro,& alia Sagius Proclus, & Por. Hom. comment.scrib.de Philoctete quoque Soph.& Seru.(Crure)Crura partes tibiarū anteriores sicuti posteriores suæ.(Nec leuius doleas) Apud quēdam uetustissimum interpretem legem est Calydoneum, & Dareum fratris fuisse, Thaletis filios. solebat Dareus lacte ceruæ homines interficere,à suis postremo armis circunspectis eodem genere mortis, quo multos enecauerat,& ipse coactus est mori.Idq; approbat Euphorionis testimonio,cuius sunt uersus.Lac ceruæ potando suos Dareus perimebat:Exemploq; suo potu peremptus eodē Ego autem propter sequentē uersum Telephum intelligo.At si duplicem historiam his duobus carminibus intellexerimus,nō sanè ab re uideri debet.hunc igitur Telephū, docēte Diod. Herc.auge.Alei regis Archadiæ filia in Parthenio monte peperit, ibiq; eum reliquit, quē postea pastores regis Corinthi ceroam exhibitio ubere nutrire inuenerunt,infantemq; ad regem,detulerunt,qui ut filium sustulit,ac Thelephū,quasi à cerua nutritū appellauit τέλεφ☉ enim cerua est,cum autem adoleuisset,matrē constituit inuenire quare Apollinis Delphici oraculum consuluit à quo ad Theutrantē regem in Mysiam iussus est proficisci, ubi matrem reperit,ipse in magno honore à rege propter Herculem parentem habitus est, cui Argiopem Teuthras filiam despondit,heredemque, quia liberis masculis carebat regni fecit.Telephus autem,quo tempore bellum Troianum exarsit,in Mysia regnabat.quo Gręci cū appulissent,inermesq; è nauibus exilijssent,uim eis intulit, uade ab Achille in sinistro femore fuit uulneratus,cumque sanari minime posset, Apollinem consuluit,qui respondit iterum ab Achille uulnerari oportere, à quo rursus uulneratus conualuit, ut alibi Ouid. Vulnus Achileo quæ quondam fecerat hosti: Vulneris auxiliū Pelia hasta tulit. Claudianus aūt ab Achille herbis sanatū tradit.Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis, Cuius pertulerat uires,& sensit in uno Letalem,placidamq; manum,medicina per hostem Contingit,& pepulit,quos federat ipse colores. Quid uero Plin.sentiat,apposui. Est & rubigo, inquit,ipsa in remedijs,& sic Telephum proditur sanasse Achilles, siue id ærea, siue ferrea cuspide fecit,ita certe depingitur,eā decutiens gladio.(Vulgus inerme) Quia,ut diximus, Græcos,qui sine armis tunc erant,inuasit, legitur etiam uulnus. (Quique ab equo) Bellerophontem dicit.hic genere quidem Neptuni, nomine autem. Glauci filius primū hipponus dictus,ab interfecto dehinc corinthio Bellero Bellerophon,siue (ut alij uolunt) Bellerophontes est appellatus,qui ob cędē(si Asclepiadi credimus) In pedes se dedit,accepto Pegaso equo à Neptuno,quo argos ad Prœtum regem peruenit, qui ipsum hospicio suscepit, cuius amore regis uxor Sthenobœa,uel,ut placet Hom. Antia Iobatæ regis,siue Eurię filia deperibat.quare mulier amoris impatiens ipsum in suā trahere sententiā est conata, quod cū impetrare nō quisset,marito Bellorophontē est criminata,persuasus Prœtus sceleris, ne hospitalitatis ius uiolare,ad Iobatam socerū,uel Euriam in Lyciam, cū literis, quibus res continebatur occidendum misit,quo cum mature inscius tanti mali Bellorophon se contulisset:Iobaten,aut Euriam magnis per nouem dies(ut Hom.ait)sacrificijs uacantem competit,quibus exactis literas legit,inde iram,odiumque,dissimulans,uarijs ipsum periculis tollendum opposuit, cum Chimæra primū certare iussit,monstro admodū timendo cuius tradente Home.in lib. vj. Iliad. hæc erat forma, πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. quē uersum Lucr.uertit Prima leo postrema draco,media ipsa Chimęra,quo superato contra Solymos ferocissimum bello populum missus uictor redijt,inde occisis Amazonibus insidiantibus ei hominibus regis iussu interfectis,in generum tot rebus gestis à rege asciscitur, data Achimene filia, uel (ut alij tradunt) Cassandra uxore, ex qua Isandrum Hippolocum,& Laodomiam, quæ ex Ioue genuit Sarpedonem, filios habuit. Bellorophontes autem post fontis inuentionem, euolare in cœlum uoluit cumque ex alto despiceret perterritus decidit. Ac ita perisse Hygin.ostendit, equus uero inter sidera est à

Ione conſtitutus. At poëta Gallus his carminibus ipſum caput fregiſſe ſcrib. Bellerophon monſtrum potuit ſuperare chimæram: Et fregiſſe caput dicitur ipſe ſuum.

ET geras) Supple in crure venenato.i.venenatis ſagittis infecto. (Tāta).i.tam magna & A S C.
ſæua vulnera. (Quanta ſup.geſſit. (Pæantius).i.Philotectus filius Pœātis, vt atteſtatur Ser. & Seneca dicens in Hercule furente in perſona Herculis ſagittas porrigentis. Accipe hæc ſate pœante dona munus alcidæ cape. Nec fallat vnquam dextram hic arcus tuam. Librate tela didicit, & certam date Fugam ſagittis, ipſa non fallunt iter Emiſſa neruo tela. Pæātius igitur.i.Philoctetes. (Heres).i.ſucceſſor in poſſeſſiue arcus, & ſagittarum. (Herculis clauigeri).i.clauam gerere ſoliti. (Nec doleas leuius) Quam is ſupple. (Qui bibit vbera ceruæ, ſup.doluit videlicet Telephus, de quo Horat. Telephus & Peleus, cum pauper & exul vterque, &c. (Et qui potens, & armatus tulit vulnus inerme) Allatum.ſ.ab Achille inermi, prę ter haſtam, niſi l gendum eſt armatiq; tulit &c. (Quique).i.& quam is qui, hoc eſt, & non doleas leuius imo grauius, quam is, qui decidit. (Præceps ab equo).ſ.pegaſo alato. (In aruis alienis) Videlicet Bellerophon.

Exitio facies cui ſua pene fuit,
Id qđ Amyntorides uideas, trepidusq; miniſtro
Prætentes baculo luminis orbus iter:
Nec plus aſpicias, quàm quem ſua filia rexit.
Expertus ſcelus eſt cuius uterque parens.

FAcies) Vniuſcuiuſq; rei apparentia facies appellatur. Z A R.
Quare hos hominis facies dicitur, vultus autem à volendo deducitˉ. (Id quod Amyntorides) Amyntor Ormeni filius ex Hippodamia Phœnicem filium habuit, hunc cum Clytia patris Pellice rem habuiſſe Hom. tradit matre ſic volente, quod cum pater reſciuiſſet, in filium eſt imprecatus, vt nūquam filium ſuſciperet, quod Plutonem, ac Proſerpinam audiſſe apud Hom. Phœnix vult, alij obcæcatum tradunt. hic ad Peleum patrē Achillis profectus eſt, quem Chiron cētaurus ſanauit. Propert. Sanauit crura Machaō, Phœnicis Chirō lumina Phillyrides, & Achilli præceptor eſt datus, cum qđ ad Troiā iuit. (Orbus) Quicunq; re aliqua cara priuatur, orbus dicitur. (Iter) Dicitur, & itiner, vt admonet Priſcianus. (Nec plus aſpicias) Hic eſt Oepidus, cuius geneologiā altius repetamus. Iupiter Hellen genuit, Helle Belū, Belus Abātē, Abas Agenorē, Agenoris fuere filij Europe, Cilix, Baſſus, Phœnix, & Cadmus, Cadmi Polydorus, Polydori Labdacus, Labdaci Laius, Lai Oedipꝰ qui ex matre Locaſta Creōtis filia Etedelē, Polynie, Antigonē, & Iſmē habuit filio. pater Oedipi Laius Thebarū rex oraculo cōſulto an filios eſſet habiturus huiuſmodi ab eo accepit reſponſum teſte Aſclepiade in tragœdia Λαΐε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον. αἰτεῖς, Δώσω τοι φίλον υἱόν, ἀτὰρ πεπρομένον ἐστὶ Σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φαός, ὡς γὰρ ἔνευσε Ζεὺς Κρονίδης τέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας, Οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν, ὁ δ' ηὔχατο σοι τάδε πάντα.i.Lai Labdacide filiorū genus luculentum quæris? dabo tibi clarum filiū, ſed in fatis eſt tui filij manibus linquere vitā, ſic.n.annuit Iupiter Saturnius Pelopis infeſtis imprecationibus perſuaſus, cuius earū rapuiſti filiū, hi : aūt precatur eſt hæc tibi oīa. quare perterritus Laius, quos vxor filios procrearet, iuſſit interfici, natus eſt autem puer, quem perforatis pedibus, ſi Statio fidem adhibemus, ac Aſclepiadi, parētes regio paſtori interficiendū dederunt, qui ipſum ad arborem vimine ſuſpēdit, quemadmodum etiam ipſe Stragicus Seneca teſtatur in Oedipode; Me Deo teſte dānauit parēs. Calidoq; teneros trāſtulit, ferro pedes, Et in alta memoria pabulum immiſit feris. Diod. autem nō ligatum vimine, dicit à paſtore, ſed traditum Polybiæ mulieri nutriendum, qui cū adoleuiſſet, certior de ſua expoſitione factus, Apollinem de parentibus conſulere decreuit, ad quem forte & Laius proficiſcebatur, vt de expoſito infante aliquid cognoſceret, cumq; inuicem ſibi in Phocide obuiaſſent, iuſſit rex ſuperbe de via Oedipum decedere, indignatus Oedipus patrem interfecit, inſcius tamē parentē eſſe, deinde ſuperata Sphyngæ, regnum Thebarum adiuit, ac matrem duxit vxorē, ex qua (quos diximus) Filios habuit, qui cognito facinore patrē pudore detinebant domi, ita Diod. at aliter diſcimus ab Aſclepiade, Sen. & Statio, qui omnes Phorbantem Polybi regis Corinthiorum paſtorem infantem ligatum tradūt inueniſſe pedibus tumefactis. & ideo

Oedipus

Oedipus dictus ἀπὸ τοῦ οἰδήματος καὶ ποδὸς.i.à tumore peditũ,qui pastor infantẽ ad Meropem regis coniugem dono dedit,quem ipsa,& uir,quia carebant sobole, ut filium nutrierunt,prouectus ętate Oedipus audiuerat ab oraculo,ut ab se pater occidendus esset? & sibi mater nubere,credens ipse qui nutrierant,ueros parentes esse aufugit,& forte Laium patrẽ uenantem offendit,quem sibi de præda obseruantem peremit, & Thebas uenit, ubi rex factus uxorem matrem accepit,quam ob rem cum resciuisse, mortem sibi consciscere uoluit, sed hoc à suis percepto,ferrũ occultatũ est,ad ipse sibi oculos digitis eruit,& se præcipitẽ de rudipe aliqua dare uoluit,sed ab Antigone filia,quæ ipsum semꝑ comitabatur,est ꝓhibit⁹.

ASC. CVI sua facies fuit pene exitio).i.causa exitii,& mortis, quia ob eam à Sthenobœa ad stuprum interpellatus eum recusaret,criminatus ferè exitio datus est.(Et uideas)Id supp. (Quod Amyntorides).i.Phœnix Amyntoris filius sup. uidit,uidelicet nihil boni,quia cæcus effectus post exilium est.(Et tu orbus luminis).i.priuatus uisu.(Prætentes iter trepidũ baculo ministro).i.quo ducaris præ inopia loco ministri,cũ ministrũ non habeas. (Nec aspicias plus quã)sup.Tiresias uates Theban⁹ & Cæcus.(Quẽ sua).i.ipsi ꝓpria filia rexit.

Qualis erat postquam est iudex de lite iocosa
Sumptus.Apollinea clarus in arte senex.
Qualis & ipse fuit,quo præcipiente columba
Est data Palladiæ præuia,duxq; rati.

ZAR. QValis erat postquam)Tiresis Thebanus filius Chironis,& Cariclus,Apollinis, siue Perii, aut ut alii Oceani , cum geminos serpentes in Cyllene monte Arcadiæ calcasset,per septennium fœmina est effectus,rursus iisdem uiolatis serpentibus, docente oraculo in pristinam est formam restitutus.docet in 7.nat.histo.Plin. non esse fabulosum mares in fœminas uerti,& contra,cum Licinio Crasso.C.Cassio Longino.Cosm.Casini puerum factũ ex uirgine sub parentibus,iussuq; aruspiciũ deportatum in insulam desertam, in annalib.legerit.ipse quoque Plin.in Africa uidisse scr.nuptiarũ die L. Cossiciũ ciuem Tisdritanũ in fœminam mutatã.hic igitur Tiresias de lite iocosa iudex fuit,Iunonis inq̃ &Iouis, utrum maior maris,an fœminæ esset libido,ut abunde ab Ouid.in Met. scr. pro Ioue sententiam tulit,quare à Iunone oculis,& manibus fuit priuatus,teste Lact.Iup.aũt pœnã est solatus honore,uaticinandi.n.scientiam ipsi dedit,utq́ue nouẽ secula uiueret multa est uaticinatus,& Thebarum excidium,qui etiam ciuibus,ut urbem linquerent,persuasit,cũ quib. & ipse in Tilphosium Bœotię locum aufugit.ex Thebanis,qui in Tilphosium confugerũt, Tiresias defunctus est,quem sui ciues magna pompa sepeliuere.filiam habuit Daphnẽ quæ & Sibylla dicta est:Dio.habes auctorẽ, copiose hanc hist.aggressum. (Apollinea) siue quia Ariolandi ipsi attribuitur potestas,siue ꝙ,qui nascitur Leone transcendente in horoscopo Apollinis.i.solis.(nam idem est)Dicitur ab estronomis futura facile cognoscere. (Qualis & ipse fuit)Variam de Phyneo legimus hist.quam in uerba paucissima conferã . Phœnicis filius fuit Cilix,Phineus, & Doriclus,Athimus autem nomine potius,quã re,Phœnicis filius dictus,nam Iouis fuit,regnauit aũt Phineus in Paphlagonia,teste Hela. in hist.si uero Seru.astipulamur,in Arcadia,qui priuatns oculis fuit,ut quidã perhibent à sole , ꝙ diu cõquestus fuerit uiuere,q̃ uidere,ut autem Apollini interpres scri. ꝙ insidiatus Perseo fuerit Orpheus uero his carminib. aliter de Pithynia locutus sentire uidetur ἔντα τότ' αἰνόγαμος φινεὺς ὑπερήνορι θυμῷ δοιοὺς ἐξαλάωσε γόνους προβλῆσι τὲ πέτρες θηρσὶν ἑλὼρ προὔτυνε γυναικῶν εἵνεκα φίλτρον τοὺς δὲ καὶ ἀσκητεῖς ὁπωπότας αὖτις ἔτευζαν παῖδ' ἐκλυτοῦ, βολέου, φινεῖ δ' ἄρα ὤπασαν ἄτυν ἀργαλέοιο κότου φατὸς δ' ἀπενύσφισαν αὐγάς.Vbi nunc matrimonio grauis Phineus insolenti animo geminos eiecit in prærupta saxa feris exposuit mulierũ causa amorum,hos porro illæsos,& spectantes rursus constituerunt filii inclyti Boreæ.at Phineo præbuere ærumnam infestæ iracundiæ,& acie oculorũ priuauerũt. Sophocles ait duos ex Cleopatria filios Oartũ,& Chramẽ inquantũ,ꝑꝑ nouercæ calũnias excæcasse, & ipsum iõ à Ioue orbatũ.Apollonius id mali subiisse tradit,Harpyis inferentib. ac eius mensam ꝑpetuo ĩquinasse.Sophoclis & Apollonii opinionẽ Ser.mihi uidetur secutus, addit etiã Harpyias expulsas à Zete,Et Calai alatis Boreę & Orithyiæ filiis,q̃ Phineũ infestabãt , quasq;

ad

ad Plotas vſq; inſulas gladijs ſint perſecuti,quæ inſulæ poſtea Strophades ſunt appellatæ, quia ab Iride iuuenes admoniti fuere,ne vlterius Iouis canes inſectarentur quorũ conuerſio.i. ſtrophe inſulis nomen dedit,quo beneficio deuinctus Phineus argonautas admonuit, vt columbam datam à Pallade ſequerentur,ne in ſaxa Cyanea inciderent,quæ etiam Symplegades nuncupantur.at Orpheus non dicit columbam ſed herodium auem.tres herodiæ aues ſunt quemadmodum Porph.contra Zoilum Hom.ſcripta carpentem oſtendit, Pigargumq; nomine heroidum Argonautis datum legimus. de Phineo Diod. aliam refert hiſt. quam ne modum in hac fabuloſa recenſenda hiſt.excedamus, omiſimus narrandum. poteris tute ipſam ex Diod.cognoſcere in 5.lib.eius hiſt. vbi argonautarũ meminit. (Palladiæ rati) Argo nauis dicta ſiue,vt Diod.innuit,à conditore ſiue à velocitate ſua,quæ arte Palladis facta fuit.hinc ratis Palladia dicta, ſiue quia (vt aſſerit Apollonius) conſtructa fuerit apud Ictonem locum in Bœotia,vbi templum Palladis. Alexander vero Palladũ Ictonem appellari ſcrib.quia Icton filius amphictionis vrbem in Theſſalia fecit ſuo nomine dictã, vbi egregium erat Palladis templum iuxta quod argo fuit conſtructa.

SVMPTVS) .i.aſſumptus,& effectus.(Senex clarus in arte Apollinea).i.diuinandi, ASC. in qua Apollo præſtitit,& quam illi Iupiter ob ſententiam pro ſe contra Iunonem datam cõtulerat.Et ſup.ſis talis.(Qualis fuit ipſe).ſ.Phineus cæcus.(Quo prçcipiente).i.ex cuius præcepto.(Columba eſt data præuia, & dux rati Palladiæ) Videlicet argonaui, qua argonartæ vehebantur.hiſt.recitat Calderinus,

Quiq; oculis caruit, ꝑ quos male viderat aurũ,
Infe ias nato quos dedit orba parens.
Paſtor vt Aetnæus,cui caſus ante futuros
Telemus Eurymedes vaticinatus erat.
Vt duo Phineidæ,quibus idem lumen ademit,

QVique oculis caruit) Rex ZAR. Priamus Polydorum filiũ ex Hecuba Dimantis filia belli Troiani tempore magna auri copia miſit ad amicum Polymneſtorem Thraciæ regem nutriendum ac generum, vt tradit Seruius,nupſerat enim Ilione Priami filia.hic Troianis rebus ruentibus puerum auri cupiditate obtruncauit,atque in littore inſepultum reliquit, licet aliter ex 3. Aeneid.cognoſces. Hecubata mactata filia Polyxena ad Achillis ſepulchrum,vt iuſſerat, cum querelas, & lamentationes in littore ſuas recenſeret, filij cadauer vidit, à quo etiam, quemadmodum Polymneſtoris inſidijs iaceret,percepit.indignabunda hecuba rem tamen diſſimulans, regem de re ſecreta alloqui eſt commenta, cui & theſaurum tradere velle dixit, qui ſubito Hecubam adit,à qua & famulis in lecto eſt per blanditias collocatus, enſisque lateri ipſius hærens abductus, ac poſtremo oculis priuatus. (Inferias) ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur.inferiæ dicuntur,vt auctor eſt Seruius. (Paſtor vt Aetnæus) Polyphemus Cyclops Neptuni filius ex Thooſa Phorcynis filia,eo,quem infronte tantum habebat, oculo ab Vlyſſe exutus fuit,de quo fabuloſa à poëtis proditur hiſt.errauit Vlyſſes poſt Troiæ excidium per decem(vt ab Hom.perhibetur)annos fluctibus,& tempeſtatibus ad diuerſa, loca agitatus,in Siciliam quoque ad Polyphemum peruenit,qui in antro Aetnæ montis habitat,cuius ianua ingenti lapide claudebatur.hic humanis carnibus veſcebatur, & lacte, magnam nanque gregis copiam paſcebat.ſcrutatus de loco Vlyſſes Cyclopem additis precibus,vt ſibi naufragio,locorumque inſcio opem ferret, minitabundus Cyclops reddit reſponſum,maiorem ſe quàm Iouem prædicans,ac illico duobus ex Vlyſſis ſocijs ritu belluæ deuoratis (duodecim enim ſocios ſecum duxerat, viniqueoptimi amphoras) Duos etiam mane ſequentis diei abſumptis,totque ſero veniente, quodque Vlyſſes nomen eſſet interrogauit,qui Vtis ſe dixit nuncupati,id eſt nullus,vltimus autem comederis, Vnoculus reſpondit. Vlyſſes vero qui ſuapte natura callidus fuit,tunc vero timore, omnes conſtruxit in Cyclopem dolos, nec tamen eum fefellit opinio.nam ipſum vino ebrium reddidit, quem (vt ebriorum eſt praua conſuetudo)vino ſepultum,torre oculum eruit,at manus noſtras non effugies Cyclops inclamauit.emiſſis itaque ad paſtum pecudibus, ſingulas tangebat,ne Vlyſſ.vna abiret.non tunc immemor aſtutiæ Vlyſ.fuit,indutus enim pecudum pel-

libus

libus cum socijs effugit. Non pellibus indutum Vlys. leges, vt nugantur triuiales, sed cõiunctis paribus ouibus sub earum aluo grediens aufugit, vt testatur Hom. in Odys. (Telemus Eu.) Telemus cyclops Neptuni filius fuit, & omnes cyclopes creduntur fuisse, celeberrimus sui temporis vates, qui Polyphemo prædixit phore, vt ab Vlys. obcæcaretur, vt scr. Theo. & noster Ouid. in 14. Met. Telemur interea Siculum delatus in æquor. Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, terribilem Polyphemon adit lumenq;, quod vnum Fronte geris media, rapiet tibi dixit, Vlysses. (Vt duo Phineide) Crabes, & Oarthes, filij fuere Phinei, à quo sunt obcæcati. superius hanc de Phineo locuti, copiose narrauimus historiam.

ASC. QVIQVE oculis caruit) Adducit alia cæcitatis, & incommodorum aliorum exēpla, quæ in Ibin continuo imprecatur. Ordo est, à superiori: Et sup. sis talis, qualis fuit is. s. Polymnestor rex Thraciæ (Qui caruit) Immo priuatus fuit oculis. (Per quos viderat male) .i. cum auaritia nimia. (Aurū). s. à Priamo cum Polydoro apud eū depositum, vnde Aen. 3. Polydorū obtruncat, & auro Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? (Quos). s. oculi Polymnestoris. (Parens). s. mater. s. hecuba. (Orba). i. priuata filio. s. Polydoro. (Dedit nat. infe.). i. pro sacrificio inferis accepto, ac manibus eius. Et sup. sis. Vt pa. Aetn.). s. Polyphemus, qui in Aetna mōte oues pauit vbi ab Vlys. stipite ficulno adusto excæcatus est, vt Vir. Aen. 4. scr. (Cui Thelemus Eum.). i. vates ille inter Cyclopas (vt Hom. dicit) peritissimus. (Erat va.). i. profetauerat. (Ante). i. priusq̃ euenirent. Casus futuros). i. amissionem oculorum vnde de eo dicitur Mat. 13. Telemus Euripedes, quē nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit, lumenque, quod vnum Fronte geris media, rapiet tibi dixit, Vlysses, Et supple sis cæcus. (Vt duo Phineidæ). i. filij Phinei. (Quib⁹ idē, qui de. lu.) .i. visum, videlicet Phineus rex pater eorū per significationē. (Ademit) .i. abstulit lumen.

Quid dedit, & Thamiræ Demodociq; caput.
Sic aliquis tua membra secet, Saturnus vt illas
Subsecuit partes, vnde creatus erat.
Nec tibi sit timidis melior Neptuno in vndis,
Quàm cui sunt visæ frater, & vxor aues:
Solertique viro, laceræ quem fracta tenentem

ZAR. TAmyris) Tamyris fili⁹ Philamonis fuit, vt scribit Porphy. & Arsij nymphę, licet Euse. Ammonis dicat, qui à Lino musicam optime exdoctus, cum reuerteretur ex Oechalia vrbe ab Enryto Oecalio, musas ad Dorion obuias habuit, quibus suauius se, quam ipsas canere dixit, ad quam insolentem vocem stomachatæ Iouis filiæ, cytharam & communem hominis sensum ei abstulerunt, quemadmodum Hom. ac Dio. scrib. alibi quoque Ouid. Quid miserum Thamyrin picta tabella iuuat? & propter. Me licet & Thamyris cãtoris fata sequantur: Nunquam ad formosas inuide cæcus ero. legunt nõnulli Thamyram. quod minime à nobis probari potest, cum vbiq; in emendatis codicibus Thamyris inueniatur, ita præceptor noster admonuit. (Demodocique ea.) Ad mensam Alcynoi Phœacum regis ab Home. inducitur Demodocus Martis, ac Veneris cantans adulterium. Quem bono, maloque est prosecutus. lumen enim ademit, præstantem vero Cytharœdum effecit. (Sic ali. tua men. se. Sa.) Cœlū, & terra plura genuerunt filios, sicut apud Hesiodū legere est in Thogonia, horum etiam Saturnus filius dicitur, qui, cum pater genitalia denudasset, ea falce amputauit, vnde nonnullæ sanguinis guttæ exciderunt, quas terra collegit, ex quibus postea & furiæ, & gigantes, & nymphæ, quas Hesiod. medias appellat ortæ sunt proiecit in mare autem Saturnus virilia, quæ eum aliquandiu errassent, spumam facere, ex qua nata Tenus d., sed hæc omnia physicam in se cõtinent rationē. (Nec ti. sit tu.) Ceyx Luciferi filius Trachiniæ telluris rex fuit, vt in Met. legitur, qui Alcyonē Aeoli filiam coniugem habuit. cum id ad clarum oraculum iuisset, oborta tempestate obrutus est, at Alcyone quæ (teste Porph.) Cleopatra dicebatur, viri naufragij inscia singulis dieb⁹ Iunoni vota pro Ceycis reditu persoluebat miserata est dea frustra mulierem pro coniuge laborare. Irim ad somnia demisit, vt Alcyoni casum coniugis significaret, quæ Morphea ad Alcyonem accelerarunt. hic Ceycis sumpta imagine noctu quiescentem adijt Alcyonem quam de naufragio certiorem fecit, corpusque in littore

errare

errare docuit.experrecta ipsa mane ad littus se ꝓripuit, vbi viri corpus vētis, & vnda agitari vidi. quare mare insiliēs vt cadauer arriperet, auis vna cū Ceyce effecta est, quæ Alcyō appellatur, à nostris Alcedo. media hyeme in mari parturiūt oua, tum tam tranquillum, quā quid mirandum est, redditur mare per 7. dies, hos solēt nautę dies Alcyonios nuncupare, vt auct. est Var. (Frater & vxor aues) Dædaliō Ceycis frater filiā habuit nomine Chionē formosissimā, quam Apollo, & Merc. compressere & nati sunt gemelli, Apollini Philemon, qui musica claruit patrē imitatus, Autolycus aūt Merc. fur nobiliss. suam ꝑferre Chione formā Dianæ ausa est, à qua est sagittis interempta, cuius in rogum pater Dædalion præ dolore se voluit immittere, at prohibitus in Parnassum montem abiit, vnde cū se præcipitē dedisset, in volucrem ab Apolline est mutatus scr. Ouid. in Met. Miseratus Apollo, Cum se Dędaliō saxo misisset ab alto fecit auem, & subitis pendentē sustulit alis. & quæ sequunt. (Solertiq; vi.) Astuto, & callido. & Vlyssem dixit, quem (vt in 5. Od. Hom. tradit) effesso Polyphemo oculo, Neptunus maris Deus, diu fluctibus agitauit, ne inultus filij esset, naufragiū quoq; facere cōpulit, actumq; de Vlyss. tunc fuisset, in matura Dea periclitātem, quæ in mergi forma apparuit, adiuuisset, cui Credēnon ornamentū capitis, (vel vt alij volunt) ornamentū quoddā tradidit, quo enataret, ꝑuenit itaq; Itachus nō sine magno labore ad Phæacū insula, & pudēda Credenno (nudus.n. erat) celabat, quē in littore Nausica à regis Alcyoni filia cū aspexisset, ei vestimēta præbuit, & ad regem duxit, à quo honorificētissime susceptus est.

ET) Sup. sis. (Vt caput Thamyræ) Illius vatis à musis excæcati. (Et Demodoci) Illius optimi musici cæci, per quem Hom. seipsum significasse putatur, fuit enim & ipse cæcus, & poëtarum optimus. (Et aliquis) Quicunq; is sit. (Secet). i. intercidat. (Sic tua membra) Potissimum virilia. (Vt Saturnus subsecuit). i. sub illis existēs, aut clāculum secuit. (Illas partes vñ erat creatus). i. virilia patris sui Cœli, quæ in mare proiecit, & ex spumis eius, illisq; nata est Venus. (Nec Neptuno sit timidis melior). i. benignior & fauorabilior. (In undis tu). i. inflatis oriēte tēpestate, quam sup. ei uidelicet Ceyci. (Cui frater). s. Dædalion mutatus in accipitrē. (Et uxor). s. Alcyone mutata in auē sui nominis, cum Ceyce marito prius submerso. De Alcyonibus autem in Georg. plura dicuntur, quo tempore tranquillitatis in media hyeme in mari nidificent, &c. cui igitur frater Dædalion, & uxor Alcyone sunt uisi aues, aut sunt aues uisæ, utroq; enim modo dici potest, sed quia præponitur adiectiuum, dicerem uisi. (Nec Neptuno sit melior quam) Supple. (Viro solertiq;). s. Vlyss. (Quem tenentem membra fracta). i. fragmenta (Ratis lacetæ). i. disruptæ. ASC.

Membra ratis Semeles est miserata soror,
Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognouerit unus.
Viscera diuersis scissa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,
A duce Puniceo pertulit, ipse feras.

SEmeles est misera soror) Cadmo Thebarum conditori ex harmonia Veneris, & Martis filia, ut in Met. & apud Dio. legimus filię fuere Agaue, Autonoë, Ino, & Semele. & Polydorus. Athamanti Aeoli filio Thebarum regi Ino nupsit, quæ Learcum genuit, & Melicertam, qui Iunonis odio haud diu uixere, nā Iuno propter Semelem pellicem infesta omnibus ex Cadmo progenitis fuit, ut in Met. De Iunone locutus ostendit Ouid. Quidque uelit, quod uellet, erat ne regia Cadmi Staret, & in facinus traherent Athamanta furores, furias in Athamanta immisit. quem adeo furibundum effecere, ut Ino uxorem leænam existimaret, filios uero ipsius catulos, hortaretur que socios, ut retia ferrent, quare & Learcum puerum. Bis, terque auras More rotat fundæ, rigidoque. Infantia saxo Discutit ora ferox. Ino autem sibi, ac superstiti filio timens ad quendam scopulum abrepto Melicerta aufugit, ex quo loco se una cum filio in mare pręcipitauit, quos Neptunus Veneris precibus Deos marinos fecit. dictus est græce Melicerta Palæmon, latine Portumus, cui ædes in portu Tyberino fuit, & feriæ constitutæ, ut auct. est Var. Ino uero a græcis Leucothea, a nostris Matuta est nuncupata, quæ bonum significat, si Pōpeio credimus, cuius (ut diximus) auxilio Vlysses euasit. (Vel tua ne pœnę) Difficile sanè est, quem poëta taxauerit, cum multos ab equis discerptos fuisse legerimus. M. Suffe- ZAR.

tium licet coniectari hic,ut apud Liuiū in 1.ab Vrbe condita uidimus.perfidus Tullo Hostilio bellum in Fidenates gerēti fuit,quę compos uictoriæ duabus quadrigis distrahendū dedit.primum illud,ultimumq; supplicium apud Romanos fuisse idem Liu.docet.de Hip. quoque intelligere possumus,qui ut superius ostendimus, ab equis est laceratus. nonnulli Absyrtum interpretantur,cuius notissima fabula ex Ouid.in Met.habetur, sed non placet non enim ab equis, sed à sorore Medea dilaniatus fuit. & eius membra minutissime facta, in mareque proiecta,quibus pater eam persequens, dum ipsa colligeret, in mora detineretur. (Vel quæ,qui redimi) M. Attilius Regulus urbis Romanæ decus primo bello punico contra Carthag.Imperator ingenti exercitu missus terrorem maximum aduentu suo Carthaginiēsibus iniecit,capta Clypea urbe,CCCque amplius castellis (quemadmodum Florus tradit) Vastatis,quare à Lacedæmoniis Carthag.ducem postularunt, ob ducis imperitia non prospere pugnatum arbitrati, ij Xanthippum rei bellicæ peritissimum misere. qui (ut Appianus est auct.Instructa acie Regulum siti ac labore difficulter agmen agentem aggressus est,quem facile uicit ex XXX. milibus,quos Attilius ductabat, pauci arma sumpsere. reliqui omnes cæsi,partim capti,unà cum Imperatore Carthaginem ducti sunt. misere non multo post Carthag. Attilium Romam legatum, ut permutatio fieret iuuenum Carthaginiēsium cum ipso Regulo,qui senatui persuasit,defixis in terram oculis, ut Hom. tradit,ne pietate patres commouerentur,ne huiusmodi fieret permutatio, utque id non facerent,addidisse scr.Gell.sibi uenenum tempori datum,quoad fieret permutatio,re itaq; infecta Carthaginem inuitis uxore,liberis,& amicis rediit,ubi à Pœnis nouis modis excruciatus est. cuiusmodi autem supplicio fuerit affectus,non satis inter auctores constat:nam Gellio referente,Tubero in historiis scr. eum in profundissimas tenebras clausum, & post apertis oculis soli oppositum,& palpebras,ne posset conniuere,insutum. Tuditanus uerò somno prohibitum obiisse tradit. Ap.inclusum circunuallata clauis cauea extinctum docet,quod Romæ postquam perceptum est,Reguli liberis pœni captiui traduntur, à quibus in armario muricibus præfixo destitutos periisse,idem Tuditanus est auct.

ASCENSIVS.

ASC. SOROR Semeles).i.Ino Cadmi filia est miserata,quia uelum dedit,ut recitat Cald. (Vel uiscera tua scissa).i.disrupta,& distracta.(Ferātur diuersis aquis).s.p diuersas aquas, aut diuersis equis,sed quia de mari prius locutus est, credendum est aquis poëtam fecisse. (Ne unus).i.tu solus cognoueris.aut si est ut repperi,cognouerit. (Ne unus) .s. populus, ad quem appulsus sis.(Cognouerit hoc genus pœnæ) Quod.s.mihi sic pendeas. (Vel ipse) i.tu.(Feras).i.perferras,& patiaris ea.(Quæ) Is,uidelicet M. Attilius Regulus. (Qui putauit turpe).i.indecorum esse.(Romano) i.bono ciui Romæ,redimi à duce puniceo.(Pertulit à duce puniceo).i.Carthaginiēsi,unde de Carthagine dicitur Aened.1.Punica regna uides &c.(Ab eo enim quod est Pœnus per œ,fit Punicus,sicut à pœna,fit punio uerbum.

Nec tibi subsidio sit præsens numen, vt illi
Cui nihil Hercei profuit ara Iouis:
Vnque dedit saltus è summo Thessalus Ossa,
Tu quoque saxoso præcipiterę iugo.
Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,
Sint artus auidis anguibus esca tui:
Vel tua maturet, sicut Minoia fata,
Per caput infusæ feruidus humor aquæ.

ZAR. NEc tibi subsidio præsens sit numen) Sensus est: non habeas Deorum quempiam propitium, qui tibi sit auxilio in tuis constituto calamitatibus. Subsidium est id, quod in auxilium succedit, Præsens, propitium, ut apud Virgil. Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. Numen à nutu, & imperium deorum dicitur. Varro. (Cui nihil Hercei profuit ara Iouis,) Priamus rex (ut in 2. Aeneid. à Virg. ostenditur.) Occiso ante suos oculos Polyte filio à Pyrrho Achillis Notho, in ipsum est acerrime inuectus, ei patris exprobrans humanitatem, atque pietatem, qua usus fuerat, cum Hectoris cadauer restituit. ira percitus Pyrrhus regem in Media domo ante Iouis Hercei aram ob-

obtruncauit.(Hercei)Iupiter Herceos dictus est ἀπὸ τοῦ ἕρκεῖν.i.à circundando,vt auc.est Porphyrius Hom.interpres.mos erat antiquis,vt dom⁹ partes Dij dicarent, anterior Ioui dicebatur,cui in medio solebant aram erigere,vnde Mesertius Iupiter dictus est Heiceus, quia circundãs.(Vtq; dedit saltus)Thessalus Thessaliæ rex Eonis, ex Eurypides filia Chalciope filius(vt tradit Porph.) E monte ossa à suis est præcipitatus. (Ossa) Mons Thessaliæ est Ossa,cuius ex aduerso Pindus,& Othris Lapitharũ sedes,vt scr.Plin.tantã in eo pinorũ copiam esse Solin.tradit,vt ramorũ flexu,& reflexu tonitrua repræsentet, vnde Luc. It tantus in æthera clamor:Quantus piniferæ boreas cũ Thracius ossæ Rupibus incubuit. (Aut velut Euryali) Euryalus,qui Thessalo successit,cum inferorũ sacrificia neglexisset, vt à veteri commentario accepimus ira Eumenidum angues ipsum deuorarunt.sed et apud Gallum poëtam est legere Euryalem Ioni filium,vino probe Apporum filiam stuprasse, quare ab anguibus absumptus est Ionides vt cupiens pro coniuge nata Vinum causa fuit: anguibus esca datur.(Sicut Minoia fata)Diod.scribit Dedalum Atheniensem eximium architectum,ex Mitiono Eupalamio natum,qui in Cretam ob homicidium in patria patratũ secessit.Cretensibus tunc minos imparabat, qui Dædalum in amicitiam suã habuit ob eius egregias virtutes,per id forte tempus Pasiphaë regis vxor turpi tauri amore peribat,cui arte Dædali fuit supposita . quare Minos Dædalum punire quæritauit, aufugit autem ipse in Siciliam ad Cocalum*regem.At comparata classe Minos ipsum est persecutus in Siciliã vsque,Cocalumq; poposcit,vt Dædalum sibi ad pœnam daret,finxit Cocalus Minoëm in secreto colloqui velle,quem in Thermis eousque detinuit vt suffocaretur.Euseb.vero à filiabus Cocali interfectum scribit,eius deinde corpus Cretensibus est redditũ,prælata obitus causa,ꝗ in lauacro elapsum,aqua calida perijsset.

ASCENSIVS.

NEC tibi) Idem facit.Vnde ordo est.(Nec numen) Supple aliquod.(Præsens).i.licet ante ipsum fueris,& ad ipsum confugeris.(Sit tibi subsidio) i.auxilio,& protectioni. (Vt) supple non fuit subsidio.(Illi)Videlicet Priamo. (Cui ara Iouis Hercei) Quæ fuit in medio regiæ Priami.(Nihil profuit)Quia Pyrrhus illic eum occidit.Vnde de eo dixit Aen.2. ad patrem Aeneas : Iamque aderit multo Priami de sanguine Prryhus,natum ante ora patris,patrem qui obtruncat ad aras. Et.(Vt).i.quemadmodum. (Thessalus) Rex ille Thessaliæ.(Dedit saltus).i.præcipitatus est ab Euryalo.(Ex ossa)Monte illo Thessaliæ.i. sanè alto,vt genus referatur ad generalitatem.s.montem. (Tu quoque).i.etiam tu. (Præcipitere) .i.præcipiteris,& deijciaris.(Iugo saxoso).i.à pręcipio quouis montis saxosi. (Aut tui artus).i.mẽbra tua.(Sint esca auidis).i.gulosis.(Anguibus).s.furialibus. (Velut).i.quemadmodum, sup.fuerunt artus. (Euryali).s.Tyranni.(Qui cæpit sceptum ab illo).s. Thessalo præcipitatu. (Vel humor calidæ aquæ infusæ per caput maturet).i.festinet. (Tua fata).i. mortem tuã.(Sicut)supple maturauit.(Fata Minoia).i.ipsius Minois regis in thermis Cocali regis Siciliæ sic interemp:i.(Et tu fixus).s.in aliquo monte.(Alas).i.nutrias.(Tuo sanguine volucres aërias).i.in aëre volare solitas,aut in sublimi nidificãtes,vt vultures.(Vt) .i.quemadmodum,supple eas aluit.(Prometheus qarum mitis).i.impius, qui ignem Iouis suffuratus erat in ferula,& mortalibus deorum secreta prodidit. Fuit.n.astrologus, qui siderum cursum in monte perscrutans auibus propter curas distractus fingitur.

Vtq; parũ mitis,sed non impune Prometheus,
Aërias volucres sanguine fixos alas:
Aut velut Etracides magno ter ab Hercule quin (tus
Cæsus in immensum proiiciare fretum.
Aut vt * Amyntiaden turpi dilectus amore
Oderit,& sæuo vulneret ense puer.

Epist. Ouid.

ZAR.

VTque parum mitis) Iapetus Thessalię rex ex Asia puella, quæ tertiæ orbis parti nomen dedit, filios habuit Prometheum, & Epimetheum. non me fugit Euseb. memoriæ tradidisse quosdam affirmasse Prometheum, Epimetheum,

*Amantiaden.

Atlantem,& Argum cuncta cernentem fratres fuiſſe.fertur igitur Prometheus hominibus ab ſe factis Mineruæ auxilio adhibita ferula ad ſolis rotam ignem furatus, qué mortalibus indicauit.Irati aũt Dei ipſum per Mercuriũ in Caucaſo monte Aſſyriç vicino alligarunt, cuius cor aquilam exedere voluerunt.hoc ita à poëtis non ſine ratione fictum eſt. nam, vt Aeſchylus,Alexander Aphrodyſeus,& Seru.alijq; docent prouidentia interpretatur Prometheus,Epimethe.vero improuidentia,vnde & nomina id indicantia tenét. ex his nempe duabus rebus humanũ genus natum eſt.dicitur autem Prometheus aſtrologus eximius extitiſſe,qui in Caucaſo monte multorum ſiderum ortus,& occaſus deprehendit Aquilam vero cor exedere,quia ἄεϑ,ſolicitudo eſt,quia affectus ſiderũ motus inuenit,& quia id prudentia eſt aſſecutus,cui præeſſe Mercurium cõſtat,ab eo ad ſaxum religatus dicitur. Claudianus de Prometheo,& fratre hæc ſcripta poſteritati mãdauit, nanq; ferunt geminos vno de ſemine fratres,Iapetõtiades generis primordia noſtri Diſſimili finxiſſe manu.quoſcunque Prometheus Excoluit,multumq; intexuit æthera limo: Hi longe ventura notant dubijsque parati Caſibus occurrunt fabro meliore potiti: Deteriore luto prauus quos edidit auctor,Quem metito Graij perhibent Epimethea vates:Et nihil ætherij ſparſit per mẽbra vigoris,Hi pecudum ritu non impendentia vitant,nec res ante vident, accepta clade quæſũtur.(Parũ mitis) Voluit.n.prodeſſe, & obfuit.ſubfurato nanq; igni adeo moleſtum dijs fuit,vt præter Promethei pœnas,etiam homines malis pluribus,& morbis affecerint, vt teſtatur Horatius,Ignem fraude mala gentibus intulit.Poſt ignem ætherea domo Subductũ, macies,& noua febriũ Terris,incubuit cohors.(Aut vt Herc.) Omnes qui ab Hercule deſcenderunt,Heraclidæ ſunt appellati,ſicut à Cæſari Cæſares, ab Arſaco Arſacidæ.fuit aũt 15.ab Herc.quidam,cuius nomen nuſquam legiſſe memini,qui cuidam genitalia amputauit,ipſe poſtea cæſus,& in mare proiectus,vt Euphorionis indicat verſus,Heraclides cuidã genitalia membra recidit,Sciſſaq; membra necis cauſa fuere ſuæ, ſunt aliqui, qui puerum Clebam intelligant Etracides legentes,qui ipſum Clebam in delitijs habuit,à quo occiſus perijt Etracides.(Fretum)A ferueſcendo fretum dicitur.& proprie illud eſt, vbi anguſtum eſt mare.ſicut inter Scyllam & Carybdim,ſed hic pro mari accipitur,quare etiam addit immenſum,quo magis innoteſceret.(Aut vt Amyntiadem) Philippus Amyntę filius Macedonum res,annis 21.regnauit,auct.Euſebio,ac Iuſtino,qui ab oraculo acceperat,vt quadrigas euitaret.nam erat ab eis in fatis,vt occideretur,quare vt Valer.Max.& Cic.in eo,quem de fato lib.ſcripſit,quadrigas omnes diſiunxit,locumque in Bœotia, cui Quadriga nomen erat,ſemper vitauit,non tñ fati periculũ effugere potuit,ſtuprato etenim Pauſania ab Attalo Philippi ſororio,apud quem ſæpiſſime Pauſanius conqueſtus eſt, rex aũt hoc protrahendo paruifecit,ac Pauſania inimici Attali iniuriã in ipſum iudicem vertit. qué gladio, in quo quadrigæ erant,interfecit.legitur & Abantiades recto caſu, & Cherinũ dicit Abantis filium,cuius amore Statillus deperibat,at Cherinus enſe ipſum interfecit, vt Euphoriõ eſt auctor,Oebalium puerum quantum dilexit Apollo, tantum, ſed fruſtra Cherinũ Statillus amauit,Ac velut agna lupos,viſos fugit Vrſa Leones,Sic puer ignarus Veneris fugiebat amores.apud quoſdam legitur Amantiadem,& Celinum puerum dicunt,qui totum ſe Ioui puero dedit,cumq; à Statillo Amanti filio peteretur,iratus eum interemit.

ASC. SED non).i.non ſine promiſſione ſup.fuit immitis, quia in Caucaſo monte religatus aues viſceribus,& ſanguine ſuo paſcit.de quo Maro.Furtumque. Promethei. (Et Horat. Audax Iapeti genus &c.(At tu cæſur).i.occiſus. (Proijciare in frętum).i.mare immẽſum. (Velut Etracides quintus ter).i.decimus quintus à magno Hercule, ſup.proiect⁹ eſt. (Aut puer dilectus).ſ à te turpi amore oderit, & vulneret te ſæuo enſe.(Vt).i.quemadmodum. (Puer).ſ.Celmus dilectus turpi amore ab Amantiade, odit ſup. & vulnerauit ſæuo enſe. (Amantiadem).i.Statillum Amantij filium.

SAR. NEc tibi fides magis) Conſtat ſanè inter oés aucto. Alexandrum cognomento magnum,Philippi Macedoniæ re-

Nec tibi fida magis miſceri pocula poſsint,
Quàm qui cornigero de Ioue natus erat.
More vel intereas capti ſuſpenſus Achæi,

Qui miser aurifera * teste pependit aqua.
Aut Achilleiden cognato nomine clarum
Opprimat hostili tegula iacta manu.

gis, & Olympiades filium fuisse, qui Ammonis Iouis ex eo filius dici uoluit, auct. Plut. ꝙ ad Ammonẽ in Libyam cum esset profectus, à sacerdote quodam Iouis filius est appellatus. diuersa de eius obitu traduntur. Volunt nonnulli per febris sæuitiam sitim collegisse, & uinum potasse, & ob id mentis impotem factum, extremum obiisse diem prid. cal. Quint. Alii aũt per Iollam pincernam Antipatri filiũ ipso auc. Antipatro data aqua non acrina frigidissima, quæ ut Zonaras tradit, non poterat nisi asini ungula cõtineri. Iust. & Plaut. equi dñt. Plin. uero & Vict. mulæ scrib. cuius aquæ hæc meminit Vict. in 5. lib. de Architectura, item in Arcadia nominata terra regio, quæ habet in montibus, & saxis stillantes frigidissimos humores. hæc autem aqua στυγὸς ὕδωρ appellatur, quam nec argenteũ, nec æneum, nec ferreum uas potest continere, sed disiicitur, ac dissipatur, conseruare autem eam, & continuere nihil potest, nisi mulina ungula, quæ etiam memoratur ab Antipatro in prouincia, ubi erat Alexander, per Iolam filium prolata, ab eaque aqua regẽ esse necatum. scr. Plut. nonnullos affirmare nequaquam ueneno periisse, cum nullum extiterit post mortẽ indicium. multas refert opiniones Plut. quas recẽsere nimis longum esset. unũ tantũ adiiciam ante 33. ætatis suæ annum defunctum fuisse, quod si ad senium. immatura mors perduxisset, totum terrarum orbem sibi audientem subegisset. nam nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit cum nullum hostium unquam congressus, quem non uicerit, nullã gentem adiit, quam non calcauerit. postremo infeliciter Babylone, quam ut euitaret, erat admonitus, è uita decessit. (Misceri) Poni. nam cum uinum in uas imponitur, misceri dr̃, hinc illud poëtæ. Miscet amatori Pocula grata suo. (Pocula) A potione poculũ dr̃. Varr. De Ioue cornigero) Iupiter ammon ab ἄμμος quod arenam significat, dictus est, nam Iup. Baccho & populo suo sitienti, per Libyam peragranti in arietis formam pede arenam pulsauit, ubi q̃ primum aqua scrutariit, unde Bacchus Ioui patri templum erexit, auct. est Herod. & Str. & ideo cornigerum nunc poëta appellat. (Capti suspensus Achęi,) Achæus ab Antiocho captus suspensus est, in Pactolo Lydiæ flu. quemadmodũ in Epigram. Botius tradit, Antiochus capit, & uictum suspẽdit Achæum, Vnda tibi hic credas aurea testis erit. quidã scr. ipsum Attico duce factione populari ꝑꝑ auaritiam interfectum, qui in aqua Palli ob maiorem ignominiam pependit. (Aurifera aqua.) Mida rex Phrygũ à Baccho imperauit, ut quidquid suo corpore tangeret, aurum fieret, quod multũ sibi obfuit. nam cibum edere non poterat, quia tactu suo aurũ reddebatur admonitus est à deo, ut se in pactolo flumine ablueret, cuius ablutione auriferũ fluuium effectum, in 11. Met. scr. Ouid. (Aut ut Achilleidẽ) Pyrrhus epirotarũ rex ex Pythia Menonis Thessali filia, & Aeacide ab Achille oriũdo natus, unũ tantã & integrũ os pro dentibus habuit 11. agens annũ regnum Epiri recepit nã pater Aeacides à ciuibus in exilium exactus est, ꝑꝑ diutina bella cõtra Macedonas, quibus populũ fatigabat, ob idq; etiam filium binum perdere quærebant, sed furtim est in Illyrios delatus, ac Beroë regis Glauciæ uxori traditus. tantus hic extitit, ut solus Tarẽtinos cõtra P. R. tueri posse uideret. in Argi obsidione, ubi Antigonus Macedoniæ rex erat, à fœmina quadã, auc. Plut. regula in caput demissa occiditur quod etiam Euphoriõ cõprobat, Argõ, & hostilẽ circundabat undique Pyrrhus, opprimit, & subito regula iacta caput. Iust. aũt inter confertissimos hostes dimicantem de muris iactato saxo scr. interiisse, cuius caput Alcyones Antigoni filius patri detulit, quod una cũ corpore magnifice Antigonus, si Plaut. sequimur, cremauit, si uero Trogũ, Heleno filio traditum affirmamus, qui deinde ipsum ĩ patriã asportauit. (Cognato nomine clarũ) Clar⁹ ob egregia ei⁹ gesta est appellat⁹.

NEC pocula magis fida pñt &c.) Quam sup. Alex. Magno. (Qui erat natus) i. qui se iactabat natũ. (De Ioue cornigero). i. Ammone. i. arenatio. nam à Baccho in Libya quærente aquas uisus est in arenis aries, à quo ad fontẽ perductus credidit Iouẽ patrẽ esse, & illi tẽplũ extruxit, qđ Ioui arenario. i. Ammoni iscripsit, facto Iouis in specie arietis simulacro. (Vel intereas suspensus more Achæi). s. regis Lydiæ auarissimi à suis ob auaritiã suspensi. (Qui miser pependit teste aqua aurifera). s. pactoli fluminis auriferi, in quem suspensus in

cubuit.(Aut regula iacta manu hoſtili opprimat,)ſup.te.(Vt).i.quemadmodũ ſup.oppreſſit Achilleidem.i.Achillis nepotem ex genere materno.Pyrrhum,uidelicet Epirotarũ regem,quem anus tegula deiecta occidit.(Clarum nomine cognato) Quia nomen haberet, nam Pyrrhus filius Achillis,& dictus Aeacides,ut illi Achillides, licet multo interuallo. Deductum eſt autem patronymicum à gręco Achilleus,huius Achilleos, unde penultimũ producit.Aut legendum Achilleidem,quod non probem.

Nec tua quàm Pyrrhi felicius oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ iacuere uias.
Nataque ut Aeacidæ,iaculis moriaris adactis,
Non licet hoc Cereri diſsimulare ſacrum.
Vtque nepos dicti noſtro modo carmine regis,
Cantharidum ſuccos dante parente bibas.
Aut pia te cæſo dicatur adultera,ſicut,
Qua cecidit Leucon uindice dicta pia eſt.
Inque pyram tecum carisſima corpora mittas,
Quem ſinem uitæ Sardanapalus habet.

ZAR. NEc tua quam Pyrrhi) Pyrrhus Flauus dicitur, ut ſcr. Cic.Flauus autem fuit, cui hoc nomen primo eſt inditum,unde & reliqui ab eo Pyrrhi ſunt nũcupati modo oſtendimus Iuſtini auct. Helenum Pyrrhi patris oſſa in Epirũ aſportaſſe, quę ut fuerint collocata nondum me legiſſe memini, quare de Pyrrho claro dictum exiſtimo,cuius forte oſſa per Ambraciã ſparſa fuere, dum à filio portarentur. aliqui de altero Pyrrho interpretantur,cui ſententiæ non repugno.(Ambracias) Ambracia, teſte Liuio, urbs in Epiro eſt, aſpero ſubiecto tumulo,dũ Pyrrhi regia fuit.eſt & Ambracius ſinus auct. Plin.39.mil, paſſ. longitudine,latitudine 15.mil.(Nataque ut Aeacidæ)Vt in ueteri legimus commentario, Periplea uel Laodamia,ſiue Perriboëa Pyrrhi filia fuit,quæ cũ in templũ Cereris Ambraciæ confugiſſet,inimicorũ telis eſt interfecta.intelligunt nonnulli Heracleam Hieronis filiam ex Achillis genera,quæ in templo Cereris una cum duabus filiabus à populo Syracuſano telis cõfoſſa cecidit.(Diſſimulare ſcelus)ſenſus eſt quemadmodum in templo Cereris filiã Pyrrhi,uel Hieronis transfigere ſacrilegiũ fuit, ita te liceat impune interficere, & proinde non diſſimulare.(Vtque nepos dicti)Magnetes Gelonis,& Nereidos Pyrrhi filius fuit,cum quo mater rem habere uoluit,idque non conſecuta,filium Cantharidum ueneno ſuſtulit,ut uetuſtiſſimus ſcribit interpres.(Cantharidũ ſuccos)Vndecimo nat. hiſt.lib.docet Plin. Cantharidum alas mederi,quibus demptis eſt letale.eſt autem genus uermis terreſtris,idẽ auctor in 27.de uulgari lapide locutus ait,Lapis uulgaris iuxta flumina fert muſcũ ſiccũ,canũ,hic fricatur altero lapide,addita hominis ſaliua.illo lapide tangitur imperigo,qui tangit,dicit,φθέγετε κονθαξίδες,λύκος ἄγριος ὑμμεδώκει.(Aut pia te cæſo) Leucon, ut uetuſtiſſimus docet interpres,ex Perſicis regibus Spartacum fratrẽ occidit, regno inde potiri ſperans,cum & rem haberet cũ ipſius fratris uxore, non tñ uotum ualuit conſequi, nã in palude Sabedana Leuconẽ mulier interfecit, quare pia eſt iudicata d. nonnulli Oxylochi regis ponti uxorẽ hanc fuiſſe,non Spartaci.(Adultera)Adulter, & adultera,ꝙ ille ad alteram,& hęc ad alterum ſe conferat,auctore Feſt.adulterium autem, quod in nuptam cõmittitur,Seruius dicit appellari.(Inque pyram tecum)Conoſcon colores,qui græce dictus eſt Sardanapalus Anacyndaraxi filius 37.& ultimus Aſſyriorum rex fuit, ut Euſebius ſcr. annis uiginti regnum obtinuit,una die Tarſum & Anchialem urbes condidit,qui omni uitiorum labe excelluit,luxurioſus,adeoque effœminatus,ut & habitũ,& uocẽ,exercitiaque mulierum ſit ſecutus nũc uiri,nunc mulieris uice abutebatur.quæ tã impudica,cũ Arbacus ꝑfectus ipſius Medis præpoſitus eſſet conſpicatus,in eum bellũ mouit,quem facile uicit,triduo urbe Mino obſeſſa,qua expugnata Sardanapalus in hoc tãtum uiros imitatus, in pyrã ſe uxoribus,atque Eunuchus in ea recluſis,cremandũ inieci. eſt Anchialæ Sardanapali monumẽtum,ubi huiuſmodi legitur Epigramma.Sardanapalus Anacyndaraxi filius Anchialẽ,& Tarſum una die cõdidit.Ede,bibe,lude.Cũ te mortalẽ noris,præſentibus exple. Nãq; ego ſum puluis,qui nuper tanta tenebam:Hoc ſapiens uitæ mortalibus eſt documẽtũ.Hos

autem

autem meminit Chœrilus,qui circunferrentur: Hæc habeo,quæ edi,quæq; exaturata libido Hausit. an illa manent multa & præclara relicta. auctor Strab.Diodorus in Tusc. Cic. & Iustin.

ASCENSIVS.

NEC tua)Continuo eandam &c. prosequitur varia infortunium exempla in Ibin imprecans.Vnde ordo est.(Nec ossa tua quiescāt felicius,quam ossa Pyrrhi).s.Epirotæ. (Quæ iacuere).s.donec à filio Heleno colligerentur. (Per vias ambracias) Illius promontorij in Epiro,de quo in Sappho dictum est.(Et moriaris iaculis adactis).i.infixis.(Vt nata).i.progenita.(Aeacide).i.de genere Achillis.s.Heraclie filia Hieronis in templo Cereris. Vnde addit.(Non licet dissimulare Cereri hoc sacrum,).q.d.etiam gratum erit Cereri sacrificiū, quod de te fiat,licet ingratum fuerit de Heraclia. Aut non licet dissimulare Cereri hoc sacrum.s.templum,quo per diminutionem satellum dicitur,Hoc inquam sacrum,in quod tu confugeris.(Vtq;).i.& vt.(Nepos regis dicti modo nostro carmine).s.Hieronis regis ponti,nepos.s.(vt opinor) Mithridates,sup. bibit, ita. (Bibas succos Cantharidum).i. quibus Cantharides vermiculi venenosissimi sint.(Parente).i.patre dāte,quia maior Mithridates amicissimus erat Romanorum,vnde vero simile est eum nō amasse filium,qui ter à Romanis defecit,& tandem secundum quosdā veneno absumptus est.Vnde Lucan.in 1.Post Cilicias ne vagos,& lassi pontica regis prœlia,barbarico vix cōsumata veneno. (Aut adultera dicatur pia te cæso).i.occiso.(Sicut ea adultera dicta est pia).s.vxor Oxylochi.(Qua vindice).i.vindicantem mortem mariti.(Leucon)Frater mariti,& adulter. (Cecidit).i.succubuit.Et mittas tecum in pyram.i.rogum incensum,corpora carissima,quem finem vitæ habet Sardanapalus vltimus regum Assyriorum,qui(vt dicit Iustinus lib. primo)Cōiuratione facta quòd muliebri more viueret, eoq; audito,non vt vir regnum descensurus, sed (vt metu mortis solent mulieres)Primo latebras circunspicit,mox deinde cum paucis, & incōpositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit & extructa pyra se, & diuitias in incendiū mittis,hoc solo imitatus virum.hæc ille,corpora ergo carissima diuitias appellat.

Vtque Iouis Libyci templum violare parantes,
  Acta Noto vultus condat arena tuos.
Vtque necatorum Darei fraude secundi,
  Sic tua succendens deuoret ossa cinis.
Aut, vt oliuifera quondam Sicyone profecto,
  Sit frigus mortis causa famesque tuæ.
Aut, vt Acarnides insutus pelle iuuenci,
  Turpiter ad dominum præda ferare tuum.
Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi.

ASC.

VTque Iouis Libyci) Cyri Persarum regis Cambises filius fuit. qui annis 8. regnauit auctore Eus. Aegyptum adiit.vnde exercitum ad Ammonis oraculum cremandum misit, ac diuino miraculo cū ex vrbe Oasi iter faceret, iamque medio ferè spatio inter Oasios, & Ammonios pranderet, ingruisse ualidū austrum scr. Herod. & ab arenis obrutum periisse, ut etiam meminit Iustinus eodem mortis genere Psyllos interiisse scr.Gel.in 15.Templum significant ædific.ideo sacratum)Et tignum quod in ædificio transuerso ponitur auct. est Fest. templū etiam d.No.sepulchrum appellari.Virg.præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui multa Var.de hac dictione in lib.Ety.scribit. (Vtque necatorum Darei) Dareus secundus cuiusdam Priami filius cum suos ciues non interfecturum iurasset, tormentis occidebat.Dareus etiam secundus primo in regnum succedere non potuit.donec iureiurando stipulatus fuisset,se more parentis ueneno minime ciues occisurum,sed regno in suā ditionem accepto in fouea calido cinere plena eos vita priuabat, vt apud vetustissimum commentarium competi. de Ocho aliqui dictum volunt, qui Dat. est dictus, cuius hist. Valer. Maxim. in capit. de crudelitate pluribus verbis explicat. (Aut ut oliui) Neocles Thuscus ex Sicyone pulsus, omnibus uitæ præsidiis destitutus fame, ut uetustissimus interpres scribit & frigore mortem obiit. (Sicyone) Sicyon vrbs Achaiæ in Laconia, teste Plin. est. olim Mecon dicebatur,refertissima oliuetis,unde in 2. Georg. Virg. Teritur Si-

ZAR.

cyonia bacca trapetis. aliam eodē nomine Plin. docet insulam in Aegeo mari, ex opposito ad Epidaorum altam,& eminentem,quod Iuuen.etiam tangit:Hic alta Sicyonia. Sicyonia autem calciamenti genus est,auct.Fest.(Aut ut Acarnades) Filius Acarni in oriēte Tetrarcha fuit,qui cum Memnone Bellum habuit,à quo uictus iuuenci pelle est insutus, ac sub mensa detentus,ut uetustissimus narrat interpres.(Inq; tuo thalamo) In 2. officiorum docet Cic.pariter & Val.Max.Alex.Phereum vxo.Thebem admodum dilexisse, tamē ex epulis ad eā in cubiculum cum se conferebat,barbarum districto gladio iubebat anteire,deque stipatoribus suis præmittebat,qui muliebres arculas perscrutarentur,non tamen eum fefellit opinio,nam ab uxore propter pellicatus suspicionem est interfectus.Pheræ plures sunt, ut in Achaia nouem montium sunt inter Megaram & Thebas.Item in Thessalia, vt Plin. docet sunt & in Argo,teste Hom.Pylo propinquæ.

ASC. ET arena acta).i.impulsa,& agitata.(Noto.i.vento illo uiolento. (Condat).i.obruat vultus tuos,ut sup.condidit.(Parantes).i.intendentes,& molientes.(Violare templum Iouis Libyci)Videlicet Ammonis,hoc est Cambyses & socij eius.(Et cinis subsidēs)Ima petens.(Deuoret).i.absumat.(Tua ossa sic)Vt sup.absumpsit. (Ossa neca.).i. interfectorum. (Darei secundi).i.Ochi,qui complices suos cinere obrutos necauit. (Aut frigus & fames sit causa tuæ mortis ut)sup.fuit causa mortis.(Profecto).i.ei,qui uenerat quondam. (Sicyone).i.à ciuitate illa Peloponnensi(Oliuifera).i.ferace oliuarum,hoc est,ut Neocles Sicyonum rex periit.(Aut ferare).i.porteris insutus pelle iuuēci. (Turpiter).i.cum dedecore ad dominum tuum,existens p̄da.(Vt)sup.latus,seu portatus est.(Acarnides).s.Hermias.(Et iuguleris).i.iugulus tibi incidat.(In thalamo).i.cubiculo tuo.(More Phærei) .s.Alexādri.

Qui datus est leto coniugis ense suæ:
Quosque putas fidos,ut Larissæus Alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo:
Vtque Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno,
Viuus in occultas præcipiteris aquas.
Quæque in Adimantum Philesia regna tenētem
A Ioue uenerunt, te quoque tela petant:
Aut, vt Amastriacis quondam Lenæus ab oris,
Nudus Achillea destituaris humo.
Vtque uel Eurydamas ter circū busta Thrasylli
Est Larissæis raptus ab hoste rotis.

ZAR. LEto) Αλέω verbo letum dici ait Prisc.vnde deleo.Fes.aūt Pomp.ab obliuione,q̄ Græci λήθην uocant,letum d.appellari, ꝙ si à Græco uenit,cum aspiratione scribendum. (Quosq; putas fidos)Thodamantis fi. fuit Alebas,qui Larissæ in Thessalia dominatum habuit, extruxit autē Larissam Thessalicam Acrisius, quæ à Larissa Pelasgi filia nomē habuit,ut Hellā.scr.in hist.satellites ciuiū timore Alebas ad custodiam habebat, quos fidos sibi existimabat, ab ipsis postea est interfectus,ut à vetustissimo accepimus interprete. fidus dicitur socius,& à fido venit,fidelis aūt seruus,& à fide deriuatur.Dolo est auct.(Vtq; Min.) Milones plures fuisse constat, quorū quidā Pisam Elidos tenuit,qui Pisanos cruciatibus afficiebat, tandem in Alpheum fluuium Pisam præfluentem demersus à Pisanis est,si vetustissimo credimus interpreti. est & Pisa in Italia ciuitas inter amnes Auferem,& Arnum,vt in 3.nat.hist.Plin.est auct.à Pelope,Pisisq; Elidos siue Atintanis græca gente.(Tyranno) Tyrānus à Tyrrheno Atys filio nomē est.hic ex Lidia in Italiam venit,eamq; partem occupauit Italiæ,quæ à se nomē traxit expulsis Pelasgis,inde Thuscia dicta à sacrificio ritu.teste Plin.& quia vi alienas tenuit sedes:Tyrannus is dici cœptus qui violenter aliquid egit,estq; cōis gn̄is nomen, nā Theodosij grāmatici est regula,ꝙ nomina ꝓfessionem,aut dignitatem significātia,cōis sunt gn̄is, vt hic & hæc dux cis,hic & hæc Philosophus,hic hæc abbas abbe,non aūt abbatis,& abbatissa,vt imperiti grāmatistæ puersæ pueros docent,ita hic & hæc Tyrānus.(Occultas aquas) Nō q̄a aquæ sint occultæ,nā Media per vrbē interfluit sed quia occulte demergitur fluuius. (Quæq; in Adimantū)Adimātus Phyletiæ rex,pōto coniunctæ,siue,vt alij volunt Thessaliæ,deorum contemptor, diis, sacrificare neglexit,se ipsis maiorē prædicans. quare à Ioue,

vt vetuſtiſſimus exponit interpres,fulmine ictus interiit,meminit in Dialog. Plat.cuiuſdã Adimanti,ſed nihil ad hunc locum.(Petant)Feriant,percutiant. multas hoc verbum habere ſignificationes Nonius Marc.docet,petere enim eſt poſcere,vocare, appetere, ſequi, abducere,eligere,obtinere,expectare,& vt hoc loco ꝑcutere,ferire.(Aut vt Amaſtricis)Amaſtrix ciuitas Mithridatis fuit,qui Meciſteum quendam ex Lemno veniẽs , vt vetuſtiſſimus ſcr.interpres,expulit,in locumq́;,qui Dromos Achilleus , ab Achillis exercitatione dictus eſt,aut Pli.venit,vbi à ſuis deſtitutus,omni priuatus auxilio petiit, ſunt, qui dicunt Amaſtricem Oxiartis filiam Dio.Tyranni Heraclienſis vxorem,à ſuo nomine vrbem condidiſſe,qui Dion.Lenæus eſt appellatus,olim fugatus,vt diximus à Mithridate. (Vtq́; vel Eurydamas)Mos diu apud Theſſalos fuit,vt interficientium corpora circa occiſorum ſepulchra traherentur.vt Eurydamantis exemplo conſtat,qui circa Thraſylli(quem interfecerat) tumulum à Simo Thraſylli fratre tractus eſt,auct.in 21.Il.Porph. (Buſta) Buſtum proprie dicitur locus,in quo mortuus eſt combuſtus,& ſepultus,& dicitur buſtum,quaſi bene vſtũ, vbi vero combuſtus quis tantummodo eſt,& alibi ſepultus, is locus abutendo vſtrina vocatur,ſed modo buſta ſepulchra vocamus.auct.eſt Feſt.

ASC.

QVI datus eſt leto).i.morti,enſe ſuæ coniugis.(Et experiare tuo vulnere) .i. in te illato ſup.eſſe.(Non fidos).i.perfidos,aut infidos ſup.eos.(Quos putas).i.putare debeas. (Fidos).ſ.ſatellites.i.cuſtodes corporis tui.(Vt Alebas Lariſſæus).i. Rex Lariſſæ, ſup. expertus eſt.(Et tu viuus præcipiteris in aquas occultas)Vt ſup.pręcipitatus eſt.(Milo).ſ.Piſanus.(Sub quo Tyranno cruciata).i.vexata eſt. (Piſa).ſ.regio, quam & Salmonæus tenuit. (Quæq́; in Adimantum)Ordo eſt.(Et tela).i.fulmina,quæ Venere.(A Ioue).ſ.miſſa.(In Adimantum).ſ.regem.(Tenentem regna Phileſia,petant quoque).i.etiam te, aut deſtituaris nudus.(In humo Achillea).ſ. Achillis δρόμον,hoc eſt curſum. (Vt).i.quemadmodum. (Læneus).ſ.Dion.(Ab oris Amaſtriacis)ſup.oriũdus,& inde expulſus ex peninſula. ſ. ſup. deſtitutus eſt ſuis,nudusq́; periit. Et ſup.rapiaris.(Rotis velit Eucydamas) ſomniorum ille nominatiſſimus interpret.(Raptus eſt ter ab hoſte).ſ.populo Lariſſęo.(Rotis Lariſſęis) i.populorum à Lariſſa profectis. (Circum buſta).i. repoſitorium cinerum ambuſtorum. (Thraſylli).ſ.regis Lariſſæorum.à quibus vltus eſt.

Vel qui, quæ fuerat tutatus mœnia ſæpe,
  Corpore luſtrauit non diuturna ſuo:
Vtq́; nouũ paſſa eſt genus Hippomeneia pœnæ,
  Tractus & Actæa fertur adulter humo.
Sic ubi uita tuos inuiſa reliquerit artus,
  Vltores rapiant turpe cadauer equi.

ZAR.

VEl qui,quæ fuerat) Pertinacem eſſe ad bellandũ Achillem fuiſſe Homericum carmẽ demonſtrat.qui abrepta ipſius amica Briſeide à rege Agamẽnone, nullis vnq̃ legationibus & muneribus flecti potuit. adeo autẽ quotidie Græcorum fugabatur exercitus à Troianis,atq; ſtrage imminuebatur, vt Patroclũ Achillis amicũ Græci vtpote vltimũ in tãto periculo remediũ Achillis armis induerint,vt non ſi verus Achilles eſſet,ſaltẽ ipſum repñtaret ꝗ ſupra,q̃ dici poſſit,ꝗ timebat̃ à Troianis.Patroclus igitur Achilleis armis & Myrmidonibus exornatus in bellũ cũ cæteris Græcis prodiit,ꝗ in fugam ſubito Troianos dedit, ipſumq́; Hectorẽ, qui cõmonitus ab Apolline Patroclũ eſſe,ipſum vna cũ Euphorbo , & Apolline interfecit, atq; ſpoliauit adeo aũt moleſtũ Achilli Patrocli caſus fuit,vt ſe eo vſq; non comeſurũ iure iurando pollicitus fuerit,quoad Hectora occidiſſet duodecimq́; nobiles Troianos ꝗbus Patroclo inferias exhiberet,cœpiſſet,non defuit iureiur. Achilles.nã die poſtera acceptis à matre Thetide armis,q̃ Vulcanus ea nocte fabricauerat,Troianos oẽs fugauit , ꝗbus & ſtragẽ maximã dedit,Xãthus etenim fluuius ſanguinẽ,non aq̃ emittere videbat̃,captis aũt iuuenibus Hectora a Pallade fratris ipſius imagine deceptũ,circũ Troiana męnia fugiẽtẽ interfecit,cuius corpus neq; ꝗſq̃ fuit Græcorũ,ꝗn haſta appeteret , ꝗđ ter circũ Iliacos muros raptauit,auro poſtmodũ in preciũ dato Priamo ipm reſtituit auct.Ho.& Virg.nõ tñ auri vlla mẽtio fit ab Ho.ſed multorũ tm̃ munerũ.(Mœnia)Quòd munita eſſent,ꝗ ea gerebat̃,aggeres

res dicti,& ꝙ ager contineret,auct.Var.Mœniana ædificia à Mœnio ſunt appellata,is.n.primus vltra columnas extendit tigna,quo amplicarentur ſuperiora,ait Feſt.(Luſtrauit) Circuiuit,luſtrare eſt,expiare,circũſpicere,ſeu patefacere,perſpicere,& vt hic circuire, auctor eſt Nonius.(Vtq; nouum paſſa eſt)Hippomeneiam dicit,ſi vetuſtiſſimo credimus interpreti,quæ antea Limone dicebatur in adulterio deprehenſa,ab equis eſt dilacerata, vnde & nomen habet eodem quoq; ſupplicio adulter affectus eſt.alij aũt Hippomenẽ Athenarũ principẽ dñt,cuius filia in adulterio inuenta ab equis eſt deuorata,quare Limone dicta eſt.i.fames,adulterũ vero per regionẽ Atticã,equi dilaniarũt.Aut ſicut periit Pereas Caſſandreus ille.Quẽ ſua gẽs multo cinere deſperiit.Leguntur ẽt ij verſus,ſed nunꝗ fuiſſe Ouid.contẽderim,fertur aũt hic Caſſandreos viuos hoies ſepeliſſe,quod idẽ poſtea paſſus eſt. (Viſcera ſic aliqs)Ammone vna ex filiabus Danai,dũ iaculo exerceretur Satyrũ imprudens percuſſit,qui eam violare voluit,ſed auxilium à Neptuno implorauit,à quo Satyrus fugatus, mulier cõprimiť ex qua natus dř Nauplius Palamedis pater,auct.Lact.hic Palamedes prudentiſſimus fuiſſe perhibetur,ꝗ inuitum Vlyſſem ad Troiam perduxit, ac magnã frumenti copiam in Gręcorũ caſtra conduxit,non ſine magna Vlyſſis infamia,qui ad id fuerat negociũ miſſus,& infecta re redierat.ex eo igitur Vlyſſes aduerſus Palamedem ſtomachatus, finxit ipſum ad Priamum de Græcorum proditione literas dediſſe,ob idq; auri copiam accepiſſe, quod Græcis Vlyſſes indicauit, litteraſq;, ac aurum, quod corruptis ſeruis Palamedis per noctem,abſcõderat,iuſſit in ipſorũ Græcorũ conſpectum portari quare Palamedem lapidibus occiderunt,vt Virg.Seru.& Apollon.oſtendunt. Nauplius aũt Palamedis pater volens filij vlciſci mortem,cum Græci expugnata Troia domum reuerterenť, lampadas per obſcuriſſimã noctem inter ſcopulos,vt moris eſt,oſtendit, quo cũ Græcorũ naues applicuiſſent, in Euboico ſinu,naufragium fecere,ſi Diti Cretenſi vetuſtiſ. ſcriptori fidem adhibemus.

ASC. VEL is).ſ.Hector.(Qui luſtrauit).i.tractus circumiuit,corpore ſuo.(Mœnia).ſ.Troiana.(Non diuturna).i.non diu duratura.(Quæ fuerat tutatus ſæpe) Quia ſpatio decẽnali. Diuturna eſt hic pentaſyllabum.Sunt qui Achillea,non Achilleia legãt. Oſtendit Cõmentarios Calderini hoc loco mutilos,& inuerſos.Nam de Perillo, & ære Paphio, quæ poſtea dicẽda ſunt diſſeruerunt.(Vtq;)Et vt.(Hippomeneia).i.Hippomenis filia.(Paſſa eſt nouũ genus pœnæ)Quia deprehenſa in adulterio ab equo famelico, cũ quo à patre concluſa eſt, abſorta eſt.(Et vt adulter ferť tractus humo Actæa).i.aut littorali,aut Attica. (Sic vbi).i. poſtꝗ.(Vita reliqrit artus tuos inuiſos.Equi vlt.).ſ.celerũ morũ rapiãt turpe cadauer tuũ.

Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat,ut olim
Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu:
Vtq; ferox periit,& fulmine, & æquore raptor,
Sic te merſuras adiuuet ignis aquas,
Mens quoque ſic furiis vecors agitetur, vt illi,
Vnum qui toto corpore vulnus habet,
Vtque Dryantide Rhodopeia regna tenenti,
In gemino diſpar cui pede cultus erat.
Vt fuit Oeteo quondam,generoque draconum,

ZAR. VIſcera)Vt Seru.docet, non tantum inteſtina dicimus, ſed quidquid ſub corio eſt,& declinatur hoc viſcus viſceris. Scopulus, à ſpeculando dictus, aut Seru.vel ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν.(Euboico)Euboëa, tã modico æſtu diuidua eſt à Bœotia vt dubitandum ſit,an inter inſulas debeat numerari duobus inſignis promontoriis Geraſto ad Atticam vergente,& ad Helleſpontum, Caphareo,& à Septẽtrione etiam Ceneo latitudine 40.mil.paſ.& infra 20.mil. circuitu 300. mil. paſſ. pluribus quondam vrbibus clara, vt Plin. & Solin. docent. (Vtque ferox periit) Aiax Oilei filius Caſſandram Priami filiam in templo Palladis violare voluit, quare indignata Pallas ipſum circa Caphareum promontorium fulmine interfecit, naueſque diſſipauit, attribuitur autem fulminis poteſtas Ioui, Vulcano, & Mineruæ, ſi Seru. credimus. (Fulmine) Fulgur, & fulmen ita diſtinguuntur eſt fulmen telum, quod iacitur, fulgur ignis,qui coruſcat fulmine,auct.Nonio.(Mens quoque ſic furiis vecors) Vecors eſt turbati, & mali cordis, vt ait Feſt. & Marſiam d. Marſias autem Hyagnis muſici filius fuit.

Phryx,

Phryx, Barbarus, vultu ferino, trux, hiaspidus barba, spinis, & pilis obsitus, qui gloriabūdus Apollinem ad cytharam, & musicā ausus est prouocare musis, & Minerua iudicibus Dio. uero Niseis d. qui uictus uelut ursus bipes corio execto, nudis lacerisq; uisceribus fuit, ut Apul. est auct. inde in fluuiū sui nominis uersus, ut in Met. & apud Dio. in 4. legitur. (Vtq; Dryātiade) Lycurgi quatuor fuere Nemeus, qui primus aquam uino miscuit, quare auctor Lact. est in mari obrutus, alius, qui leges Lacedæmonijs dedit, de quo Iust. in 3. & Val. ubi de ingratis loquitur, alius vnus ex 10. oratoribus Atheniensibus qui vno tempore fuere, ut Cic. tradit, & hic Dryantis filius Thraciæ rex, qui vt in 6. Il. ab Hom. traditur, temulentas Bacchi comites est insecutus, easq; pro nihilo habuit pariter & Bacchum, qui timore perterritus in maritimis fluctib⁹ se abdidit, à Thetide in sinu receptus, quare Iup. perpetua cecitate Lycurgū affecit, nec multo post interfecit. Diod. aliam in 4. refert nobis hist. alij uero dicūt in contemptū Bacchi cum uites putaret, crus propriam amputasse, ut nunc Ouid. scr. (Rhodopeiā) Rhodope, mons est Thraciæ. Plin. aūt Macedoniæ scr. dictus à Rhodope, quæ ibi ciuitatē sui nominis ædificauit. (Vt fuit Oeteo) Herc. ut superius ostēdimus, ex Alcmena, & Ioue natus, Nessum Centaurū cum occidisset, ab eo Deianira Herculis vxor tunicam hydræ veneno intinctam accepit, qua persuaserat mulieri posse virum facile alieno amore, si qñ detineretur, ad se reducere. cum itaq; Herc. Lycham domesticū suum in mōte Ceneo sacrificaturus, ad Deianiram misisset, ut uestem, qua in sacris uti consueuerat, ad se ferret (perceperat aūt Deianira Ioles amore Herculem teneri) cupiensq; ipsum ad se allicere, tunicam, quam à Nesso habuerat, misit, qua indutus Herc. immensis doloribus afficiebatur. quamobrem Apollinem consuluit qui ut pyram in Oeta monte nō procul à Parnasso teste Procul construeret, ipsum iussit, de reliquis vero dijs curam relinqueret, quo facto in pyrā se proripuit, atq; ita vita functus anno 52. ætatis suę, vt tradit Diod. quamuis alij 30. tantū dicant auct. Euseb. qui ob morbum pestilentem ait in flammas se coniecisse, siue intelligit, poëta ipsius insaniam, qua, cum ab inferis redijsset, torquebatur, vxorem etenim voluit occidere, aliosque quamplures amicos, vt à Seneca ostenditur. fuit Herc. melancholicus teste Arist. quare facile potuit insanire. (Generoq; draconum) Notum est Athamantem Iunonis odio in furorem versum filium Learchum puerum interfecisse, & Ino vxorem Melicertamq; filium persecutum, quos marinos deos Neptunus fecit, quemadmodum ostendimus superius, fuit hic Athamas Aeoli filius Thebarum rex, cui Ino Cadmi & Harmoniæ filia nupsit, qui versi in Dracones fuere, vt in Met. legitur.

ASCENSIVS.

ET aliquis figat scopulis). i. ad scopulos tua viscera sic. (Vt viscera Graia,) Hoc est Grecorum. (Fuere fixa, sub sinu Euboico) Ad Capharea. s. monté. (Et vt ferox raptor). s. Cassandræ Priamidos, quam in templo Palladis rapuit Aiax Oilei, vt tangit Virg. Aen. 1. (Perijt) . s. per manus Palladis. (Et fulmine & æquore) Quia, Ipsa Iouis rapidū iaculata è nubibus ignē, Disiecitq; rates, euertitq; æquora &c. (Sic ignis). s. fulminis, adiuuet aquas mersuras te. (Mens quoque vecors agitetur sic furijs, vt) sup. agitata est. (Illi). s. Marsiæ probocatori Apollinis. (Qui habet vnum vulnus in toto corpore) Quia excoriatur erat. (Vtq;) Ordo est. Et sup. sis. (Haud). i. non. (Dispar ingenio). i. per ingenium tuum. (Dryantide). i. Lycurgo Dryantei filio scribitur aūt Lycurgus, sed profertur Lycurgus. (Tenēti regna Rhodopeis). i. Thraciam, vbi est mons Rhodope. (Cui). s. Lycurgo. (Cultus erat pede) Quia volens colere, & putare vites, incidit crura. Et sup. mens sit. s. insana. (Vt fuit quondam). i. cum insaniret. (Oeteo). s. Herculi. (Et genero Draconum). i. Athamanti Cadmi in Draconem versi genero, qui etiam in furorem versus, & vt fuit.

ZAR.

Thysameniq; patri,* Calliroësq; viro.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.
Quæq; sui Venerem iunxit cum fratre mariti,

THysameniq; patri,) Thysamenus Achaiæ Tyrannus Aristophanum patrem habuit, qui cum filia concubuit, vt uetus scr. interpres. quare est à dijs in furorē uersus, legimus etiam

*al. Calligones cui⁹ uir Aiax Telamon.

*locrin

*facis,

* Locris in ancillæ disſimulata necem,
Tam quoque Dii faciant posſis gaudere fideli.
Coniuge, quàm Talai, Tyndareique gener.
Quæque parare ſuis letum patruelibus auſæ,
Belides asſidua colla premuntur aqua.
Biblidos & Canaces ſicut * facit, ardeat igne,
Nec niſi per crimen ſit tibi fida ſoror.
Filia ſi fuerit, quod Pelopeia Thieſti,
Myrrha ſuo patri, Nyctimeneque ſuo.
Filia ne ue magis capiti ſit fida parentis.
Quàm tua uel Pterela, uel tua Niſe fuit.

etiã apud. Euſ. & Str. Thyſamenũ Oreſtis filiũ Mycenis imperiũ habuiſſe cuius pr̃ pp Clytemneſtrã matris cædẽ inſaniuit. (Callirhoësq; viro) Pœantidẽ, ſiue Pentheũ vet⁹ interpres ſcr. vxo. interfeciſſe, vt inde cõmode concubinã habere poſſet, ſed ab vxoris affinib. potionatus in furorem eſt verſus, nonnulli dicũt Calligonem Aiacis Telamonij vxorem, cuius (vt vulgatum eſt) coniux in inſania vſq; ad mortẽ permanſit, ſed nuſquã legimus Aiacẽ habuiſſe vxorem, amicam aũt Tecmeſſam, cuius filius fuit Euryſaces, cuius, vt multi, ita Sophocles meminit, (Nec tibi contingat) Adraſtus rex tres filias habuit, Ceiphilam, quã Tydeo deſpõdit, vnde natus eſt Diomedes, Argiam Poynicis vxorẽ, & Aegialã, quæ ipſi nupſit Diomedi, qui ad Troiã cum ceteris Gręcis nauigabit, vt in Il. Hom. ſcr. vna cum Sthenelo Auriga, qui Diomedi perſuaſit, vt ad cuſtodiam domus calamiſtratum quendã pręficere, hic aũt rem cũ Aegiala habuit, cumq; domũ Diomedes reuerteretur, ex domo ab adultero eſt propulſatus quem, ni in Palladis templum fuiſſet. ét occidiſſet, à pudore aũt impudicæ vxoris in Italiã venit, à Dauno, qui tunc Apuliã occupabat, benigne ſuſceptus, cuius ſocij in Heroidas aues, ſunt mutati, auct. Por. & Ditis. (Matrona) Matronas, ait Feſt. appellabant eas ferè, quibus ſtolas habendi ius erat. Nonius vero, quæ ſemel peperit, matronã innuit appellari, vel, vt alij, locupletiorem. (Quæq; ſui Venerem) Hypermneſtra vna ex L. filiabus Danai cũ fratre mariti concubuit, noctuq; deprehenſa, beneficio tenebrarũ euaſit, & ne palã inceſtus fieret, Locri ancillam occidit, an famulũ, quaſi in concubitu eos inueniſſet. (Coniuge, q̃ Talai) Quemadmodum ex Statij Thebaide didicimus, pariter & Diod. in hiſt. Septem reges ad Thebarũ excidium iuere, ex quibus Amphiaraus Lini, & Hypermneſtræ filius fuit, hic vaticinandi ſcientiam optime percalluerat, qui cum cognouiſſet in ea expugnatione fore vt vita fungeretur, ſe occultauit, at Eryphile vxor Talai filia ipſum manifeſtauit, corrupta monili Argiæ Polynicis vxoris, quod olim à Telchinibus fratribus in Sicilia fuerat fabricatum. auct. Lact. nõ ergo irritus fatorũ fuit ordo. nanq; hiatu terræ Amphiaraus dr̃ abſumptus q̃ filio Alcmæoni imperauit, vt in vindictã matrem interficeret, quã rem cũ Alcmæon peregiſſet, inſanus factus eſt, vt Sophocles in Trag. ſcr. tradit aũt Dio. Veneris, nõ Argiæ monile fuiſſe, & Hermione tradidiſſe, obortaq; inter Adraſtũ, & Amphiaraum diſſenſione, Eryphilen iudicem electam, quam & alterius ſororẽ, Amphiarai vero vxorẽ extitiſſe, proq; fratre ſententiam dediſſe, vt ad bellum coniux ſe cõferret, quare ratũ Amphiaraũ ſe ab vxorẽ proditum Alcmæoni, vt Eriphylẽ matrẽ occideret, iuſſiſſe. (Tyndareiq; gener) Oebalus Pericli filius dñatum in Lacedæmonia tenuit, habuitq; filios Icariũ, ex quo nata Penelope Tyndareum, qui Ledã genuit, Arnem, & Hippothoontem illegitime natũ, ex Leda aũt Io. cõpreſſu Clytemneſtra orta eſt, quæ Agamemnoni nupſit, qui Troiano bello Græcis omnibus præfuit, cumq; domũ reuerteretur ab vxo. ac Aegiſto occiditur, perſuaſerat. n. Clytẽneſtræ Nauplius ipſum Agamemnona Caſſandrã Priami filiam pellicem ſecũ ducere, vt Porph. & Ditis teſtãtur. (Quæq; parare ſuis) Danai filias d. quarum ſuperius meminimus. (Aſſidua) Continua. Aſſiduũ ab aſſidendo perpetuum. & continuũ ſignificat, cũ vero ab aſſe, & do, componitur, auct. Cic. in Topicis, diuitẽ intelligimus. (Biblidos) Biblis Mileti ex Cyane filia fuit, quæ amore Cauni fratris capta, ſuũ ipſi amorem manifeſtauit, à quo ſpreta aliquandiu peragrauit, lacrymis nunquam parcens, tandem eſt in fontem verſa, vt in Meta. Ouid. (Et Canaces) In 10. Odiſſ. ſcr. Hom. Aeolũ 12. habuiſſe filios, ſex mares, totidemq; fœminas. quas fratribus in matrimonium dedit, ex quibus Canace Mac. virum habuit,

att amen

attamen Ouid.ab Hom.diſſentire in Heroidibus videtur,cum Canacem puerum peperiſſe ſcr.eumq; Aeolũ ſtatim occidi imperaſſe & filiam in carcere tenuiſſe.(Pelopeia Thyeſti.) Thyeſtes Pelopis ex Hippodamia filius,vt Sen.tra.inſcius cum filia rem habuit, ex qua natus eſt Aegyſthus à capris nutritus,vnde & nomẽ habet. (Myrrha ſuo patri) Fuit Cynatæ Cypriorum regis filia Myrrha,quæ,ut in x.Met.ab Ouid.oſtenditur, inſcio cum patre concubuit,à quo cognita,penè fuit,quin occideretur,nam ſtricto gladio eam petiit, quæ in pedes ſe dedit in Arabiam vſque,vbi in Myrrham arborem dicitur mutata, & Adonẽ formoſiſſimum edidiſſe,qui adeo a Venere creditur amatus (Nyctimeneque).ſ.Nycteus Neptuni filius Aethiopium rex, Antiopã, & Nyctimenẽ filias habuit, aſſecuta eſt patris cõcubitum Nyctimene,quam cognito facinore,pater voluit occidere, ſed in auem nocturnam eſt mutata,vt Lact.ſcrib.extat,& Ouid.in Met. carmen. (Quàm tua vel Pterela) Meſtoris & Lyſidices filiæ Pelopis Hippothoë filia à Neptuno compreſſa. Taphum & Teleboam filios peperit,qui de ſe nominarunt Teleboas,& Taphios populos, Taphus Pterelam filium habuit,aureum capillum,ac fatalem in vertice habentem,ei Cometho filia fuit, & filij mares Cronius tyrannus. Ampulus,Cherſidamas,Meſtor,& Euueres,Electrionis autem,qui cum vxo. Alexo dominabat̃ Mycenis,filia fuit Alcmene,filij mares Stratobates,Gorgophonus, Philomorus,Ceneleus,& Lycinius nothus à Media,quæ fuit Phrygia . cupiens itaque Pterela Mycenis dominari filios omnes miſit cum exercitu, vt Mycenas eriperent Electrioni, quibus obuiam filios ſuos pariter miſit Electrio,cõmiſſum eſt prælium,& cæſi ſunt Pterelę filii præter Euuerem,omnes:Electrionis quoque omnes præter Lycinium : Taphii tñ abſtulerunt boues Electrioni,easq; expoſuerunt apud Polyxenum Helienſium regem, Electrio interim daturum ſe Alcmenam filiam,& regnum pronunciauit,qui horũ vlciſceretur iniurias. Amphitrio Alcæi filius negocium capeſſit, & à Polyxeno boues aufert . in itinere forte à grege boum vna aberrauit , illam fuiſſe inſectatus petiuit, ſed pro boue Electrionẽ percuſſit,ipſumque occidit. Sthenelus tunc rerum Electrionis adminiſtrator Amphitryonem fugientem inſectatus eſt. Thebas ſe recepit Amphytrio ad Creontem regem , vbi purgatus eſt,deinde it cum exercitu in Taphios vt vlciſcatur,quam intulerant,iniuriam rex Pterela aciem contra inſtruit,Cometho eius filia vtpote Amphitryonis amore capta, comã de patris vertice abſcidit,quia inuictus à Neptuno factus erat,inde facile ab Amphytrione ſuperatur occiditurq; , victoria potitus Cometho filiã Pterelæ negligit Amphytrio , Alcmena potitur vxore. Ariſtarchus in Heſiodũ huius eſt rei auctor. (Vel tua Niſe fuit) Scyllæ duæ fuerũt,vna Phorci,& Creteidos nymphę filia,quam Glaucus Deus marinus amauit,& Circes veneficiis in feram mutato,vt in xiiii. Ouid.ſcr.Seru. Lact.que,altera vero Niſi Megarẽſium regis filia, quæ, cum Minos contra Megarenſes bellum ageret propter Androgei filii mortem capta ipſius dicitur amore cui comam purpuream parentis abſciſſam obtulit, quã Niſus habebat conſecratam,tantumque regno patiri datum ipſi erat,quantum illam comã habuiſſet intactam,dehinc Scylla eſt à Minoë contempta,quæ in Cyrin auem eſt verſa, Niſus vero in alietum,vt Seru.& Ouid.in viii.Met.tradunt.

PATRI Thiſamani) Aut Thiſameni,alii legũt.i.Oreſti Thiſameni pr̃i, qui Oreſtes ZAR. quia matrem interemerat,diu furiis vexatus eſt,& vt fuit.(Viro).i.marito.(Caligones).i. Aiact Telamonio,qui ob abiudicata Achillis arma furore correptus eſt.(Nec matrona cõtingat tibi pudicior)Errãt ergo,qui præcipiũt pudicitior formari.(Illa).i.q̃ fuit illa. (Qua nutu).i.marita.(Potuit Tydeus erubuiſſe)ſicut erubuit de Aegiala vxore ſua.Et ſup.q̃ illa ſ.Hypermneſtra.(Locris).i. Locrẽſis eſt.n.patronymicũ à patria.(Quæ iunxit Venerem) i.coiuit cum fratre ſui mariti.(Diſſimulata in necem).i.per mortem ancillæ,quam interfecit mane,tanq̃ in adulterio deprehenſam,vt ſe adulterii hoſtem,& immunẽ per hoc ſignificaret.(Et dii faciant quoque).ſ.vt poſſis gaudere. (Tam) .i. tantũ coniuge fideli. (Quam) i.quantũ ſup.gauiſus eſt.(Gener Talai).ſ.Amphiaraus, qui ab Eryphyle Tatai filia proditus,eam necari iuſſit.(Et gener Tyndarei).i.Tyndari,ſed more Thucydidis à nominatiuo Tyndareus formatur.ſ.Deiphobus,qui vt dicit ipſe vi. Aen.ab Helena cõiuge ꝓditus , tota facie deformat⁹ eſt,atq; deinde occiſus.Et quã ſup.mariti earũ,videlicet Belidũ. (Quę Belides).i.Beli neptes Danai filię auſę parare.(Letũ).i.necẽ.(Patrue li.ſuis).i.patrui filiis,qb⁹

nupſerāt.(Premuntur colla).i.hñt colla depreſſa (Aſſidua aqua)Quam in vaſis ſine fundo ferre cogunt apud inferos.(Soror)Sup.tua.(Ardeat igne,ſicut fa.).i.ardoris Biblidos, quæ Caunū fratrē turpiter amauit.(Et Canaces)q̄ ēt Macareū turpiter adamauit.(Nec ſit tibi fida niſi p crimē).ſ.inceſtꝰ.(Si filia fuerit,ſit)ſup.tibi id videlicet mœcha inceſta. (Quod Pelopeia)ſup.fuit.(Thyeſti).ſ.pr̄i,q̄ ex ea Aegyſtū adulterū genuit,& quod fuit. (Myrrha ſuo patri.ſ.Cynaræ,& Nyctimene ſuo patri.ſ.cōcubina inceſta.(Neue).i.vel ne.(Filia).ſ. tua ſi quā habeas.(Sit magis fida capiti parentis).ſ.tuo.(Quam ò Pterela)Rex Thebarum. (Tua)ſup.filia videlicet Creonte,à qua necatus es,ſup.fuit capiti tuo. (Vel q̄ ò Niſe) Rex Megarenſiū.(Tua)ſup.filia.ſ.Scylla fuit capiti tuo,q̄ tibi capillū cōſecratū, & fatalē abſtulit,hoſtiq; tuo Minoi in pniciē regni tui tradidit. Et ſup.q̄ fuit. Pr̄i ſuo Tarq.Priſ.Tullia.

ZAR.

Infamemq; locum ſceleris quæ nomine fecit,
Preſſit & inductis membra paterna rotis.
Vt iuuenes,pereas,quorum faſtigia vultus
Olim Piſeæ ſuſtinuere * foris.
Vt qui perfuſam miſerorum cæde procorum.
Ipſe ſuo melius ſanguine tinxit humum.
Proditor vt ſæui periit auriga tyranni,
Quin noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.

*fores

INfamemque locum ſceleris) Campus Romæ nomine fuit ſceleratus proxime portā Collinam, in quo Virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant, ſunt defoſſæ, eſt ēt Porta ſcelerata, quæ & Carmentalis dicta eſt, ꝙ per eam ſex & trecēti Fabii cū clientibus mil.5.egreſſi aduerſus Hetruſos ad amnē Cremeram ſunt interfecti,vicus quoq; ſceleratus erat prope Cyprium vicum dictus aūt ſceleratus ꝙ cū Tarquinius Superbus interficiendū curaſſet Seruium Tullum regem ſocerū ſuum per corpus eius iacens filia Tullia Carpēto ſubuecta ſit,properante in poſſeſſionē domus paternæ,& hoc nūc tangit poëta, habes auct. M.Var.Feſt.Pomp.& Liu.in 1.ab V.C.(Vt iuuenes pereas)Oenomaus Piſæ,& Helidis ciuitatum rex Martis,& Aeginæ Aeſopi filius, vt alij Eurythoës Danai, Hip.vnicam filiam habuit,cui finē vitæ ſciſcitanti ab oraculo rñſum eſt,tum obiturum cū filiam deſpondiſſet. igitur in perpetua virginitate filiā tenere decreuerat.veruntñ multis puellam poſcentibus hmōi obtulit conditionē,vt curule fieret certamen,victoriq; Hip.daretur victo vero mors, curſus aūt talis erat.Oenomaus Io.arietē ſacrificabat qui virginē volebat quatuor equorū ferrebāt curru,Oenomaus ſacris peractis curſu ſequebatur præcedentem auriga Myrtillo, aſſecutū haſta,quā geſtabat manu interficiebat hoc itaq; modo iuuenes 13.periere, vt Pyndarus ſcr.ex quibus Marti arā erigere voluit,quorūq; capita foribus affigebat. venit Piſam Tātali filios Pelops,cuius amor exarſit ſubito Hippodamia,qui aurigam primi coitus pactione corrupit.alij tñ alia tradunt mercede corruptū.factis aūt cereis axibus ab auriga primus Pelops ad arā Neptuni venit,& proinde victoria potitus,erat curſus à Piſa ad Neptuni aram quæ eſt apud Iſthmum Corinthi,qua ex re Oenomaus vitæ ſuæ tēpus ratus aduenisse,ſibi mortē cōſciuit.Pelops vero ſumpta Hippodamia vxore,Piſe regnū tenuit, vt Pindarus.Diod.Ouid.Sen.& Seru.tradūt.(Vt qui perfuſam)Oenomaū dicit,qui vt modo docuimus 8.procis interemptis ſeipſum à Pelope victum interfecit. (Procorum) Procare,inquit Feſt.poſcere eſt,vnde & proci,& meretrices procaces.(Proditor & ſæui)Myrtillꝰ Mercurij filius & vnius Danaidum Phaëtuſis,alij Clymenes,alij Myrtus & Amazonibus, vt Pherecydes,cū ab Hippodamia promiſſum præmiū poſceret,à Pelope eſt in mare præcipitatus,cui nomen dedit,nā Myrtoum dr̄ pelagus,eſtq; inter Ioniū & Aegeū. Plin. aūt Myrtoum mare ſcribit,appellari ab inſula parua,quæ cernit Macedoniā à Geraſto petentibus.

ASC.

QVAE fecit locū infamē noīe ſceleris) Vocatus eſt.n.vicus ſceleratus.(Et preſſit membra paterna rotis inductis)Quia fecit currū,ī quo inſidebat,trahi ſup cadauer pr̄is pſtrati, vt Liu.recitat in primo.(Vt iuuenes pereas) Nouas cōtinue ſubinfert imprecationes. Ordo aūt eſt.(Pereas,vt)Sup.perierūt.(Quorū vultus).i.oris.(Fores Piſeę ſuſtinuere olim faſtigia).i.ſublimitatē,hoc eſt capita eorū,qui ab Hippodamia victi,atq; detruncati erāt. Et pereas.(Vt is).ſ.Oenamus.(Qui tinxit ſanguine ſuo melius).ſ.iuſtiꝰ, & decētius. (Humū

perfuſam

perfusam cęde).i.cruore.(Miserorū ꝓcorū).i.petitorū nuptiarū filię ei⁹.Et pereas.(Vt ꝓditor).s.Auriga sęui tytāni)Oenomai uidelicet perijt.s.Myttill⁹.(Qui ferit Myrtoę aquæ).i.mari Myrtoo,ut in.1.Od.Horat.(Nona no.)q̃a à se denominauit,postq̃.submersus erat.

Vt qui uelocem frustra petiere puellam,
  Dum facta est pomis tardior illa tribus.
Vt qui tecta noue formam cælantia monstri
  Intrarunt cææ non redeunda domus
Vt quorum Aeacides misit uiolentus in altos
  Corpora cum senis altera sena rogus.
Vt quos obscuris uictos ambagibus oris,
  Legimus infandæ Sphinga dedisse neci.
Vt qui Bistoniæ templo cecidere Mineruæ,
  Propter quod facies nūc quoq; uersa deæ est.
Vt qui Threicii quondam præsepia regis
  Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.
Therodamantheos ut qui sensere leones,
  Quique Thoantheæ Taurica sacra deæ.

VT qui uelocem) Atalantā alteram compressit Menalion,alii legunt Mimalion alterā Hip. ut inquit Heracleō, fuit & quē Meleager habuit,ut Apollonii docet interpres.duas Atalantas fuisse certissimum est, ait Lact.unā Arcadā,cuius Parthenopeus est filius, alteram de Scyro nobilem quam Hyppomenes currendo sperauit, proiiciendo tria aurea poma consilio Veneris,de qua nunc à poëta fit mentio habuerat ab oraculo Atalanta Schęnei filia,quę in Scyro permanebat, ac uenatibus uacabat, ut connubium euitaret,sed quia à multis poscebatur, erat enim forma admodum conspicua,conditionē Procis dedit,ut pedibus currēt,uictisq; interitus daretur,uictoribusq; puella,quę quia pedum uelocitate insignis erat,multos interemit.Hip.aūt Megarēsi filius,Neptuniq; nepos,cum antea,ut stultos.cursores damnasset,uisa puella adeo exarsit, ut quamprimū cuperet antea improbatum,sed nō ideo frustratus est,nam auxilio à Venere implorato,facile uicit.quæ ei tria aurea mala ex Damasceno agro in Cypro nulla uisa tradidit, licet ex Orto Hesperidū fuisse quidā Græci scribant,quibus intercurrendū proiectis, puella est retardata,ac uicta,cūq; in tēplo Cybeles à Venere cōcitatus,qui non gratias egerat,concubuisset,ira Deæ in Leonē pariter & Atalanta uersus est.(Vt qui tecta noui) Androgeus Minois ex Pasiphaë filius,cum in certaminibus Athenis oēs superaret,in Pallantisq; filios amicitiā uenisset,ab Aegeo timore,ne qñque à filiis Pallantis auxilio Minois à regno pelleretur,per insidias Thebas ad spectacula ꝓficiscēs,circa Inoën terræ Atticæ occiditur,Minos aūt filii cęde bellū Atheniēsibus indixit famē pariter,& siccitatē eis imprecatus. unde siccitas maxima Græciā oēm oppressit,quare belli duces oraculū consuluere,à quo iussi sunt ad Aeacō ire ut pro eis uota faceret,cumq; oēs Græciæ urbes,p̃ter unas Athenas à siccitate uacarent,rursus decreuerūt Athenienses deum consulere. q̃ admonuit, ut quas uellet Minos pro filio,pœnas darent.prçcepit Minos 7.pueros totidemq; uirgines singulis annis,quoad uiueret,deuorādos.Minotauro dari,alii aūt dñt 9.quoq; anno pueros traditos, rursus Minos annis 7.trāsactis Athenas est castrametatus, bis septemq; pueros periit, cui traditi ēt sunt. Theseus uoluit & ipse tanto se periculo exponere,quia inter ciues rumor erat ipsum malorū causa à periculis abesse,qui Ariadnæ auxilio uictor domū rediit.Plut.& Dio.auct.(Vt quorū Aeacides)Hom.lib.18.Il.ostēdit quātū nūciato ab Antiocho Patrocli filii Menœtii Achil.interitu,anxerit,dolueritq; Achil.q̃ corpori Patrocli nō antea exequias ꝓsoluere pollicetur,quā & interfectoris arma & caput attulerit,necnō 12. ex nobiliorib. Troianis añ rogū trūcauerit,qđ impigre,ut superius attigimus,trāsegit. (Vt quos obsc.) Sphinx bellua est fuluo pilo,ut in 8.Plin.docet,māmis in pectore geminis,quàm Aethiopia generat.uerū Sphingis,cuius nunc poëta meminit,formam hmōi fuisse tr.Soph.interpres faciei capitisq; puellæ,corporis canis,alarū auis,uocū humanorū,lenonisq; unguiū, q̃ Echidnæ, Cerberi filia fuit,ut Hesiod.in Theog.scr.& Thebas uenit,ac hominibus tale ænigma proponebat,quod animal bipes,inde tripes,ac quadrupes esset, soluenti præmium dabatur Io,

castæ cõnubium,Thebanorumque regnum ignoranti vero mors.solus Oedipus hominem esse dixit,qui infans quatuor it pedibus,ætate auctus duobus,iam senior factus tribus,nam baculo æque,ac tertio pede sustentatur.Sphinx victa ex alto loco se inde præcipitem dedit. Oedipus aũt & matrem,similiter ac regnum tenuit,vt iam ostensum est. Dio.auct.qui hãc cõplexus est hist.in v.suarum hist.lib.(Vt qui Bistonia)Bistones populi sunt Thraciæ,vnde Paliadis simulacrum ad Lacedæmonios translatum est,apud quos impia lex est ꝓmulgata,ne alicui hospiti Spartæ cõmorari liceret,spreta autem lege Lemnij Spartam Venere, quos in templo Palla.Spartani occidere,quo facinore pariter,& impietate,deæ imago torua apparere creditur, vt verus scr.interpres.(Mineruæ)Minerua,quia bene moneat dicta, hanc pagani pro sapientia ponebant. Cornificius vero,ꝙ fingatur,pingaturque minitans armis,eandem dictam putat, testis est Fest.si autẽ Cic. astipulamur,ꝙ quasi vis minuetur, dicitur,græce Pallas nuncupatur à vibrando, vnde Palladiũ. Quinque fuisse Mineruas in iij.de Nat.Deor.docet Cic.prima Apollinis fuit mater.ij.orta Nilo,quã Aegyptij Saitem colunt.iij.ex Ioue nata.iiij.Io.& Coriphe Oceani filia,quam Arcades Coriam noiant,& quadrigarum inuentricem ferunt.v.Paliantis, q̃ patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem,cui Pinnarum talaria affigunt.(Tor.deæ)Terribilis toruus.n.terribilis dicitur,vt tract.Seru. (Vt qui Therodamantheos) Diom.Thracius æquos æreis p̄sepibus,cathenisque ferreis tenebat, quos humano corpore pascebat, hos iussu Erysthei Herc.ad ipsum abduxit,quos Euristheus Iunoni sacrauit,quorum propago ad Alex.Macedonis tẽpora fuit,vt Dio.testatur(Therodamantheos) Therodamas rex Scythiæ,sicut vetus docet interpres,timens ne per insidias occideretur,leones hoĩum sanguine alebat,quo magis sæuirent,vt si casus postularet ad crudelitatem paratos haberet huius in j.de Ponte Ouid.meminit.Non tibi Therodamum, crudusque vocabitur Atreus:Quique suis hoĩes pabula fecit equis. (Quique Thoantheæ) Thoanthẽ Liberi patris filium fuisse Lact.auct. linquet,cuius filia fuit Hypsipyle.Hic in Tauricã Scythiæ regionem venit, quo tp̃e Lẽnij virij a mulieribus ad vnum, præter ipsum Thoantem sunt enecati, vt paulo post apparebit,vouerat.n.ibi in templo Dianæ Tauricæ sacerdotio fungi.solebant aũt Deæ sacerdotes ex Hecates instituo,quæ ipsi templum erexerat,nauigãtes sacrificare, vt in v.Diod.docet. nunc huius meminit crudelitatis posita.de qua etiam Horat.in Carm.est locutus.

ASC. ET pereas)Vt illi.(Qui petiere frustra puellam velocem).s.Atalantam. (Dum.i.donec.(Ipsa est facta tardior).i.tardata ab Hippomene.(Tribus pomis).s.colligẽdis, quæ ille à Venere acceperat,dicit bene dum.i.donec,quia illis tardatam non frustra petijt.Et pereas.(Vt)sup.illi.s.Athenienses.(Qui intrarunt tecta cęcæ domus).s.labyrinthi excęcãtis ita, vt exitus reperiri nequiret.(Cælantia).i.occultantia.(Formam noui mõstri).s.Minotauri,partim hominis,partim tauri.(Non adeunda).i.quæ adiri nõ debebant,quia omnes adeuntes perierunt vsque ad Thesea.Et pereas.(Vt,)Id est.(Quorũ sena altera corpora) .s.Troianorũ.(Aeacides).i.Achilles violẽtus.(Misit cum senis)sup.corporibus.i.alijs sex etiã Troianis fortissimis.(In altis rogis(Aut potius in altos rogos.s.Patrocli,vt ĩferias illi faceret.Et pereas.(Vt)Illi perierũt.(Quos victos à Sphinge).s.ambagibꝰ.i.ænigmatis,seu ænigmatibus.(Oris).i.sermonis,aut orationis.(Obscuris).i.difficulter ĩtelligibilis.(Nos legimus Sphinga).i.monstrũ illud.(Dedisse neci).i.morti.)ĩfandæ).i.detestabili(Quos & victos) Accusatiui, regũtur à dedisse à parte posteriori, sed præconstruuntur pp relatiuũ. Sphinga vero accusatiuus à nominatiuo Sphinx Sphingos regitur ab eodem verbo à parte ante. Si velimus adiectiuum victos diuisim construere, ordo esse posset. Et quos legimus Sphinga dedisse neci infandæ victos ambagibus oris obscuri.Et pereas.Sup.(Vt illi)Videlicet Lemniaci.(Qui cecidere in tẽplo Mineruæ Bistoniæ).i.Thraciæ,hoc est ferocis more Thracum.(Propter quod).s.facinus.(Facies Deæ).s.Palladis.(Est tecta quoq;).i.ẽt nunc, qa.s.tunc tale facinus inspicere nolens faciem auertit.Quod sæpe fecisse legitur,vñ Aen.j. de ea dicitur.Diua solo fixos oculos auersa tenebat.Et pereas.Sup.(Vt illi).s.hospes Dio. Bistonij,seu Thracij.(Qui fecerunt quondam).i.aliquando.(Præsepia).s.equorũ.(Regis Threicij).i.Thracij,seu Bistonij,videlicet Diom.quem Herc.postea interemit,fecerũt,inquit(Sanguinolẽtia).i.sanguinis plena,aut sanguine humano aspersa.(Dapibus suis).i.pabulis

bulis de se factis, quia ipsi apponebatur equis. (Therodamantheos &c.) Prosequitur inceptum, atque ordo est. Et pereas sup. vt 2. (Qui sensere leones Therodamantheos). i. quos Therodamas in Scythia, aut Numidia humanis alebat corporibus. Et sup. vt illi. (Qui sensere sacra Taurica). i. quæ fiebant in Taurica regione ex humanis corporibus. (Deæ Thoantheæ). i. Dianæ quam Thoas rex venerabatur eiusmodi sacrificio, vt Seru. late docet ad illud 2. Aeneid. Sanguine placastis ventos & virgine cæsa: Sanguine quærendi reditus. Et pereas sup. vt socij Vlyss. (Quos pauidos). s. propter periculum maris.

Vt quos Scylla uorax, Scyllæq; aduersa Charybdis
Dulichiæ pauidos eripuere rati.
Vt quos * demisit uastã Polyphemus in aluum:
Vt Lestrigonias, qui subiere manus.
Vt quos dux Pœnus mersit putealibus undis,
Et iacto canas puluere fecit aquas,
Et uelut Icaridos famulæ periere procique:
Inque caput domini, qui dabat arma procis.
Vt iacet Aonio luctator ab hospite fusus,
Qui (mirum) uictor, cum cecidisset, erat:

VT quos Scylla vorax) In freto Siculo est scopulus Scylla itẽ Charybdis mare vortico um ambo clara sæuitia inquit Plin. vbi Vlyss. naufragio, vt Ho. tradit, socios amisit. superius de Scylla satis locuti, de Charybdi aliquid recẽsere loc⁹ exigere vr̃. Vetulã voracissimã Charybdim fuisse quidam Græcorum perhibent, quæ, quia boues Herc. est furata ab ipso est in mare proiecta, vnde & antiquas adhuc seruat rapinas, & deberet declinari in primo casu Charybdidis secundũ regulam, verum, vt Prisc. ostendit, dicimus huius Charybdis, ne alterna d. in utraq; syllaba male sonet, quod ẽt Græci solent euitare, dicunt. n. Charybdos, non Charybdidos. (Dulychiæ) Dulychium insula est, ubi mons Itachus, in qua Vlysses fertur habitasse, eoq; Dulychius dictus est, & rates Dulychias habuisse dr̃, vt Seru. testatur. (Vt quos demisit) Polyphemus Cyclops sex Vlyssis socios deuorauit, à quo est lumine priuatus, vt iam Hom. auct. ostendimus. (Vt Lestrigonias) Antiphates Lestrygonũ Rex fuit, qui & vnum ex Vlyssis socijs comedit, ad naues, virosq; mersit, pter vna, q̃ Vlyssem vehebat, vt in 14. ab Ouid. docemur. (Vt quos dux Pęnus) Appianus Alex. in eo, qui Lybicus inscribitur, libro ostendit Carthaginienses quãdoq; Acheranorum senatum per inducias fidentem puleis immersisset, atq; saxis obruisse. addit vetus interpres Amilcharem tunc Pœnorum ducem fuisse, de hac puto poëtam loqui crudelitate licet alij aliter intelligant. (Et uelut Icaridos famulæ periere) Cum ex longo errore Vlyss. domũ reuersus esset, procos quãplures Penelopen in uxorẽ poscentes, inuenit, quos domestici pueri adiuuabant, oẽs Vlyss. una cũ Telemacho filio aggressus est sagittis primum mox armis, & Polybum, Pysandrũq; necauit Melanthius interim caprarum custos ex thalamo procis galeas, Clypeos, & hastas attulit, quæ arma cum à Melanthio afferri cognouisset complicatis asseribus, & imposito pondere ipsum interfecit ut Hom. est auct. (Vt iacet) Antheus terræ filius habitus, quia palestra, ac robore corporis præclarus ab ipsa terra cum luctatoribus prẽmebatur, ualidior reddebatur ab Herc. in pectore prẽssus, cum diu spirare non quisset, occisus est, qui in Lybia apud Lybin Coloniam regnum obtinuit, ubi & hortos Hesperidũ fuisse satis ex Plinij, & Solini auctoritate constat, in urbe Tigenna sepulchrum habuit, ꝙ Sertorius perfodi iussit, qui, si Plutarcho credimus 60. cubitorũ corpus inuenit Str. aũt tibiam 60. cubitorũ (Gabinij testimonio) cóperisse scr. Sertorium qui postea instauratorum tumulo famã, honoremq; eius adauxit, Tigennam quoque scribit Plut. Herculem cognouisse, quæ Syphacẽ genuit, à quo urbs à matris noie dicta condita est. (Aonio) Thebano, & Herculem dicit Thebis natũ, qui ut exposuimus, Antæũ interfecit. Aonia, inquit Lact ab Aone filio Neptuni, uel à mõte Bœotiæ, nam ipsa est Aonia, quæ & Bœotia, quę & Thebæ.

ZAR.

* diuise

SCYLLA.). i. monstrũ illud marinũ. (Vorax). i. deuorãs naues. Charybdis aliud monstrum, & periculũ maris Siculi, aduersa Scyllę, quia, ut dr̃ Aen. 3. Dextrũ Scylla latus læuũ implacata Charybdis Obsidet. (Eripuere rati). i. classi periclitãti. (Dulychiæ). i. qua uehebantur

ASC.

bantur Dulychij ut Vlyſs.& ſocij eius.Et ut alij ſocij Vlyſſ.(Quos Polyphemus) Cyclops ille, Aetneusq; paſtor.(Demiſit).i.deorſum miſit,& ingurgitauit. (In aluũ uaſtã).i.valde amplam.eſt aũt aluus receptaculum ſordium,& excrementi. Et ſup.ut & alij Vlyſſis ſocij.(Qui ſubiere).i.intrauerunt.(Manus Leſtrygonias).i.Leſtrygonũ, qui in Italia humanis carnibus ueſcebantur. Et ſup.Romani. (Quos dux Pœnus).i.Punicus,ſeu Carthaginiẽſis Annibal.(Merſit undis putealibus) Vt.ſ.pontem faceret ſuper Gelium fluuiũ. Et ſup.quibus.(Fecit aquas canas).i.ſubalbidas.(Puluere).i.limo arenoſo.) Eiecto).ſ.põdere cadauerum.Et ſup.pereas. (Velut periere famuli procidiq. Icaridos).i. Penelopes Icarij filiæ,cuius famuli nõnulli,& proci interẽpti ſunt tandẽ ab Vlyſs. Et ut ille è famulis,uidelicet Melanthius.(Qui dabat procis arma).ſ.12.haſtas,& totidẽ Clypeos,& galeas.(In).i.contra.(Caput domini).ſ.Vlyſſ.Et ſup.pereas,aut iaceas uictus,ut Antæus ſup.(Luctator iacet fuſus ab hoſpite Aonio).i.Herc.(Qui erat mirum).i.mirabiliter, ut ſit mirum pro mire,aut interiecti eſt ſtupentis.(Victor cum cecidiſſet).i.poſtquam ceciderat, & terram matrẽ ſuã contigerat,donec ipſum leuatum de terra inter bracchia compreſſum expirare coëgit.

ZAR.
* Et

* Vt quos Antæi fortes preſſere lacerti.
Quosq́ue feræ morti Lemnia turba dedit.
Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias uictima cæſus aquas.
Frater ut Antæi quo ſanguine debuit,aras
Tinxit,& exemplis occidit ipſe ſuis.
Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano uiſcere pauit equos.
Et duo diuerſi ſub eodem uindice cæſi
Temporibus,Neſſos, Diſsimaniq́ue gener,
Vt pronepos Neptune tuus,quem reddere uitã,

VT quos Antæi) Nunc illorũ imprecatur mortẽ,quos certamine Antæus interemit, multos.n.externos eum occidiſſe Dio.eſt auctor. (Lemnia turba dedit) Lemnienſes mulieres cum Veneris ſacra eſſent auerſatæ,irata Dea eis tetrum immiſit odorem, ut Apollonii interpres Hellanici auctoritate ſcribit,cumq; Lemnii uiri in Thraces bellum agerent, tandem uictores magnam pellicum turbã ſecum duxere, quam cum uxore ferre non poſſent iniuriam,unanimes decreuerunt uiros occidere,quos ut ſtatuerant,ad unũ interemere, pariter & Thraces mulieres, filiosq́ue metuentes,ne paternã ulciſcerentur iniuriam. non tñ tantę immanitatis fuit Hypſipyle,quę ſola patri Thoanti pepercit,eamq; ſeruauit.(Vt q poſt longũ) Praſillus,ſiue,ut alij uolunt, Thraſyllus,non lõge fuit ab Aegypto, qui Buſyridem docuit poſſe facile pluuias aridę regioni inſerre,ſi humana corpora mactaret, in ipſum aũt Praſillum auctorem primo Buſyris periculum fecit,ut ex uetuſtiſſimo diſcimus interprete. ſatis tñ conſtat Dio.auct.Buſyridem Aegypti regem hoſpitum fuiſſe cæde ad ſe accedentiũ graſſantem ab Hercule enecatum,licet defenſoriam Buſyridis ſcripſerit Iſocrates, & uirũ iuſtum uideri uelit. (Frater ut Antæi) Pygmalion tyrannus Antæum quendam fratrem habuit,ſolebat hic hoſpites necare, eodem poſtea modo pſe finiuit uitam, ut uetus ſcrib. interpres. (Vt qui terribiles) Diom. dicit,qui equos humanis paſcebat corporibus, hunc Herc.ſuis equis tradidit edendum,ut docuimus. Tyridam urbem in Thracia Dio.tenuiſſe ſcr.Plin.(Temporibus Neſſus) Ad Euenum amnem Neſſus portitor fuit, quo Hercu. cum Deianira cũ perueniſſet,eam tranſductam uiolare uoluit,uerũ ab Herc.ſagitta occiſus eſt, ut ſuperius ſumus interpretati.(Diſſimaniq́ue gener) Eurytus Oechaliæ rex Diſſimani gener filiam Ioleo Herc.promiſſam denegauit filii hortatu,indignatus aũt Herc. euerſa ciuitata Eurytum interemit,& Iolem ſuſtulit,ut Seru. oſtendit: Dio.Herculem Euryti equos abegiſſe,& Iphiclum,qui ad inueſtigandos equos in Tirynthem uenerat,ex alta turri pcipitaſſe in quem locũ,ut ſi equos ſpectare poſſet,aſcenderat. (Vt pronepos Saturne tuus) De Hipp.intelligit,qui Saturni pronepos fuit.Saturnus.n.Neptunum filiũ habuit,qui Theſeũ ex Aethra Pitthei genuit,ex quo & Amazone natus eſt Hip.ab Aeſculapio Dianæ precib. uita donatus,quẽadmodũ oſtẽdim9,uolũt nõnulli Corynetũ filiũ Vulcani intelligere,cũ à

Theſeo

Theseo interfectus nusq̃ reuixerit.de quo Dio.in 5.poëta aũt dicit quedã mortuũ olim,quẽ Aesculapi⁹ uidit efflare uitã,vt Hip.accidit,nõ aliter meo iudicio recte loc⁹ ille p̃t ĩtelligi. ET vt)sup.ij.perierũt.(Quos fortes lacerti).i.fortia brachia.(Antęi).s.filij terræ,prius quã ab Herc.victus erat.(Pressere).s.luctando.Et sup.vt perierunt viri in Lemno.(Quos turba Lenia).i.Lemniadum.i.mulierum ex Lemno.(Dedit ferè).i.quasi omnes morti. Et sup.pereas,vt Prasillus,seu Thrasillus.(Monstrator iniqui sacri).i.de nece humana, quod mõstrauit Busyridi,vñ in Georg.Aut illaudati nescit Busyiridis aras.(Elicuit post).i.plus culos,aut,ut Cald.legit,post lõgum tp̃s.(Aquas pluuias).i.pluuiales,existens.(Victima cęsa).s.ad morem,quẽ docuit.Et sup.pereas.(Vt frater Antæi).s.Pygmalion.(Tinxit).s.imbuit aras.(Sãguine,quo debuit).s.de proprio.(Et occidit ipse suis exemplis).s.quæ in alios exercuerat.(Vt qui terribiles)Ordo est.Et pereas sup.(Vt impius).s.Diomedes Thracius.(Periit)Interẽptus ab Hercule.(Qui).s.Diomedes.(Pauit equos terribiles).s.feros.(Viscere humano).i.carnibus humanis.(Pro herbis habẽtibus).i. loco herbarum habentium.(Gramen).i.illam speciem herbæ,ex sanguine humano,ut sentit Seruius,nascentẽ. Et pereas.(Vt Nessus,& gener Dissimani).i.Eurytus,aut Epiclus sup.perierũt.(Cæsi) Aut Cæsi, sup.sunt diuersis temporibus.(Ab vno uindice).i.exterminatore monstrorum.s. Hercule. ASC.

Ipse Coronides uidit ab urbe sua:
Vt Scynis,& Scyrõ, & cum Polyphemone natus
Quisue homo parte sui, parte iuuencus erat:
Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in auras
Aequoris aspectus huius,& huius aquas.
Quæque Ceres uidit læto percuntia uultu
Corpora Thesea Cercionea manu
Hæc tibi quę precibus iustis mea deuouet ira,
* Eueniant,aut his non leuiora malis.
Qualis Achemænides Sicula desertus in ora.
* Troica cum uidit uela uenire,fuit.

Coronides) Aesculapius Coronidis ex Apolline filius, vt in 3. Meta. Ouid. tradit.(Vt Scynis,& Scyron) Scyronẽ Theseus in locis Megaræ habitantẽ è summo loco in mare pręcipitauit, à quo saxa Scyronia nomen sumpsere.non aliter,qui ipse periit, uiatores occidebat,ut Diodor.narrat longã Plutar.in Theseo de Scyrone scribit historiã.(Et cum Polyphemone natus) Procrustes Polyphemonis filius in eo loco terræ Atticæ,quæ dicitur Curdalus,uiatores inusitato supplicio sustollebat,in lectica nanque eos ponebat,quod si lõgiores erant,parte supereminente amputabantur si uero breuiores, pedibus distendebantur, vnde & nomen habuit, hunc Theseus,ut docet Dio.interfecit.(Quique homo parte sui) Vt ex fabulis notum iam omnibus est,Pasiphaë Taurũ amauit.quo Dædali arte potita est.monstrumque peperit Minotaurum,qui usque ad humeros Taurus,cætera hominis habebat reddit nobis Diod.causam,cur tam turpi Pasiphaë exarserit amore, aitque Minoën quotannis solitum speciosissimum Neptuno Taurum sacrificare, cumque omnium pulcherrimum à Pasiphaë amatum non sacrificasset,iratus Deus uxori furorem immisit,ut cum ipso Tauro concumberet,unde Minotaurus natus,quem Minos in labyrintho à Dædalo fabricato habebat, ac humano Atheniensium sanguine,vt monstrauimus,pascebat.(Quiq́ue trabes pressas) Diodori monumenta testantur Scyronem quendam in Isthmo habitasse, qui nouo genere admodum immani homines occidebat,duorum enim brachia duabus flexis pinis alligabat, & eas dimittebat,vi autem corpora discerpebantur,sed ipse à Theseo non æque finem uitæ facere est coactus,cum filia Menalippum ex Theseo genuit,auct.Plut.(Quæq; Ceres uidit) Cercyonem Arcadem in palæstra Theseus iuxta Eleusinã Cererem superauit, ut Plut. scribit, & ab Ouid.in 8.Met.tangitur: Cercyonis letum uidit Cerealis Eleusi.(Qualis Achemænides)Fuit Adamasti Ithacensis filios Achemænides unus ex Vlyss.sociis,ut in 3. Aeneid. Virg. canit, qui in Sicilia relictus est quando impias Polyphemonis manus Vlyss. euasit, cumq; Aeneas in Siciliam applicasset,hunc squallidum immissaque barba supplicem, benigne accepit, sicut etiam Ouid. prodidit.

ZAR. *Eueniens. *Troia.

ASC. ET pereas ut,ſup.periit.O Neptune tuus pronepos.ſ.Cotynetus. (Quem ipſe Coronides uidit reddere uitam).i.emori ab urbe ſua.Et pereas.(Vt Scynis & Scyron,& natus cum Polyphemone).i.Procruſtes,& ſup.is.(Qui erat parte ſui homo, & parte ſui iuuencus) .i. Taurus,ut Minotaurus,quos omnes Theſeus Herculis imitator deleuit . Et pereas, ſupple ut is.ſ.Monychus,qui mittebat in auras ab humo trabes preſſas.Iuuen. Aut quantas iaculetur Monychus ornos.(Aſpectans aquas æquoris huius,& huius).i.utrinque prominentis. (Et pereas ſup.ut.(Corpora Cercyonea),.i.ipſius Cercyonei interempti à Theſeo . (Quæ Ceres uidit læto uultu) Quia iuxta templum Cereris Eleuſine perierunt.(Pereuntia manu Theſea) Pro Theſeia.i.ipſius Theſei. (Ira iuſtiſſima) .i. quam iuſtiſſime in te ſuſcepi. (Deuouet).i.imprecatur tibi. (Hæc) .ſ.mala prædicta , & mala ſup. non leuiora iſtis malis euenient tibi . (Qualis Achemænides .) Ordo eſt.Et ſis talis.i.miſerrimus , & famelicus . (Qualis fuit Achemænides) Comes infelicis Vlyſſi,ut dicitur 3 . Aen.(Deſertus in ora).i. extrema regione.(Sicula).i.Siciliēſi.(Cum).i.quando.(Vidit uela Troica).i.Troiana,hoc eſt naues Aeneæ uenire.ſ.ad littus,ubi in ſiluis latebat ob timorem Cyclopum.

* Et qualis necnon fortuna binominis Iri,
Quique tenent pontem,qui tibi maior erit.
Filius * & Cereris fruſtra tibi ſemper ametur,
Diſtituatque tuas ſæpe petitus opes.
Vtque per alternos unda labente recurſus,
Subtrahitur preſſo mollis arena pede:
Sic tua neſcio quæ ſemper fortuna liqueſcat,
Labſaque per medias effluat uſque manus.
Vtque pater ſolitæ uarias mutare figuras.
Plenus inextincta conficiare fame
Nec dapis humane tibi erunt faſtidia, quaque
Parte potes. Tydeus temporis huius eris

* Qualis erat. * vt

ZAR. BInominis Iri,)Hom.18.Odyſſ. Arnæum ſer. quendam à matre ſic uocitatum , immenſæ magnitudinis extitiſſe: qui loquax, & ridiculoſus à iuuenibus Irus dicebatur, mendicitate inſignis , ut in epiſto. Ouid. tradit: Irus egens, pecoriſq; Melāthius auctor edendi. (Quique tenent pontem)Iuuen.pariter, & Mar. docent pauperes, & mendicos ſolitos ad pontes permanere, ut eſcam à tranſeuntibus peterent, hanc nunc infeliciſſimam uiuendi conditionem dicit, eamque in inimicum imprecatur . (Filius ut Cereris)Hunc omnes locum meo quidem iudicio falſo interpretantur, hiſtoriamque peruertunt,cum de Driptolemo , aut Aſterio intelligunt:Plutum enim dicit , cuius in Theogonia Heſiodus hanc fabulam refert,cum Iaſio in templo, quod fuit in Triptoli Cretæ ciuitate Ceres concubuit,ex quibus Pluto natus eſt,qui opulentia interpretatur . diues quicunque hunc adibat,efficiebatur,ideo nunc poëta imprecatur mendicam in inimicū uitā,& quod ſi forte Plutum adiret,cupit ut ab eo ſpernatur,cui & odio ſit. hunc uerū ſenſum rectamq; fabulam eſſe oīno affirmare haud dubito,quam etiam Valla pceptor meus approbauit.(Vtq; pater ſolitæ)Autolyci cōiux Eriſichthoniſq; filia Dryops, parētis ſemper eſuriētis Cereris ira,cuius ſacratā quercum ſucciderat,famē leuabat,ſua Neptuni auxilio mutatione modo in equam,modo in bouem,& in litē quandoq;,cuius precio (uendebat.n.) ſe pater paſcebat,tādem proprios artus fame compulſus comedit,ut in 8. Met. Ouid.eſt auct. (Nec dapis humanæ)Tydeus Oenei regis filius,uel,ut alij Martis,& Althææ,ſiue ut placet Seru.Euryboëæ in bello Thebano à Menalippo lætali uulnere percuſſus eſt,cuius moribundos caput ad ſe deferri iuſſit,quod Capaneus è ueſtigio in ipſius Tydei conſpectum portauit,quo uiſo lætatus Tydeus,cerebrum dentib.corroſit,ut Stat.in 7.Th. ſcr. Porph.tn̄ nō à Capaneo,ſed Amphiarao caput Menalipi allatū memoriæ prodidit,additq; Palladē,quæ è cœlo deſcēderat,ut immortalem Tydea faceret cum uidiſſet ipſum caput rodere inimici,adeo abhorruiſſe facin⁹,ut ſe auerterit,nolueritq; ĩmortalitate Tydea donare , quare pcatus Tydeus eſt deā,ut ſaltem ipſam Diomedi filio tribueret , quā & ipſe aſſeq minime potuit.

ASC. NECNON).i.& etiam ſup.ſis talis,qualis fuit fortuna Iri mendici notiſſimi. (Binominis).i.duo noīa habentis,nam etiam Arneus dictus eſt.Et quales ſup.ſunt. (Qui tenent pontem)

pontem).i.qui mendicant ſedentes in ponte.de quo Iuuen. Nulla crepido uacat &c. (Qui .ſ.pons.(Erit tibi).i.ut tu locum habeas.(Maior) Et ita cum plurimi ſint mẽdici, parũ tibi detur.(Filius ametur tibi ſemper fruſtra,ut filius Cereris).ſ.Triptolemus, ſup.amatus eſt ab ea,quia in omnem regionem eum miſit,nec unquam præſentem habuit, & ipſe ſæpe petitus à te.(Deſtituat).i.deſerat ſine herede tuas opes.(Et ut).i.quemadmodũ.(Arena mollis ſubtrahitur).i.paulatim ſubripit pede exiſtente.(Preſſo).i.firmiter fixo,& hoc. (Vnda labente per alternos recurſus).i.fluente & refluente.i.ut qui pedem ſuper arenã habet, quã fluxus,& refluxus paulatim excedit,tandem nihil ſub pede reperit. (Sic tua fortuna).i.conditio.(Neſcio quæ).i.quæ tibi forte fortuitu eueniat.(Liqueſcat).i.diſſoluatur, & diffluat. (Et lapſa).i. à culmine ſuo.(Effluat uſq;).i.continue.(Per medias manus,) Hoc eſt ſis diffortunatus,ut res tibi in manibus pereat,& quam manu tenes,retinere nequeas. (Et id Plenus).i.ſatur,ut dicit Calder.ſed uerius.(Plenus).i.turgidus & oppleatus cibis. (Conficiare).i.conſumeris. (Fame inextincta).i.inſatiabili . Vt ſupp.confectus eſt. (Pater).ſ. Eriſichthon pater.ſ.Taopedis, ſeu Dryopedis.(Solitæ mutare).i.per mutationem inducere. (Varias figuras) Quia pater eam uendidit ſub uarijs formis. (Nec faſtidia dabis humanæ erunt tibi).i.ne faſtidies ueſci carnibus humanis.(Et eris Tydeus).i.ſimilis Tydei.(Huius temporis).i.qui ſit in hoc noſtro æuo. (Ea parte,qua potes).i.quantum ad hoc, quod eſt ueſci humanis carnibus,ſicut Tydeus corroſiſſe dicitur Menalippi.

Atq; aliquid faciat à ueſpere ſolis in ortus,
 Cur externati rurſus agantur equi.
Fœda Lycaoniæ repetes conuiuia menſæ,
 Tentapiſq; iterum fallere fraude Iouem.
Teq; aliquis poſito * tenet vim numinis,opto
 Tantalides tu ſis, * Threiciuſq; puer.

ZAR.

*teneat
*Tereos atq;

ATtq; aliquid facias) Pelops eſt Hippodamia filios habuit Atreum Tryeſtem Plyſthenem,& ex altera muliere Chryſippum , quem vnice amabat. Atreus aũt Chryſippum à patre ſibi prælatum perſpiciens eum in puteum demerſit,quẽ Pelops extraxit, mox defuncto Pelope Chryſippo filio ſuorum bonorum herede inſtituto, Atreus, & Thyeſtes eum interfecere, deceſſerat iam Plyſthenes,duobus relictis filijs, Agamẽnone inquã & Menelao,quos Atre⁹ educauit,hinc Atridæ ſunt appellati.igitur Chryſippo ab Atreo,& Thyeſte fratribus enecato,ipſi inter ſe cõuenerunt,ut cui ſignum à deo eſſet , regnum obtineret,agnã Mercurius aureo uellere in gregem Arrei poſuit,ut quod ſecutum eſt facinus uideret, oderat.n.Pelopis genus ꝑꝑ Myrtilij filij mortem ex palæſtra ab ipſo Pelope interempti . Merope autem Atrei coniux,hanc agnam in Thyeſtis gregem tranſduxit,quem propter inceſtũ amabat, quod cum Atreus percepiſſet,ipſam occidit, à Thyeſtes facto conuiuio, tres Atrei filios ei elupandos dedit,quo ſcelere Sol dicitur ab Occaſu in Ortum ſe reuocaſſe, & Pleiades conuerſæ,ut Pherecydes , & Virg.tradunt. (Fœda Lycaoniæ) Lycaon Arcadiæ Tyrannus, ut apud Ouid.in 1. Met.eſt uidere,humana corpora pro epulis præbere conſueuerat,ad quem Iupiter mortali ſumpta effigere ſe cõtulit,cui Moloſſum partim aſſum , partim elixũ appoſuit,ut deinde,ſi humanam carnẽ non cognouiſſet & ipſum occideret fama nanq; Deũ eſſe erat.Iupiter tanto perſpecto ſcelere.Lycaonem in lupum mutauit,unde & nomen tenet λύκος enim grece lupus eſt, legitur & de alio eiuſdẽ nom nis Priami filio apud Hom.(Teq; aliquis poſito) Senſus eſt,uelim itaq; & cupio,ut eo modo in deor c bum præbereris. quo Pelops à patre Tantalo eſt appoſitus,cuius humerum Ceres,quin comederet non ſe abſtinuit, Vt in principio expoſuimus,de Tantalo ſatis locuti.(Tu Threiciuſq; puer) Pandion Athenarum rex Prognen,& Philumelam filias genuit, quarum Prognen Tereo Thracum tyranno deſpondit,cumq́ue progne inuiſcere parentem,& ſororem geſtiret , à quibus per quinquennium abfuerat, ipſi Tereus morem geſſit , nam Athenas nauigauit , unde Philumelam,ad ſororem abduxit,cuius forte illectus pulchritudine , inceſtum commiſit , & ipſi Philumelæ,ne crimen palam faceret ſorori,linguam abſcidit,eamq́ue in ſilua reliquit,quæ proprio ſanguine tãti mali his tantum uerbis Prognen cerciorem reddit. τυρεὺς μέ[illegible] Epiſt. Ouid.

Tereus me corripuit, quo fit vt adeo Progne hac re grauaretur vt & sororem ad se curarit occulte venire, filiumq; patri edendum apposuerit, cui de filio interroganti responsum est, In ventre, quod quæris, habes, quare cum gladio vxorem, & sororem insectaretur, deorum miseratione in aures omnes sunt conuersi. Progne in hirundinem, in lusciniam Philumela, Tereus in vpupam, in phasidé, vero Itys Terei & Prognes filius, vt in fabulis ab Ouidio longa commemoratione refertur.

ASC. AVT facias aliquid,) Scilicet tale, quale fecit Thyestes, qui proprios filios edit. (Cur) Id quamobrem. (Equi Solis externati). i. pauentes in aliam partem agantur rursus. (A vespere). i. ab Occidente. (In Ortus). i. ad Orientem, quia Sol indignatur retrocessit. Vnde est illud, Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe. (Et tu repetes conuiuia fœda) .i. obscœna mensæ. (Lycaoniæ). i. super quam Lycaon Arcadum Rex hospitum à se occisorum carnes ponere solebat, donec ab Ioue in lupum versus est, quando eum fallere voluit, vnde addit. (Et tentabis). i. conaberis. (Iterum). i. sicut Lycaon. (Fallere fraude). i. per fraudem. (Iouem). s. à te hospitio susceptum. & ego opto, vt aliquis tentet. (Vim numinis). i. diuinitatis conuiuarum. (Te posito). i. apposito ad mensam, sicut Tantalus filium suũ Pelopem dijs apposuit, dicit tamen Calderinus supra nõ esse damnatum ob hanc causam, sed quia deorum secreta reuelauerat. (Vt sis Tantalides). i. similis Tantalidæ. i. occidaris à patre, & apponaris sicut appositus est Pelops. (Et tu sis puer). i. filius. (Tereos. s. regis, qui filium suum Ityn, aut Itylum comedit, & cum eum sæpe peteret, respondit mater, Quod petis, intus habes. quo cognito mutatus est in vpupam auem fœdam.

Et tua sic latos spargantur membra per agros,
Tanquam quæ patrias detinuere vias.
Aere Perillæo veros imitere iuuencos,
Ad formam tauri conueniente sono.
Vtq; ferox Phalaris lingua prius ense resecta,
More bouis Paphio clausus in ære gemas.
Dumq; redire uoles æui melioris in annos,
Vt vetus Admeti decipiare socer.
Atq; eques in medii mergare voragine cœni,

ZAR. ET tua sic largos) Vulgatissimum est quemadmodũ cũ Aeetes Cholcorum rex Medeæ pater Iasoné persequeretur, qui aureum vellus, & Medeam surripuerat, discerptus, dilaniatusq; per membra fuerit Absyrtus & Medea sorore in Ambracia, quo pater dum filij corporis partes colligeret, retardaretur, qua crudelitate Iason periculũ euasit. sunt Absyrtides insulæ ab Absyrto nuncupatæ, vt Ruff. Festi indicat carmen Ionij. Si quia rate rursum cærula Currat æquora, vt fons cymbam producat in ortus, Absyrti cautes, & crebras protinus artes Inueniet. (Aere Perilleo) Fuit Phalaris Agrigentinus crudelissimus tyrannus, idemque, & desertissimus, quod eius testantur epistolæ, cui Perillus taurum Aeneum ianuam à latere habentem donauit, vt in eo igne supposito homines exureret, vnde & ipsos bouis vaces æque edituros affirmauit, sed Phalaris in numeris artifice primo experiri, quod docuerat, voluit, vnde in 3. de trist. Ouid. ait, Pro quibus inuentis, vt munus munere penses: Da precor ingenio præmia digna meo. Dixerat, at Phalaris, pœnæ mirande repertor. Ipse tuum præsens imbue, dixit opus, Nec mora monstratis crudeliter ignibus vstus, Exhibuit geminos ore gemente sonos. (Vtq; ferox Phalaris) Circunseptus à suis Phalaris, quo modo Perillum, reliquosq; multos interfecerat, defunctus est resecta prius lingua. alij autem lapidibus eum occisum dicunt. volunt nonnulli Phalarum annos 64. ante vrbem conditam fuisse. Eus. vero Tulli Hostilij temporibus apud Agrigentinos tyrannidem exercuisset scr. qui filium, vt Eustathius in 7. Aeth. tradit, comedit (Paphio) Cyprio. est Paphos Cypri oppidum auct. Plin. (Dumq: redire voles) Peliam filiæ, Medeę suasu interfecerunt, quæ eum in iuuenilẽ ætatem reddere promiserat, vtq; magis aggrederent pietatis causa scelus, arietẽ suis medicamentis in agninam formã restituit, renouatis antea Aesonis Iasoni parẽtis annis, quare omnes impias in patrem manus immisere præter unam Alcestẽ, occiso autem Pelia altam medea turrim conscendit, uotum Lunæ peractura prædicans, unde Iasonem dato signo patrui

trui mortis certiorem fecit, qui ipſum in patriã admittere obſtinatiſſime negabat, vt in 5. Dio.& in 7.Met.Ouid.declarant.(Atque eques in medij) Triplex de lacu Curtio legitur hiſt.nam Portilius ſcr.terram dehiſſe.quod ad haruſpices ex ſenatuſcõſ. delatum eſt,qui re ſponderunt deos manium poſtulationem poſtulare.i.ciuem fortiſſimum eodem mitti,tum quendam Curtium fortem uirum armatum equo ſe in eum lacum præcipitaſſe,eiuſq; corpus ita diuinitus humaſſe,eo facto locum conijſſe, qui à Curtio nomen habet. Piſo autẽ in annalibus tradit Bello Sabino inter Romulum inquam & Tatium,Metium Curtium Sabinum fortiſſimum uirum,cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet, in paluſtrem locum,qui in foro tum fuit,ſeceſſiſſe, atq; ad ſuos in Capitolium recepiſſe, & ab eo lacum nomen inueniſſe.Corn.& Luct.perhibent cum locum fulguratum, & ex ſenatuſconſ.ſeptum eſſe,idq; à conſule Curtio factum,cui M. Genutius collega fuit, Curtium appellatum.poteſt & de Amphiarao intelligi, vt nonnulli volunt. qui & ipſe loco nomen dedit. nam vbi hiatus terræ eum abſumpſit,teſte Str.hiatus Amphiarai dictus eſt.

ET tua membra &c.)Tanquam ſup.ea.ſ.Abſyrti fratris Medeę.(Quę detinuere).i.ĩmorata ſunt.(Vias patrias).i.ipſius Aetæ regis Colchorum inſequẽtis filiam ſuam Medeam cum Iaſone aufugientem.(Aere Perilleo) Commentarij huius loci erant penitus trãſportati,ſed cum difficultate ad ſuum locum reducti ſunt.Ordo autem eſt.(Et imitere).i.velim aut precor imiteris.(Veros iuuencos ære Perilleo).i.factos de ęre Paphio,ſeu Cyprio,ſicut Perillus Athenienſis Phalaridi tyrãno fecerat, & primus in eos intruſus ſupplicia atrocitatis dedit,& hoc ſono cõueniente ad formam Tauri,ita vt nõ humana, ſed taurina uox emittatur per os Tauri ærei,ne forte Tyrannus ad pietatem humano gemitu contrahi poſſit. (Et clauſus in ære Paphio).i.Cyprio.(Gemas more bouis,vt).i.quemadmodũ. (Phalaris) Tyrannus ille Agrigentinus ſup.gemuit intruſus in eũdem bouem à ſociis in quem prius Perillum intrudi fecerat,& hoc.(Lingua reſecta).i.amputata prius enſe. (Et dum tu uoles redire in annos melioris æui).i.iuuẽtæ.(Decipiare).i.decipiaris.(Vt)ſupple deceptus eſt. (Socer admeti).ſ.Pelias. (Vetus) .i. qui in ſomno ſenio ſperabat venire in annos iuuentæ arte Medeæ,quæ eum decepit.Aut tu.(Eques).i.inſidens equo,vt Curtius Romanus.(Mergare).i.immergaris.(In voragine).i.ſpecu.(Cœni medij).i.quod fit in medio foro. ASC.

Dummodo ſint facti nomina nulla tui.
Atque vtinam pereas,veluti de dentibus orti
Sidonia iactis Graia per arua manu.
Et quæ Battiades fecit,fraterque Meduſæ,
Eueniant capita vota ſiniſtra tuo.
Et quibus exiguo eſt volucris deuota libello:
Corpora proiecta quæ ſua purgat aqua.
Vulnera torque feras, quot dicitur ille tuliſſe,
Cuius ab inferiis culter abeſſe ſolet.
Attonitusque ſeces,vt* quos Cybeleia mater
Incitat ad Phrygios vilia membra modos.

*quod.

ATque vtinam pereas.) Ad perquirendam Europam ſororem dura lege à patre miſſus eſt Cadmus, ne domum abſque ſorore reuerteretur,qua non inuenta Apollinem conſuluit,qui eum,vbi bos requieuiſſet,urbem condere iuſſit. itaque Thebas in Bœotia ædificauit, antea tamen ſocijs ex proximo loco ad hauriendam aquam, ut ſacrificaret, miſſis, qui cum reditum tardarent, miratus Cadmus ad eos ſe contulit: quos omnes ab angue marito enecatos eſt cõſpicatus, quem magno labore interfecit, cuius dentes Palladis iuſſu ſeminauit, à quibus ſtatim fratres armati orti,qui mutuis concidere vulneribus,quinque duntaxat ſuperſtitibus,vt in 3. Met.Ouid.eſt auctor.(Sidonia)Phœnicia.Sidonem.n.teſte Trogo Pompeio, ſiue Iuſtino lib.18.Phœnices condidere,quod à piſcium vbertate Sidonia appellauere, nam pœnices piſcem Sidon vocant. (Et quæ Battiades) Callimachus Cyreneus vt in principio docuimus in Apolloniũ Rhodiũ diſcipulũ inuectus eſt.(Meduſę fraterq;) Quaſq; in eũ imprecatus ẽ calamitate,poëta in Ibidẽ optat.Battiades Callimachus ideo dictus,q̃a Battus Cyrenas cõdidit,à quo Cyrenẽſes.Battiadæ nũcupat̃,vt Romulidæ à Romulo Romani,ita & Cecropi ZAR.

dæ Atheniẽſes à Cecrope.(Et quibus exiguo eſt uolucris)Periphraſticos ibidẽ dicit.(Vulnera totque feras)Menedemum tot in bello Troiano uulneribus confoſſum uetus ſcr.interpres,ut tantilla corporis pars nõ ſit reperta,ut ferrum poſtea execraretur, nec eius inferijs more maiorũ adhibendum exiſtimarint,ſed poſſumus etiam de Oſiride intelligere,q̃ adeo in minutiſſimas partes à Typhone fratre dicitur conciſus, ut ſolitũ cultrum in inferijs adhiberi non oportuerit.hunc Aegyptij pro deo colunt.hanc apud Appianum de rebus Aegyptijs,Plut.& Ariſtidem Smirneum hiſtoriam legere poteris.(Attonitusque ſeces) Mos erat,Vt Cybeles ſacerdotes uirilia amputarentur,cuius rei cauſam hanc tradit Lact. Deũ, inquit,mater amauit formoſum adoleſcentem, & eundem cũ pellice deprehenſum exectis uirilibus ſemiuirum fecit,& nũc à Gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrantur. Ouid.quoq; in Faſt.eandem fermè rationem affert,licet Diod. diuerſam ſcripſerit hiſt. (Cybeleia mr̃) Cybele à monte Phrygiæ nomen habet, in quo colebatur uel a Cybelo ſacerdote,alii ἀπὸ τοῦ κυβιϛᾶν τὴν κεφαλὴν.i.à capitis rotatione,quod proprium eſt ſacerdotum,ut Seru.ſcri. quæ aut hæc fuerit Cybele in 4.hiſt.Diod.oſtendit. (Ad Phiygios modos) Ad modulatus ſonores quales in Phrygia edebantur,ubi primo culta eſt.

ASC. DVMMODO).i.ſic tñ,ut.(Nulla nomina).i.monumenta, & laudis, ſeu tituli ſint tui facti.i.dũmodo non conſequaris æternũ nomen,ſicut Curtius Romanus cõſecutus eſt, qui ob ſalutem patriæ ſe dijs manibus deuotum in ſpecum præcipitauerat.(Atque utinam peas.ueluti)Sup.perierũt.(Orti de dẽtib.)ſ.draconis.(Iactis manu Sidonia).i.ipſius Cadmi Sidonij(Per aura grata).i.ubi libenter naſcebantur ex dentibus.(Et uota ſiniſtra).i.nociua,& cõtraria.(Quæ).i.qualia.(Battiades).i.Batti filius Callimachus,& frater Meduſæ fecit.(Eueniãt capiti tuo).i.omnis imprecatio Callimachi in Apolloniũ eueniat in caput tuum,& ſup.uota ſiniſtra eueniãt capiti tuo. (Quibus uolucris).i.auis. (Eſt deuota).i.per deuotionẽ,& imprecationẽ effecta. (Modico libello).i.imprecatorio.i.paucorũ uerborum. (Quę).ſ.uolucris,ut cornix ex Coronide facta.(Purgat ſua corpora aqua proiecta)Imminente).ſ.pluuia.Tum.n.ut Maro,inquit,ſtudio uideas geſtire lauandi.(Et feras tot uulnera,quot ille dicitur tuliſſe).i.accepiſſe.(Ob cuius inferias).i.dũ ei inferiæ celebrant̃.(Culter ſolet abeſſe).i. ut Oſiris,ut declarat Cald.(Et tu Attonitꝰ).i.ſacro furore captus, & ſtupefactus.(Seces).i.circũcidas. (Membra uilia).i.pudẽda tua ad nihil utilia cultro lapideo, ut ſupp.ſecant Galli ſacerdotis matris deũ Cybeles.(Quos mater Cybeleia).i.ipſa Cybele,ſeu Cybeles.(Incitat ad modos).i.numeros,ſeu rythmos,ad quos fiunt choreæ. (Phrygios).i.frequentatos à Troianis,ad quos dicitur illud,tympana uos,buxusq; uocat &c.

Deq́; viro fias,nec fęmina,nec vir,vt Attis,
Et quatias molli tympana rauca manu,
Inq́; pecus magnæ ſubito vertare parentis,
Victor vt eſt celeri,victaq́; verſa pede.
Solaq́; Limone pœnam ne ſenſerit illam,
Et tua dente fero viſcera carpat equus.
Aut vt Caſſandræ dominus,non mitior illo,
Saucius ingeſta contumuleris humo.
Aut vt Abantiades,aut vt * Lirneſius Heros,

ZAR. DEque uiro) Attis à Cybele dilectus in Phrygiam naui delatus eſt,quo in loco numinis, inſtinctu pudenda ſibi amputaui, comiteſque Cybelios ſumptis ſacrorum inſtrumentis ad eius ſacra celebranda, hortatus eſt,mentemque furore uexandam, qui poſt longam defatigationẽ fuit ſopore ſolutus, inde à Cybele in gremio ſuſceptus, eumque euitari corporis damna mente agitare cœpiſſet, patriæ abſentia,ſuaſque lamentatus ærumnas miſerrimè defleuit, ut autem Dea puerum ſibi dilectum à talibus luctibus remoueret, unum de leonibus ſuis miſit, qui puerum perterrefaceret,quo terrore exanimatus in nemora Cybeleia ſe conijciens, ibi eſt perpetuus deæ miniſter effectus,ut Catulli indicat carmen.Super alta uectus Attis celeri rate maria, Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit:Adijtq; opaca ſiluis redimita loca Deę Stimulatus ut furenti rabie uagus animi,Deuolait ſilice acuto ſibi pondera ille. & q̃ ſequunt̃.

* cygneius

fcr.tamen Diod.in 4. Atym Phrygium adolescentem,quem papam dicebant à Cybele amatum,quæ ex eo enixa est,cumque hoc parentes Cybeles cognouissent Atym & nutrices interfici iussere,insepultosque abiici,quid sit deinde secutum, tu te perlegere poteris, locum ostendisse sufficiat.(Inq; pecus magnæ) Vt iam exposuimus Atalanta ab Hippomene cursu superata,in leonem vna cum uictore uersa est,tum Veneris ira, tum etiam quia in templo Cybeles deorum matris concubuisset,cuius leonibus currus ducitur. (Solaq; Limone) Limo Hippomenes ex Atalama filia à patre in adulterio deprehensa,equis discerpenda est tradita,cuius etiam mentio facta à nobis est.(Aut,vt Cassandræ dominus) Cassandra Potidea Thessaliæ pars est vbi Cassandrus dominatum dicitur habuisse, qui in suos nimium sæuiens,ab eis saxis obrutus est vt à ueteri accepimus interprete. (Aut, vt Abantiades) Perseus Abante genus duces,ex Oeteo enim natus est Cecrops,qui Methionem genuit, à quo Methionidæ nuncupantur,huic Canace filia fuit,quæ Abantem peperit, unde Abantiades dicti sunt Calthodon huius filius fuit,qui habuit Elpenora,ex quo natus est Acrisius, cuius Danaë filia fuit Persei mater. acceperat ab oraculo Acrisius,vt à filiæ nato esset expellendus,quare Danaën in turrim,ne è quoquam grauida fieret,inclusit, ad quam Iupiter in auream pluuiam mutatus se cõtulit,eaq; potitus est,quæ Perseum peperit ut lib. 3. Carm. Horat.indicat veram secutus historiam,inclusam Danaën turris ahenea, robustæq; fores & Virgilum. canũ tristes excubię munierant satis nocturnis ab adulteris: si non Acrisium virginis abditæ custodem pauidum Iupiter,& Venus risissent: fore enim tuum iter & patens conuerso in precium deo aurum per medios ire satellites,& quæ sequuntur. Scribit tamen Simonides Danaën à Prœto patruo non Ioue compressam. Acrisius autem in arcam Danaën,& Perseum conclusit,quam in mare proiecit.Danaë itaq; & filius in Seryphon insulam deuenere,in qua Polydectes Magnetis filius dominabatur, licet Menander Ditem dicat, cuius uerba consolatus Apollonium Plut.in morte filij refert Ditis consolantis Danaën.hic Polydectes,siue Ditis in uxorem Danaën accepit:Perseaque non aliter, quam filium amauit,quem postmodum in occidentem,ut Gorgonas interficeret,misit,quas à Mercurio talaribus,Petaso,& galea acceptis & superauit,& à Vulcano falce ex Adamãte facta, vt Hyg.tradit.Hę uno tantum oculo utebantur,tresq; numero fuere Histiorei ex certo filię,eximię pulchritudinis, Euryale, Stheno, & Medusa omnium natu maxima, addunt & aliqui quartam Scyllam:quibus,ut diximus interemptis: Perseus Medusę caput abstulit, quos saxeos homines afficiebat,hanc multi auctores fabulam memorię prodiderunt,pręter Ouid.& Hyg.quare vtpote omnibus perspicuam totam recensere desistimus,unum tamen te latere haud volo.Diod.in 4.innixus auct.Gor.in occidente pugnacissimas mulieres fuisse à Grecis Amazonas appellatas,quas labore maximo Perseus superauit, docet & Pomp. Mela has Gorgonides insulas in Oceano Aethiopico positas tenuisset, tradit Lac.Perseũ, & Danaën iu Italiam delatos,vbi Ardeam Perseus ędificauit.(Lyrnesius heros) Hanc abũde superius fabulosam narrauimus hist. de Telepho inquam, quem Auges mater ex Herc. peperit in silua,ubi à pastoribus inuentus regi Theutranti dono datus, loco filij ab eo tractatus est.hic Theutras regionem Lyrnesium sibi parentem habuit: unde Telephus ipsius regis heres Lyrnesius dictus est.

ET fias de uiro,nec uir,nec fœmina)Vt Atys supple factus est,qui genitalia sibi amputauit,& ita spado factus nec uir nec fœmina fuit.(Et quatias tympana).i.instrumenta, extensa pellem,quę concutitur.habentia,nam à τυμπανίζω, quod est extendo dicitur tympanum rauca.i.rauce sonãtia.(Manu molli).i.flaccida,ut eunuchus.i.emasculatis est. (Et uertare in pecus magnę parẽtis).i.matris deum,hoc est in leonem,vt.s.Hippomenes victor Atalantę,est supple uersus,& ipsa Atalanta uicta celeri pede.(Est uersa).i.mutata. (Et ne sola Limona)Filia Hippomenes.(Senserit illam) .i. notam pœnam .i. panitionem adulterij sui, quam dedit equinis dentibus dilacerata.(Equus carpat &).i.etiam tua uiscera.(Dẽte fero) i.feroci,& immani,ut Cassandreus dominus.(Et tu saucius) .i. vulneratus. (Contumuleris).i.sepeliaris & obruaris.(Humo).i.terra.(Ingesta).i.superingesta. (Vt dominus Cassandreus).i. Cassandrus,qui uiuus in terra defossus periit, contumuleris inquam existens non mitior.(Illo).s.domino,hoc est tyranno Cassandreo.i. Macedonico. ASC.

Victi-

Cæſus in æquoreas præcipiteris aquas.
Victima vel Phœbo ſacras macteris ad aras,
Quam tulit à ſæuo Theudotus hoſte necem.
Aut te deuoueat certis Abdera diebus,
Saxaque deuotum grandine plura petant.
Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco,
Vt ſatus * Hippomene, Doſithoeſque pater.
Vt ſoror Authonoes, ut cui matertera Maia eſt,
Et temere optatos, qui male rexit equos.
Vt ferus Aeolides, vt ſanguine natus eodem,
Quo genita eſt, liquidis q̃ caret Arctos aquis,
Vt Macedon icta eſt rapidis cũ coniuge flãmis,
Sic precor ætherei vindicis igne cadas.

ZAR. VIctima uel Phœbo) Theo. Tragicus poëta de Phylo-ctete ſcr. quemadmodum morſus à ſerpente diu dolore uexatus ſibi manum iuſſerit amputari, vt in 7. Aeth. ſcr. Euſtathius. is cum atrocem nimium de Mneſarcho rege ſcripſiſſet Tragœdium, ab eo cum fugiſſet in Apollinis templum ibidem occiſus eſt. auctor vetus interpres. Theodotus eſt dactilus, e, & o, per ſynæreſim coëunt in unam ſyllabam, vt in 1. Il. apud Hom. apud Iuuen. Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. Apud Propertium. Hoc eodem ferro ſtillet vterq; cruor. (Aut te deuoueat certis Abdera) Mos admodũ inhumanus apud Abderam Thraciæ ciuitatem fuiſſe legitur ſolebant enim homines ſacrificare, diriſq; imprecationibus execrare, ac lapidibus obruere, exiſtimantes mala omnia ciuitati imminentia hoc diro piaculo ꝓpulſare, vt Calli. refert. fuit ex hac vrbe Demo. Abderiter phil. (Aut ſat. Hip.) Nunc fulmine ictos memorat. & Preſterem dicit Hip. ex Atalanta filium, qui patrem interfecit, propter ſororem ab eo tam crudeliter occiſam, deinde à Ioue eſt fulminatus, vt vetus memorat interpres. (Theſiphyleſque pater) Athrax Theſſaliæ rex pater Hippocatię, quam Pirithous duxit vxorem, primus apud Athracas artem magicam docuit, vñ Athracaia ſcientia magica eſt appellata, ideo Stat. Athracia rubet arte labor. is igitur, cum filiam Iupiter compreſſiſſet Theſiphylem, quæ etiã Thyon eſt appellata, vnde Ariſtarchus Thyades ſacrificantes Baccho, & ab Orpheo Myſe nuncupata, & ob eam cauſam à ſe reieciſſet, Io. ictus fulmiue obiit, vt Lact. & vetus interpres ſcribunt. (Vt ſoror Authonoës) Semel Inus, & Authonoës ſoror, Cadmi, & Harmoniæ filia à Iou. compreſſa, Bacchũ in ventre habuit, quod ægre ferẽs Iuno in anum ſe trãsformauit, & Semele perſuaſit, vt à Ioue peteret, ut cum ea, ſicut ſolet cum Iunone, concumberet, quod ſi nõ denegaretur, ab eo ſe amari cognoſcet, ſi minus id faceret, amorem fictum docuit. per ſtygem paludẽ iuratus Iup. promiſit pellici, quod peteret, daturum, quæ pernicioſi conſilij inſcia Iunonis connubiũ experiri velle dixit: Iup. iureiuran. aſtrictus abnuere minime, quin faceret, potuit, quare eã fulminauit. nil enim aliud Iuno interpretatur, quã aër: Iupiter vero ignis qui aëre percutit, & ita dicitur concũbere cum Iuno Iup. habes auct. Ouid. in 4. Met. & in 4. ac 5. hiſt. Dio. (Vt cui matertera Maia eſt) Ait Porphyrius apud Hom. Hellanici hiſtorici teſtimonio in primo Atlanticon, ex 7. Pleiadibus, ſex cum deis, vnam cum mortali rem habuiſſe. Iouem quidem ex Thaygete habuiſſe Lacedæmona, ex Maia Merc. ex Electra Dar. Nept. autẽ Alcyo. compreſſiſſe, vnde Lycon natus. Martem cum Stero coiuiſſe, vnde Oenomaus genitus. Meropem vero Siſyphum compreſſiſſe. vnde Glaucus natus eſt ergo (Cui matertera Maia eſt) Siſyphi filium dicit Porphyr. qui cum Deos deteſtaretur, Iouis fulmine occidit, cui matertera Maia eſt, hãc Simonides vt, inquit, Proclus ĩ Pind. Oria appellauit, merito, inquit, qm̃ in mõte Arcadiæ Cylene cõpreſſa Merc. edidit. (Et temere optabat) Phaëton Solis, & Clymenes filius, cũ ab Epapho Ius, & Iou. nato degener dictus eſſet, per certiſſima ſigna id cognoſcere uoluit, matri iuranti verum Solis eſſe filium fidem nõ adhibens, quare in cœlũ ad patrem ſe cõtulit, à quo, vt currum ſuum gubernaret, accepit, & ſi eo inuito. nam inuiolabilem paludem iurauerat antea filio, quidquid peteret, cõceſſurum vehebatur itaq; Phaëton equorum ignarus moderator per cœlum, quare equi deuiarunt, vnde in Iouis pręſto fuiſſet auxilium totus terrarũ orbis comburebatur, nam Phaëtontem fulmine occidit, qui in Erida fluuium decidit, quẽ ſorores flentes in electrũ verſæ ſunt, vt in 1. & 2. Met. Ouid. narrat.

* Hippomon.

(Vt

(Vt ferus Aeolides)Salmonei Aeli filij temeritatem in 6. Aeneid. Virg.cecinit, hic ſolium ſibi perforatum extruxit,in quo uehebatur,unde crepitus ingentes prodibant, & aquã per foramina emitebat,prædicans tonitrus & pluuias,ut deus,edere quem Iup.fulminauit.(Vt ſanguine natus eodem)Iſmeneus Lycaonis in lupum mutati filius,patrem imitatus Deos floccifacere uoluit,ſed à Ioue fulminatus interijt,ut uetus ſcr.Interpres.(Vt Macedon icta eſt)Macedo,ut in Iliade apud Homerum ſcribit Porphyrius, ſicuti Marſias ſcribit Hiſtoricus Iouis,& Aetrę filius.totã obtinuit Thraciam,à quo Macedonia eſt appellata, ex hoc duo nati ſunt filij eñ muliere incola,quam ille ſibi aſciuerat,Pyreus & Aemathus,à quibus duæ extructæ ſunt ciuitates in Macedonia Pyrea, & Aemathia, hi duo cum uxore Macedon in proprio exuſti ſunt thalamo.

ASCENSIVS.

AVT tu cæſus,) Id eſt occiſus.(Præcipiteris in aquas æquor).i.marinas, ut ſupp.præcipitatus eſt.(Abãtiades).i.Perſeus nepos abantis,qui in fiſcella cum matre expoſitus eſt.(Vt Heros Lyrneſus).ſ.Telephus,ſupp.præcipitatus eſt. (Vel macteris) Exiſtens Hoſtia.(Sacra).i.dicata Phœbo uel.(Sacra).i.execrabilis more Maſſileb.in Gal.quondam,qui puerum per annum nutritum tempore ſupplicationum mactant cum imprecatione imprecantes.ſ.omne malum, quod toti prouinciç immineret in illum puerũ ſacrum.i.execrabilem conuerti,uel ſup.feras necem.(Quã Theudotus).ſ.rex Bactrianorũ. (Tulit ab hoſte ſæuo).ſ.Arſace Parthorum rega,à quo occiſus eſt.(Aut abdera)Vrbs illa Thraciæ.(Deuoueat te certis diebus).ſ.initio anni,quo deuotum lapidibus obruere ſolebat.(Et ſaxa plura grãdi).i.quam grandinis decidere ſolent ſuper tecta, & eſt comparatio Virgiliana lib.5. Vbi ab Entello ſic Dareta percuſſum canit.(Petant).i.obruant,& impingant.(Te deuotũ).i.morti deſtinatum.(Aut feriare telo triſulco Iouis).i.fulmine,quod triſulcum eſt, ad ſignificandum triplicem Iouis poteſtatẽ,in cœlo,in terra,& ad inferos,ſicut Neptuni poteſtas ſignificatur per tridentem, & Pluto per Cerberum tricipitem.(Infeſto).i.tibi uim inferente, quaſi ab te ipſo.(Vt)ſup.percuſſus eſt Satus Hipomoo,aut ut alij legunt. (Hippomene).ſ.Preſter nomine.(Et ut pater Doſithoës).ſ.Atrax.(Et ut ſup.percuſſa eſt Soror Autonoës).ſ.Semele,quæ petens cum Ioue coire,uti Ioue ſolet.in ſpem fulminis coiens extincta eſt in grauida Bacco, quẽ in utero geſtabat,&.(Vt)ſup.percuſſus eſt is.ſ.Porphyrio. (Cui Maia eſt matertera)Quia ſoror matris eius Siopis. & ut Phaëton ſup. (Qui rexit male equos.ſ.Solis patris ſui.(Optatos).i.expoſtulatos.(Temere).ſ.temerarie,& incõſulte. Et ſup.percuſſus eſt.(Aeolides).i.Aeoli filius.ſ.Salmoneus.(Ferus).i.impius in deum, & crudelis,ut 6.Aeneid.late docemur,&.(Vt)ſup.percuſſus eſt, aut perijt.(Natus eodem ſanguine quo arctos).i.urſa genita eſt,(Quæ).ſ.urſa. (Caret aquis lictos) Quia cum ſit iuxta polum ab ea arctium dictum,nunquã ab eo longe diſcedit,& ita nõ putatur à ruſticis immergi aquis marinis,ut cerera ſidera. (Vt Macedon).ſ.regina Macedoniæ. (Icta eſt cum coniugem).i.marito ſuo.(Flammis ualidis).i. uehementibus.ſ.fulminis.(Sic precor cadas igne).ſ.fulminis.(Vindicis,ætherij).i.cœleſtis.ſ.Iouis. ASC.

Prędaq; ſis illis,quibus eſt Latonia Delos,
  Ante diem rapto non adeunda Thraſo.
Quiq; uerecundæ ſpeculantem membra Dianæ,
  Quiq; Crotopiadem diripuere Linum.
Ne ue venenato leuius feriaris ab angue:
  Quàm ſenis,Oeagri Calliopeſque nurus.
Quã puer Hypſipyles,quã qui caua primus acuta

PRædaque ſis illis) Tharſus iuuenis à Latona dilectus eius templum in Delo matutino adijt, & canes eum diſcerpſerunt, quare peſtis immiſſa eſt,reſponſum ab Apolline eam ſedari poſſe, ſi canes non admitterent, ut interpres uetus docet. Str. tradit religioſum eſſe ZAR.

Cuspide suspecti robora fixit equi.
Ne ue gradus adeas Elpenore cautius altos,
Vimq; feras vini quo tullit ille modo.
Iáq; cadas domitus quã qsquis ad arma vocantẽ
Inuit inhumanum Thiodamanta Dryops.
Quàm ferus ipse suo periit mactatus in antro,
Proditus inclusę Cacus ab ore bouis.

in Delo canes alere. (Quique verecundę) Aristei & Antonoës Cadmi filius fuit Acteon, Ianthius ét nuncupatus, Ouid. cum iuuenis placido compellat Ianthius ore. cũ hic venatione fessus in valle Gargaphiam se recepisset, Dianã, ceterasq; eius comites lauantes in fonte conspexit, ne autem id quandoq; manifestaretur, in eius faciem Diana aquam est fonte proiecit inquiens. Nũc tibi me posito visam velamine narres, si poteris, narrare licet. subito nanque in ceruum est conuersus, & à proprijs canibus laceratus in 3. Met. abunde, & festiue hanc habes fabulam. (Quique Crotopiadem) Crotopus rex Argiuorum fuit, qui Apollinem Typhonis cæde pollutũ expiauit, huius filia Psamate, cum qua Apollo concubuit, de quo compressu genuit Linum, ac mox editũ partu exposuit, quod Apollo indignanter accipiens in suæ iniuriæ vindictam iniecit monstrũ, à quo infantes per vrbẽ passim absumebantur, ét a sinu matrũ direpti, quod monstrum delecta iuuentute, Chorœbus occidit, vt in 1. Theb. Stat. narrat. (Ne ue venenato) Orpheus Apollinis, & Musæ Calliopis filius, siue vt alij, Oeagri musicus egregius vxorem habuit nomine Eurydicẽ, quam vnice dilexit hanc ad ripas Hebri fluminis in Thracia spatiantem cum Dryadibus Aristeus pastor violare voluit. ea fugiens pede serpentẽ calcauit, qui reuolutus in eam venenato morsu interemit, vnde Orpheus ad inferos iuit, ibidemque Plutonem, & Proserpinam adeo cantu mulsit, ut ipsam impetrauerit, hac tñ conditionẽ, ne eam quo usq; ad superos peruenisset, respiceret, nõ potuit sic Orpheus abstinere, quin dilectam coniugem respiceret, quare rursus ad inferos est ducta. Cœlibem ex eo Orpheus uitã agere cõstituit, quo fit, ut multas mulieres eius petentes nuptias spreuerit, postremo à mulieribus orgia Bacchi celebrantibus lapidibus occisus est, cuius caput à serpẽte penè comesum in saxũ ab Apolline dr̃ mutatum, ut Ouid. in 10. & 11. Met. & in 4. Georg. Virg. al jq; plures sunt auct. (Quã puer Hypsipyle) Lemnias Hypsipyle, qñ Thoanti patri pepercerat ab omnibus Lemnialibus mulieribus persecuta, in fugam se dedit, quę capta ad Lycurgum Gręciæ regem ducta est, qui filium Opheltem ei nutriendum dedit, cum autem septem reges Thebas excidendas peterent, ubiq; fontes & flumina sunt siccata, Langia fonte excepto, quam rogantibus regibus Hypsipyle ostẽdit, deposito quem sinu habebat puero Ophelte, qui interim à Dracone est interemptus. qua orbitate Lycurgus iratus dirum ius in Hypsipylem exercuisset, ni à Græcis fuisset prohibitus, dictus est inde Opheltes Archemorus, nomen enim lacrymabile Archemorus, eo ꝙ primus occisus est at cum ab oraculo admoniti essent gręci non prius Thebas posse peruenire, qui Archemori manes placassent ludos funebres constituerunt, de quibus uictores apij corona insignibantur, & lupi postea celebres ex quatuor agonibus Isthmi. Stat. & Lact. & plerique alij auct. (Quàm qui caua parimus acuta) Ingentem equũ græci Troiano bello cõstruxerunt, quẽ armatis militibus implerũt, & ante Troiam bello simulare in patriam reditu reliquerunt. eum Troiani à Sinone graio persuasi in honorem Palladis extructum, intra urbis mœnia receperunt, & si antea sacerdos Laocoon Neptuni insidiosum equum esse sonitu armorum, quem percusserat telo, indicauerat. hunc Neptuno sacrificantem duo angues absumpserunt, pariter & duos filios, eo ꝙ equum læserat, ut in Aeneid. Virgilius ostendit. sed non ueram est secutus hist. Virgilius commentum potius, ut Troianos excusaret. si Seruius credimus, qui Laocoontem Euphorionis testimonio Neptuni sacerdotem fuisse tradita, qui post Græcorum aduentũ lapidibus occisus est, eo ꝙ sacrificijs eorum non prædixerit aduentum. post ascendentibus Græcis cum Nept. sacrificare uellent. Laocoon Thimbræi Apollinis sacerdos sorte ductus est, ut proprio carente sacerdote de morte fieri solet. hic piaculum commiserat ante numinis simulacrum cum uxore coëundo, quare draconibus immissis, una cũ filijs perijt. (Ne ue gradus adeas) Ad Circem Vlyss. quandoq; peruenit, quæ cum diu est morata, ubi Elpenor

vnus ex sociis nimio uino per scala descendens, collum dicitur fregisse, auct. Hom. in Odiss. (Tamq; cadas domitus) Thiodamãtis cædes ad Herc. facta hoc modo habet, postquã Herc. duxerat coniugem Deianiram Oenei filiam, diuersabatur Calydone apud Oenea in cõuiuio forte Condillum Archithelis filium Oenei pincernam, qm ei manibus fœdam aquam infuderat, cũ percussisset, inde cũ vxore abiuit Deianira secum et Hyllum filium abducens, cumque peruenisset ad Euenum fluuium, Nessum centaurum occidit, vt memorat Archilochus. hinc cum in Dryopiam peruenisset Hyllo pouero famelico, eum cum Licha pædagogo ad Thiodamantem misit, vt exiguum cibum præberent, q cum abnuisset, rapto uno boue ab Herc. multatus est, quem sacrificauit, ac deinde comedit. Thiodamas aũt ad Dryopũ ciuitatem se contulit, eosq; ad bellum excitauit aduersus. Herc. qui inita pugna ad tantam perductus est difficultatem, vt etiam vxore ob armare coactus sit, ipse vero in mamilla saucius fuerit, qui postremo Thiodomanta sustulit, & eius filium Hylam excepit, & gẽté hac uniuersam duxit Trachina Thessalicam ciuitatem habitandam, & Oetam montem accolere compulit Phocidos abstulit etiam partem illinc propter latrocinia (erat .n. gens suapte natura latrociniis studẽs, quemadmodum Pherecydes in 4. refert hist.) Idq; insuper addit Pherecydes, ꝙ Dalydora Danai filia ex Peneo fluuio peperit Dryopa, à quo Dryopes appellati, qui Spechium fluuium accoluerunt, huiusq; rei meminit etiam Callim. aiuntq; nonnulli propterea, & omnibus malis hominibus adiutores adiungebant, se socios, amouisse Herc. sicut & Thiodamanti succurrerant, & hanc oblata occasione in eos Herc. animaduertisse, alij autem ferunt Parnassum montem Dryopas accoluisse, insignis improbitatis homines, & ab Herc. debellatos traductosq; fuisse in Peloppnnesum. Dryopas vero appellatos à Dryope Lycaonis filio & Diæ, quæ filia fuit Lycaoniæ, hæc ex Apollonij dicimus interprete. (Quam ferus ipse suo) Cacus Vulcani filius, ex Herc. armentis duas boues dicitur furatus, quas ex Hiberio interfecto Geryone abduxerat Eurysthei regis iussu, easq; in antrum Auentinum, quod incolebat: auersas, ne vestigia furtum manifestarent, traxit, quibus frustra diu quæsitis Herc. iter capere decreuit. Forte autem bos & antro mugitum dedit aliarũ boum illecta voce, quare reuersus Herc. fraudem Caci detexit, quem ex ore flammas euomentum & ei ne boues reciperet, renitentem, interfecit, & sumptis bobus abiit.

ET sis præda illis canibus, quibus). i. propter quos. (Delos Laronia). i. vbi Latona Dianam, & Apollinem peperit. (Est non adeunda). i. adiri non debeat. (Thraso rapto). i. ablato à regione viuentium. (Ante diem). s. vltimam periodi, & fias præda illis canibus. (Qui diripuere speculantem membra Dianæ uerecundiæ). i. uisæ nudæ. s. Actæona. (Et qui diripuere Linũ Croto). i. nepotem Crotopi. (Ne ue). i. uel ne. (Feriaris). i. percutiaris, aut mordearis leuius ab angue uenenato. (Quàm nurus Oeagri senis, & Calliopes). i. Euridice. de qua in fine Georg. Virg. (Quam puer). i. alumnus Hypsipyles s. Opheltes filius Lycurgi regis. Et quam supple Laocoon sacerdos Neptuni, qui cum filiis à duobus serpentibus occisus est, ut dicitur Aen. 2. (Qui fixit) Trãsfixit. (Primus acuta cuspide robora caua equi suspecti). s. Troiani, unde ipse. Aut ulla putatis Dona carere dolis Danaum? (Ne ue). i. uel ne adeas. (Gradus). i. scalas. (Cautius). i. prudentius, & circunspectius. (Elpenore) Socio Vlys. qui inde cecidit, & mortuus est. (Et feras uim uini). i. inebrieris prius, quam cadas, sicut ille. (Tamq; &c.) Ordo est. (Et cadas). i. succumbas. (Tam). i. in tantum domitus. (Quam) i. quantum supple cecidit. (Quisquis Dryops). i. populus ille iuit. (Thiodamãta). s. regem suum. (Inhumanum). i. negantem alimenta puero Herc. (Et uocantem ad arma). s. contra Herculem à quo tandẽ omnes occisi sunt. Et tam cadas. (Quàm ferus Cacus) De quo Virg. lib. 8. & Liu. in 1. (Ipse). s. filius Vulcani, & alios occidere suetus periit mactatus in suo antro, existens proditus ab ore. (Bouis). i. uaccæ inclusæ, quia ut dicit Virg. cum Herc. abigeret armenta sua, & boues captæ dulcedine pabulorum mugirent, reddidit una boum uocem s. de iis, quas Cacus furatus erat, & incluserat in antrum suum. ASC.

Quàm qui dona tulit Nesseo tincta ueneno,
Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.

QVàm qui dona tulit) Ex Euboëa Herc. in montem Ceneon sacrificaturus se contulit, ZAR.

Vel de præcipiti uenias in tartara ſaxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus.
Vt qui Theſea fallacia uela carinæ
Vidit, in Iliaca miſſus ab arce puer.
Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi,
Vt cui cauſa necis ſerra reperta fuit.
Lydia ſe ſcopulis ut uirgo miſit ab altis.
Dixerat * inuito quæ mala uerba Deo.

* inui-ĉto.

contulit, & Licham domeſticum ad Deianiram vxorem in Thrachinam miſit, ut ueſtem. qua in ſacris vti conſueuerat. afferret, cui Deianira tunicã venenatam dedit, qua indutus mori coactus eſt, antea tum Licha ueſtis lętiferæ latore, in Euboicũ ſinũ præcipitato, qui ſcopulus eſt effectus. & nome etiã ſeruat. Licha.n.dr̃. Huius ſuperius rei ad ſaturitate meminimus. (Vel de præcipiti venias in tartara) Cleõbratus Ambraciores Plat. lib. de animæ immortalitate, qui Phædon inſcribitur, perlecto, è turri in ſaxa præcipitẽ ſe dedit Cic. aũt in Tuſc. quæſt. in mare cum ſcr. ſe præcipitaſſe. (Vt qui Theſeæ) Iuſſerat Theſei pater Aegeus, vt alba vela, ſi incolumis à Minotauro reuerteretẽ, poneret, ſin uero abſumptus eſſet, nigra ut Plut. ſcr. Minotauro autem interẽpto, præ lætitia Theſeus vela mutare oblitus eſt, quibus ex alta turri ab Aegeo cõſpectus, exiſtimãte filium deuoratum, in mare ſe proiecit, vnde & nomen habet, ut multi tradunt. Pli. uero Aegeum mare dictum affirmat à ſcopulo inter Tenedum, & Chium, ex eo noĩe à ſpẽ capræ, quæ ita à Græcis appellatur repẽte in medio mari exiliẽs. (Et Iliaca miſſus ab arca puer) Scamãder Hect. filius, qui mortuo patre dictus eſt Aſtyanax, q̃a ei vrbis deueniebat imperium, hũc Vlyſ. capta Troia Græcis interficiendũ perſuaſit, ne Troianorum quandoq; ultor eſſet, quare ex alta turri eſt præceps miſſus. Ho. eſt auct. & in Tragœdiis Sen. (Vt teneri nutrix) Semelem Bacchij matrẽ fuiſſe docuimus, eiusq; ſororem Ino Athamantis uxorem, quæ Bacchum nutriuit, & ſe in mare uiri fugiẽs furorem vna cum filio Palæmone proiecit, quos à Neptuno deos factos ſuperius abũde oſtendimus. (Matertera) Inquit Feſt. matertera patris & matris mihi magna mater eſt, matertera matris ſoror, quaſi mater altera. (Vt cui cauſa necis) Perdix Dædali ex ſorore nepos 12. agens annũ, ſerram in exemplum ſpinæ in medio piſcis adinuenit. quare ait Ouid. in 8. Met. Dædalus inuidit, ſacraq; ex arce Mineruæ: Præcipitem, miſit lapſum mentitus, at illum, Quę fauet ingeniis excepit Paltas, auemq; Reddidit, & medio uolauit in aëre pẽnis, quæ auis Perdix nunc quoq; nuncupatur. in 5. autem Diod. non Perdicem hunc, ſed Talũ appellat, ſerram ſerpentis dentium ſpiſſitudinem imitatum fuiſſe, repertorem etiã eum ſcr. & rotæ. qua figuli utuntur, quare à Dædalo occiſum, & ſepultum, quo percepto facinore ab Ariopagitis homicidij damnatum in Cretam ueniſſe. Pli. in 7. nat. hiſt. lib. Dædalum ſerræ inuentorem affirmat. (Lydia ſe ſcopulis) Dianæ auxilio potiri Mars non potuit Ilice Ibici Lycij filia, quam deperibat, ea etiam in Deum multa dixit opprobria, quare cõmotus Mars patrem occidit amatæ, cuius morte puella dolens, è rupe ſe deiecit, ut uetus ſcr. interpres.

ASC. ET cadas, aut pereas tantum. (Quam). i. quantum ſup. cecidit, & periit is. (Qui tulit). ſ. ad Herc. hoc eſt Lichas. (Dona). i. tunicam, qua camiſiam uocant, aut ſubtexta. (Tincta veneno). i. venato ſanguine. (Neſſęo). i. ipſius Neſſi. (Et qui tinxerit aquas Euboicas ſuo ſanguine) Quia Lichas in mare Euboicũ ab Herc. præcipitatus eſt. (Vel venias in tartaras). i. deſcẽdas ad inferos. (De ſaxo præcipiti). ſ. Ambraciæ, promontorio Epiri. (Vt qui legit opus Socraticum). i. à Socrate inſcriptum, ſed à Plat. editum. (De nece). i. de immortalitate animæ, videlicet Cleombrotus, Et cadas & pereas, aut præcipiteris. vt Agẽs pater Theſei. (Qui vidit vela fallacia). i. nigra quaſi lugubria. (Carinæ Theſeæ). i. qua Theſeus viuus non mortuus, vt ille putabat, uehebatur. (Et ut Puer). ſ. Aſtyanax filius Hectoris. (Miſſus) i. præcipitatus. (Ab arce Iliaca). i. Troiana. (Et ut nutrix, & eadem matertera Bacchi teneri). ſ. adhuc, uidelicet Ino ſoror Semeles, quæ in ſe mare demiſit è ſcopulo. Et ut Perdix nepos Dædali. (Cui cauſà necis fuit ſerra) Inuenta, quam inuenit ad ſimilitudinem mandibulæ ſerpentis, cum dentibus ſecare incepiſſet, ob cuius inuentionis inuidiam Dædalus eum neceſſe fertur. Et pereas ſupple. (Vt uirgo Lydia). i. Ilice miſit ſe ab altis ſcopulis. (Quæ dixerat uerba mala). i. imprecatoria. (Deo). ſ. Marti inuito.

Fœta tibi occurrat patrio popularis in auro,
Sitq; Paphageę causa Leæna necis.
Quiq; Lycurgiden lacerauit & * arbore natum,
Idmonaq; audacem te quoq; rumpat aper.
Isq; vel exanimis faciat tibi vulnus, vt illi,
Ora super sæui quem cecidere suis.
Vtq; idem simili pinus quem morte peremit,
Phrygia venator, sisq; Berentiades.
Si tua contigerit Minoas puppis ad vndas,
Te Corcyreum Cresia turba petat:
Lapsuramq; domum subeas, vt sanguis Alebæ,
Stella Lycoridæ cui fuit ęqua viro.
Vtq; vel Euenus torrenti flumine mersus

ZAR.

FOeta tibi occurrat) Paphagius Epiroticus Ambragiæ dr̃ dominatus, qui cũ in agrum non procul ab vrbe se cõtulisset: Leæne catulos suos ferẽti obuiauit, à qua est dilaniatus, vt vetus interpres est auct. (Leæna) Masculina in on terminata faciunt in ęna fœminina, penult. cum æ diphthongo, vt dracon dracęna, lacon lacæna, ita leõ leæna. nam leo fecit lea, more latino, sicut leno lena, vt latinorũ pariter, & Græcorum grammaticarum est opinio. (Quiq; Lycurgiden) Butes qui & filium eiusdẽ nominis habuit, in venatione ab apro est enecatus, vt vetus scr. interpres, Diod. innixus auct. (Idmonaq; audacẽ) Idmon Apollinis, & Phæretiæ filius. Pherecydes vero dixit Asteriæ, quæ filia fuit Coronis, & Apollinis, idem Pherecydes ait Idmonis filiam fuisse Laothoëm: Laothoës Testora. Testoris Calcante, alij Abantis illegitime natum. hic vna cum Argonautis Argon nauim conscendit, cumq; aliquantum à socijs secessisset, ab apro occisus est, vt Orph. & Apollonius testantur. (Isq; vel exanimus) solebat Thoas venator arboribus capita ferarum affigere. quandã forte die apto interfecto Dianam fertur allocutus, qui sub ea in qua erat pride positum arbore caput de more, sopore fessus iacens à capita apri est interemptus, auct. vetus interpres. (Atque idem simili) Attis in Berecynto monte, vbi Cybeles sacra fiebant, cum venaretur. lassitudine oppressus, sub pinu somnum capiẽs, illius arboris perijt pomis, sicut interpres vetus exponit. (Si tua contigerit) Rege Minoë, vt superius exposuimus, à Cocalo in Sicilia interempto, eius Cretenses ossa in patriam transportarunt at tempestate in Corcyram insulam venerunt, qui male à Corcyreis tractati, quoscunq; eorum in Creta venientium in vindictam occidebãt. (Si vero legas Dorcyreum, oppidum in Sicilia Dorcyreum, vbi male habiti sunt Cretenses, qui deinde, vt meritas redderent vices, in Creta inuenti inecabantur, vt vetus est auctor interpres. (Lapsuramq; domum) Larissæi filia Alebe domus dilapsæ ruina diem extremum finiuit vna cũ marito Lycoride, totaq; domo, vt vetus tradit interpres. (Stella) secutus Poëta Aegyptiam opinionem, æqua stella dixit, nam Aegypti fata in stellis esse credebant. (Vtq; vel Euenus) Euenus poëta in Lycorbam fluuium decidit, cui & nomẽ dedit, vt vetus narrat interpres, Euenus etiam Martis filius Aetolię rex Marphisam formosissimã filiam habuit, teste apud Hom. Porphyrio, quàm poscentes ad curule certamẽ prouocabat, victorumq; capita foribus affigebat. Idas autẽ Apharei filius, re vera Neptuni, à patre sibi equos sumens velocissimos puellam rapuit, quem cum Euenus persequeretur, comprehendereq; non posset, equos, quos habebat, iugulauit, seque in Lycorbam demersit, qui ab eo Euenus appellatus, fugiente autem Ida periculum, occurrit Apollo puellam ei rapere volens cumq; ad pugnam conuenisset, Iupiter Merc. misit, vt sibi, quem vellet, eligere puellã, hæc Idam accepit, verita ne senescentem eam Apollo reijceret.

* ab arbore

ASC.

FOETA). s. Leęna. (Popularis). i. ĩ populo vagari solita impune, occurrat tibi in aruo patrio & sit tibi causa. (Necis Paphageę). i. ut fuerat Paphagi regi Ambracię. (Et aper, qui lacerauit). i. letaliter uulnerauit. (Lycurgidẽ). i. Lycurgi filiũ Butẽ tractũ ab arbore. (Et q. rupit, aut letauit. (Idmona) Qui ultimis ad Argonauticã expeditionẽ uenit, & ab Apro in Bithynia discerpt⁹ est. (Rũpat quoq;). i. ẽt te. (Et is). s. aper. (Vel). i. ẽt. (Exanim⁹). i. mortuus. (Faciat tibi uuln⁹). s. letale. (Vt) sup. fecit. (Illi). s. Thoantis, uel alteri ignoto uenatori. (Super quem cecidere ora). i. caput cum dentibus. (Suis sæui,) Id est apri siluestris. Et tu Idem sis ille. (Quem pinus). s. decidens peremit simili morte supple in Phrygia, & sis.

(Beren-

(Berentiades)Venator.i.pereas,ut Attis,& Nauclus ex casu pini.(Si tua cõtigerit,) Ordo est.(Si puppis tua contigerit ad undas Minoas).i.Creticas.(Turba Cressia).i.Cretensis.(Petat te Corcyreum).i.quasi Corcyreum, hoc est occidat te ut Sicilienses omnes Minos occidi iussit.Et subeas domum lapsuram.(Vt sanguis Alebæ).i.Alcidi ce Alebi Larissæi filia.(Cui fuit stella).i.influentia cœlestis.Aequa).i.æqualis.(Lycoridæ uiro).i.marito suo, quia à domo ruente oppressi sunt. Et tu mersus flumine torrenti des nomina aquæ rapide, in qua.s.submersus sis,ut uel Euentus dedit sup.nomen Lycorbæ,qui Euenus postea dictus est,& est fluuius Aetoliæ.uel Tyberinns,à quo Albula in Italia dictus est.

Nomina des rapidæ uel Tyberinus aquæ.
Hytracidæque modo defixa cadauere trunco
Digna feras:hominis sit caput esca tuum.
Quodq; ferunt Brotheũ fecisse cupidine mortis:
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.
Inclususque necem cauea patiaris,ut ille
Non profecturæ conditor historiæ.
Vtque repertori nocuit pugnacis Iambi,
Sic sit in exitium lingua proterua tuum.
Vt ue parum stabili,qui carmine læsit Athenas
Inuisus pereas deficiente cibo.

ZAR. NOmina des rapidę) Tyberinum regẽ d.qui in fluuio mersus, ei nomen dedit, ut iam ostendimus.(Hyrtacideq; modo)Hyrtacidæ duo fuere, alter ab Ho.Asius dictus, alter à Vir. Euryalus Hyrtaci filius,q noctu hostium castra ingressus multos enecauit,ipse uero captus est interfectusq; caputq; hasta ad Iulum Aeneæ filium delatũ. Virg. est auct.(Quodque ferunt Broteum) Broteus Ionis filius à sua turpitudine nomẽ habuit,quare immortalem assequi nõ ualuit, unde præ dolore,& quia sese contemni uidebat, in ardente pyra mori uoluit, ut uetus tradit interpres.Alij hunc Vulcani,& Mineruæ filium perhibent, & Erichthonium ẽt appellatum.(Inclususque necem cauea) Duplex hoc loco hist.constat,nam uetus scr. interpres: Calisthenem Magni Alex.inepte complexum hist.quare in caueam detrusum inedia perijsse,alij uero tradunt in Alexan.hunc scripsisse,& ideo fame obijsse: Cherillus etiã intelligi posset,qui teste super poëtica Horatij Porphyrione, adeo incompte, Alexandri gesta carmine descripsit,ut eius 7.tantum uersus sint approbati.fertur Alex.dixisse, mallẽ apud Hom.Tersites haberi,quam apud Cherillum Achilles,addit etiam Acron super eodẽ Ho. loco Cherillum cũ Alex.pactum,ut si bonũ uersum faceret, aureo numismate donaretur, si malum colaphis feriretur,qui sępe maledicendo colaphis nectus est.(Vtque reperto nocuit) Archilocus Lacedæmonis iambici carminis inuentor fuit:licet affirmet Aristoteles multo antea genus carminis fuisse,qui Tulli Hostili temporibus extitit, cui summa elocutionis uim fuisse in 10. oratoriarum institutionum Quintil.tradit. carminis ab eo in Lycambem socerum,& filiam Neobulen editi maledicentia, ambos laqueo obijsse certum est ipse postea,quia nimis seuere scripserat, à Lacedemonis est exulatum missus, & liber eius reiectus,ut de seueritate Val.docet.Plin.aũt in 7.ait:Archilochi poëtæ interfectores Apollo arguit Delphis.ex quibus uerbis Archilochum occisum cõiectamus.(Lingua proterua) Proteruus declarat quandam lasciuam libidinem cum iniuria indictis, & factis, proteruia uero apud ueteres sacrificium fuit.in co mos erat,ut si quid ex epulis superfuisset, igne con sumeretur,sicut apud Macr.in Stat.legimus.(Vtque parum stabili) Anaxandrides contra Athenienses scr.ut in 7. Aet.docet Eustathius, quos sanctissimas leges habere affirmabat, prauissimis aũt uti,quare fame mori est coactus.uetus interpres Mæuium dicit, qui & ipse Athen.carmine lacerauit, à quibus inedia compulsus in carcere extremum diem finire. Athenæ teste Var.tres fuere,ab unis Athenæi, ab alijs Athenausi,à tertijs Atheneapolitæ.

ASC. ET feras modo).i.admodũ Hyrtacidæ.(Cadauera digna) sup.te.(De fixa trũco,) Hoc est caput tnũ sit esca hoĩs.i.comedatur ab hoĩe.(Et des tua mẽbra cremãda pyræ succensæ) .i.rogo.(Quod).i.quã rem.(Ferunt).s.plurimi.(Brotheum).s.Vulcani,& Mineruę filium.(Cupidine mortis)Quia ob turpitudinẽ se cõtemptũ uiderat.(Et inclusus cauea patiaris

nece,

nece,ut.s.ille).s.notissimus Cherillus.(Cōditor historiæ).s. gestorum Alexandri Magni. (Non profecturæ) Qui à periit famem, per quod significatur fuisse malus scriptor. (Et ut lingua proterua nocuit repertori).s. Archilocho inuentori iambi.i.carminis iambici.(Pugnacis).i.mordacis,& ad nocendum inuenti.(Sic).i.in tuum exitium).i. exterminium,& necem.(Et tu inuisus pereas cibo deficiente).i.inedia coactus.(Vt) sup. periit Aristophanes.(Qui læsit Athenas carmine parum stabili,) Id est cito abolendo.

Vtque lyrę uates fertur periisse seueræ,
Causa sit excidit dextera læsa tui.
Vtq; Agamēnonio uulnus dedit anguis Oresti,
Tu quoque de morsu uirus habente cadas.
Et tibi coniugii nox prima nouissima uitæ.
Eupolie hoc periit, & noua nupta modo.
Vtque cothurnatū periisse Lycophrona narrāt.
Hæreat in fibris fixa sagita tuis.
Aut lacer in silua manibus spargare tuorum,
Sparsus ut est Thesbis angue creatus auo.
Perque feros montes tauro rapiente traharis.
Vt tracta est coniux imperiosa Lyci,
Quodque suæ passa est pellex* iniuita sorori
Excidat ante pedes lingua resecta tuos.

ZAR.

VTque lyrę uates) Aristochius poëta carmen tragicum per siluam transiens meditabatur, cui serpens & arbore, cuius folia percusserat, decidens manum momordit, quare extremum diem obiit, ut uetus narrat interpres in 7. Aeth. tradit Eustathius. Carcinus tragicus poëta, cuius Alope adultera filia fuit, de Cercyone scripsit, qui cum meditaretur, à serpente morsus decessit. (Vtque Agamemnonio) Orestes, ut iam omnibus constat, interfecta matre furore correptus fuit, inde liberatus cum per siluam iret, à serpente occisus est. (Sit tibi coniugii) Eubolus, uel Eupolis Atheniensis comicus poëta Medillam duxit vxorem, cū qua prima nocte, qua cōcubuit, mortuus inuentus est, si veteri credimus interpreti. (Vtque Coturnatum) Lyphrones in poëtica duo floruerunt. alter dicta Cassandræ scripsit, alter, cuius nūc fit à poëta mētio, tragicus. ex his vnus, q Pleiades sunt appellati. ab inimico sagitta veneno illita traiectus interijt. auctor. est vetus interpres (Cothurnatum) Cothurnus calciamenti genus vtriq; pedi aptum, quo tragici vtebātut, comici aūt socco, vt docet Seru. (Aut lacer in silua) Echion ex Cadmi filia Agaue Penthea genuit, qui sacra Bacchi auersatus, à matre aprū eū esse existimante, occisus est, vt in 3. Met. legimus. (Auo angue) Cadmum dicit in anguem versum, cuius Agaue filia Penthea peperit. (Perq; feros montes) Antiope Nyctei filia, quàm Iupiter in Satyrum mutatus corripit, fugiens Nyctei minas defugit in Sicyonē ad Epopea, vbi peperit Zethum & Amphiona, quos in Citherone mōte apud quosdam pastores deposuit. Nycteus igitur ob audaciam filiæ tristatur rogauit Lycum, ne despiceret ipsam. quamobrē in Sicyonē profectus cū exercitu Lycus Epopea occidit. abstulit captiuā Antiopen, tradiditque eā Dircæ vxori custodiendam, vtpote fratris sui filiam, hæc rursus fugiens capta traditur à filijs suis Amphione, & Zetho, quibus pastor, qui eos aluerat, rem omnē prçteritam memorat, quod cum cognouissent matrem suam esse, ipsam custodiunt: Drycen vero agresti tauro ligantes decerpserunt, vnde Plaut. in Pseudulo, eras quasi Drycen olim, vt memorant, duo gnati Iouis deuinxere ad Taurum, inde Lycum agressi sunt, vt dicerent Antiopem vellem tradere, quorum mentem cum nouisset Lycus, nam Mercur. impediuit, quo minus ipsum occiderent; Lycoq; rem aperuit, & tempus fuge datum, & perinde effugit, vt interpres Apollini scribit. Probus autem in Perseum aliter hanc tradit historiā, nec nos prçterit Ho. in Odyssea Antiopem Asopi filiam memorasse. (Quodq; suæ passa est) Superius memorauimus à Tereo Philumela stupratam, & linguam resecta, ne scelus pro palā fieret, ea vero sanguine in linteo rem omnem annotauit, quem ad Prognem sororem misit à qua Itys filius appositus pro epulis à patre est comesus, qui omnes in aues sunt mutati. ASC.

*inuisa

ET vt vates seuerę lyrę).s.alter Aristophanes ferē petijsse.(Sic destera lęsa sit causa tui excidij)

excidii).i.mortis tuæ.(Et ut anguis dedit uulnus Oresti Agamemnonio).i.Agaménonis filio.(Cadas tu quoque).i.etiam tu.(De morsu habente uirtus).i. uenenum.(Nox primæ coniugii sit tibi nouissime).i.ultima uitæ.Eupolis.s.poëta comicus Græcus: qui comœdiā ueterem scripsit.(Periit hoc modo).i.prima nocte.(Et noua nupta).i.coniux eius.(Vtq;) .s.historiographi narrant.(Lycophrona).s.poëtam.(Cothurnatum).i.altiloquium.s.peri isse sagitta aduersarii.sic supple.(Hæreat sagitta fixa in tuis fibris).i.præcordiis.(Aut spargare in silua lacer).i.dilaceratus manibus tuorum.(Vt sparsus est Thebis creatus auo angue).s.Pētheus à matre discerptus:cuius auus Cadmus factus est.Et traharis per feros mōtes tauro rapiente)Scilicet te.(Vt coniux imperiosa Lyci,)Scilicet Dirce tracta est à filiis Antiopæ.(Et quod philumela pellex inuita)Id est coacta esse pellex.(Suæ sorori) Scilicet progne.(Est passa lingua)Scilicet sua.(Refecta,) Id est amputata. (Excidat).s. ex ore tuo ante pedes tuos:de quare in Buc.mentio fit.

Cognitor ut tardæ Blæsus cognomine Myrrhæ,
　Orbis in innumeris inueniare locis.
Inque tuis opifex,uati quod fecit Achæo,
　Noxia luminibus spicula condat apis.
Fixus,& in duris carparis uiscera saxis.
　Vt cui Pyrrha sui filia fratris erat.
Et puer Harpagidæ referas exempla Thyestæ,
　Inque tui cæsus uiscera patris eas.

ZAR. Cognitor ut tardæ) Cynaras cypriorum rex cū Myrrha filia deceptus rem habuit: quo detecto facinore, eam stricto ense per Arabiam est insectatus ubi urbem à filiæ nomine appellata condidit: quæ in sui nominis arborem est deorum miseratione mutata: ut iam explicuimus cognitor, & traditor legi absque menda potest.(Inq; tuis opifex)Achæi plures fuerunt:quorum hic unus: de quo nunc agitur: in cuius per hortum ambulantis capite agmen apum insedit:quod cum expellere uellet: eorum aculeis acie oculorum dicitur priuatus:ut tradit uerus interpres. (Fixus & in duris) In Theogonia, & in 1.Geor.Hesiodus Iapetum scribit filios Promethea habuisse qui prouidentia interpretatur:& Epimethea,qui improuidentia: ad Promethea mulierem Pandoram nomine Dei cum uasculo:in quo omnia inclusa erant mala,misere, at Prometheus fraudem præuidens illud non recepit,subdola uero puella denuo eo absente, Epimetheo obtulit, qui imprudens uas aperuit,unde uestigio morbi omnes euolarunt,præter spem, quæ in labiis assistebat dolii,ut ipsa pariter effugeret.non id sine ratione fingitur, unde in miseria constitutis remedium spes est.hanc puellam Epimetheus compresit,unde Pyrrha & Deucalion nati sunt,quorum patruus Prometheus in Caucaso monte patitur.nam iecur eius ut recensuimus ab aquila deuoratur.(Et puer Harpagidæ) Nullus ad hunc diem iudicio meo recte est hanc interpretatus histo.quam sic accepimus ex Herod.in primo histor.sententia,nec non Iustini in primo Trogi compendio, Cyaxarem Medorum regem filium habuisse nomine Astyagē,ad quem defuncto patre peruenit imperium.habuit hic filiam, quàm Mandanem appellauit,quæ ei per quietem tantum urinę facere uisa est,ut omnem ipsius urbem oppleret,atque uniuersam Asiam inundaret:quod somnium cum magis exposuisset:quæ sunt interpretati,contempsit est:inde Mandanem uiro maturam uisum est alicui Medorum non tradere sed Persæ cuidam Cambasi.eodem quoque anno: quo filiam collocauerat, uisionē alteram uidit:uidebatur ei ex filiæ genitalibus, quæ totam occuparet Asiam, uitis enasci: quod uisum cum interpretibus retulisset,edoctus est filiam, qui pro ipso regnaret,parituram,quare exterritus è Persis filiam accersit,cui custodiam apposuit, ut quidquid pareret, interficeretur,ubi Cyrus genitus est.Harpagum familiarem inter Medos fidissimum accipit:cui puerum in occidendum tradidit,quadam autem pietate,uel fato potius infantē interficere noluit,sed eum Mitradat regis Astyagis bubulco,ut perimeret dedit, additis ēt ni id faceret minis,qui optime cauillatus filium proprium,quem tunc mulier pepererat, mortuum loco Cyri in præstituto posuit loco,& Cyrū æque,ac filium aluit.is cum obuersaretur inter pastores;imperiū,ut puerorū est mos,de cōsensu omniū gerere cœpit:quē bubulci

filium

filium appellant.nam Cyrus inde dictus est,qui à Cyno nutrix dicitur.i.canis, medice aũt spaco,cumq; quidã collusor filius Artembaris Medi spectati viri nihili Cyri faceret imperia,à pueris ipsum comprehendi iussit,& multis affici verberibus,qui ilico ægre ferés in vrbem ad patrem retulit,qualiter rem habuerit.quare Artembares apud regé conquestus est & filium secum duxit,eiusq; humores cæsos regi ostendit. rex statim ad se Cyrum venire iussit quem cum hmõi re interrogasset,& ipse intrepide respõdisset,nepotem esse cognouit. ita ẽt tempore suggerente, quod ita esse a bubulco cercior est factus, quare Harpagum rex vocat,qué de puero percontatur,viso pastore noluit Harpagus tergiuersari, sed ré totã ordine aperit. Astyages aũt dissimulans bene hoc euenisse,gratumq; sibi esse,& Harpagi filiũ ad se mitti imperat 13.natũ annos,qui eius iussu mactatur,& mébratim conciditur,partim elixus,assus partim in cõuiuio pro epulia pr̃i est appositus. idẽ legitur & de Thyestis filijs, vt docuimus,quid deinde fuerit de Astyage, & Harpago,quos memorauimus, auct.tradũt.

COGNITOR &c.) Ordo est. (Inueniare).s.profugus, & vagus in innumeris locis.(Orbis).i.mundi.(Vt conditor Myrrhæ.s,filiæ suæ, videlicet Cynaras.(Tardæ).i.quæ in arboré tarde nascentem conuersa est.(Cognomine.i.cognomento blæsus.(Et apis opifes).i.mellificans.(Condat spicula noxia).i.aculeum noxium, quia excæcatiuũ.(In liminib.).i.oculis tuis.(Quod).i.quam rem.(Fecit Achæo vati).i.poëtæ.(Et tu fixus in duris saxis,carparis viscera).i.habeas viscera carpta, & dilacerata, vt cui Pyrrha erat filia.(Sui fratris).s.Epimetheus,hoc est vt Prometheus in Caucaso mõte religatus, cuius fratris erat Pyrrha filia,& referas.(Exempla Thyesti).i.comedaris à patre.(Vt puer Harpagidæ)Sup. ab eo absumptus est.(Et tu cæsus,)Id est occisus,eas in viscera tui patris. ASC.

Trunca geras sæuo mutilatis partibus ense,
Qualia Mycerni membra fuisse ferunt.
Vt ue * Syracusio præstricta fauce poëtæ,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.
Nuda ue direpta pateant tua viscera pelle,
Vt Phrygii,cuius nomina flumen habet.
Saxificæ videas infelix ora Medusæ,
Cephenum multos quæ dedit vna neci.
Potniadum morsus subeas(vt Glaucus)equarũ,
Inq; maris salias Glaucus (vt alter) aquas.

TRunca geras sæuo) Mamertes Sysaphoni Corinthij frater regni cupiditate nepotem occidit,quare à fratre dicitur laceratus,alij tradunt Mamerté, vnde Mamertini Siciliæ populi appellantur oppidum edificasse, inde oborta de regno lite à fratre mortuus est, vt vetus memorat interpres.(Vt ue Syracusio) Theocritus Syracusanus Bucolicum carmé elegantissimũ composuit,quod noster Maro est immitatus.Fuit auté ingenij adeo mordacis,vt in ipsum Siciliæ regem Hierionis filium sit inuectus, à quo ad supplicium, vt hominem tantũ perterrefaceret ductus,interrogatusq; an à maledicentia se abstinere vellet,magis verba regem lacessentia proferebat,indignatus autem res,quod ioco fuerat commentus,sero fecit,nam caput ei amputauit.alij suspensum volunt,vt Ouid.hoc loco, vetus interpres est auct.(Nuda ue direpta)Marsiam dicit qui victos ab Apolline, in fluuium sui nominis est mutatus,vt ostendimus. (Saxificæ videas) Ad compendium rem hanc redigã, cum & superius eam narrauerimus.Perseus liberata Andromeda,cum Phineo certauit,cui ante promissa fuerat Andromeda,& cum ipsi puella à parentib.pollicita in vxorem,in saxũ vertit.vt pote vim inferre nitenté,Cephenosq; populos ei parentes,vt Ouid.in Met.Hyg. alijq; multi sunt auct.(Potniadum morsus)Glaucus è Potnia ciuitate, cum Veneris sacra sperneret,suis equabus à Dea furor immissus est,à quibus cum veheretur, morsibus est dilaceratus,vt Seru.super his Virg.in 3.Georg.docet,Scilicet ante oés furor est insignis equarum,Et mentem Venus ipsa dedit,quo tempore Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ. (Inque maris salias) Glaucus is piscator ardenter Scyllam amauit,qui in Euboica Anthedone herba quadam comesa incredibili cupiditate se in mare proiecit, & à Neptuno ceterisq; Dijs marinis Deus effectus est,auctor est Ouid.in 14.Meta.

ZAR.

* Vtq; Syracusio

ASC. ET tu geras membra trunca).i.truncata,& hoc partibus tuis mutilatis.(Ense sæuo).i. crudeli sup.talia,qualia ferunt fuisse mēbra Mamertis.(Et via animæ).i.vitæ suę, aut anhelitus tui.i.arteria vitalis.(Sit tibi clausa).i.occlusa,& strāgulata laqueo, vt sup.fuit clausa. (Poëtæ Siracusio).i.Theocrito,& hoc (Fauce eius præstricta).i.strangulata,& cōpressa, & viscera tua pateant nuda,& hoc, pelle direpta. (Vt Phrygij).s.Marsiæ,qui fuit excoriatus. (Cuius nomina habet flumen)Narsias nomine,& (Tu infelix videas ora Medusę saxificę) .i.facientis saxa ex ijs à quibus inspecta fuerit. (Quæ).s.Medusa (Dedit multos Cephenū) Pro Cephenorum populorum.s.(Neci).i.morti. (Subeas morsus equarum potniadum).s. carne humana vesci solitarum.(Vt Glaucus)sup.subijt.(Et salias in aquas maris, vt alter Glaucus) Correptus.s.furore comesa quadam herba.

Vtque duobus idem dictis mihi nomen habenti
Præfocent animæ Gnosia mella uiam:
Solicitoque bibas * vultu doctissimus olim,
Imperturbato quod bibit ore reus.
Nec tibi,si quid amas,felicius Hęmone cedat,
Vtque sua Machareus,sic potiare tua.
* Et videas quod iam,cū flammæ cuncta tenerēt
Hectoreus patria vidit ab vrbe puer.
Sanguine probra luas,vt auo genitore creatus,
Per facinus soror est cui sua facta parens.
Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarii quo cecidisse gener.

ZAR. VTque duobus idem) Alius quidam Glaucus Cretensis(nam plures Glauci fuerunt) ob lasciuiam in filiam venenato melle extinctus est, vt vetus docet interpres. (Gnosia mella) Cretensia. Gnosos enim Cretæ ciuitas est,vt tradit Serui9.(Solicitoque bibas) Melitus, Anitus,Polydeutus,Polycrates, pluresq; alij Socratem virum sanctissimum inuidia accusarunt, quod Atheniensem iuuentutem prauis moribus falsaque religione instrueret, quāobrem in carcerē à magistratu detrusus est, ibiq; cum de animo immortalitate difutasset,hausto intrepide veneno interijt.habes Platonis Dialogum,vbi quid socrates edisseruerit,comperies,dicit itaque Ouid. Sicut Socrates doctissimus vir intrepide veneno obijt,tu noxius, timidusq; moriaris. (Nec tibi si quid amas(Hæmon Rhodopem filiam adamauit, cum qua incęstum cōmisit, quamobrē vterq; in montem sui nominis conuersus est, vt à veteri cōmonemur interprete, in 2.eleg.etiam Hæmonis Propert.meminit.(Vtque sua Machareus)Habes hanc superius fabulosam explicatum historiam.Canaces inquam & Machareus Aeoli filiorum, qui ob mutuum concubitum insigni notantur dedecore. (Et videas quod iam) De Astyanacte Hect. filio abunde locuti sumus,qualiter à Græcis Troia capta, concremataq. Vlyss.hortatu è turri fuerit demissus.(Sanguine probra luas)Myrrha Cynaræ,vt docuimus,filia,ex patris compressu formosissimum peperit Adonē,cuius amore tm̄.Venus creditur flagrasse. hic dum venaretur, ab apro occisus est,& in florē à Venare postea mutatus, vt in 10. Met.legere est. bene ergo soror facta est parēs,nam ex eo parēte Myrrha nata est,qui & ipsum genuit Adonē ex filia. (Ossibus inq; tuis)Vlyss.cum ad Ithacam ex longo errore appulisset,territus crebris insomnijs est,quæ ad oēs eius regionis somniorū cōiectores peritissimos mittit. refert.n.visum sibi sępius simulacrū quoddam inter humanū,diuinumq; vultum formæ perlaudabilis, ex eodē loco repetere,cōplectiq; summo desiderio,cupienti, porrigentiq; manus rn̄disse videbatur,sceleratā hm̄oi coniunctionem fore,quippe eiusdem esse sanguinis, & alterū alterius opera interiturū,quam rem oēs exitialem pronunciabant,addentes,sibi caueret ab insidijs filij.quapp Telemachum in agros,qui in Cephalentia erant,relegauit,per idē tp̄s Telegonus,ex Circe natus & Vlyss.ad quęrendū patrem profectus,Ithacam venit, quoddā hastile in manibus ferens,cuius acies marinæ turturis osse pręfixa erat insigne,sed insulæ Aeæe,in qua editus erat,ibi per custodes à patrio est prohibitus adite, dū acrius instat, & repellitur veritus à Telemacho mitti multis interēptis custodibus patrem quoq; nescius occidit,qui dū lætaretur se nō à filio interfectum moriēs filium nouit à quo saucius moriebatur, quod

* Anithi. vt apud Horat. Anitiq. reum & Ouid. alibi fama refert Anithi quale fuisse rei.

* Vt

Telegonus

Telegonus cognoſcens,miſerabiles edidit fletus,manu utraq; caput uerberans. Ditis Cretenſis etiam auctor.

ASC. VT habenti idem nomen duobus).i.cum duobus dictis.(Mihi).i.à me,hoc eſt,ut tertius Glaucus,qui uenenato melle ab hoſpite Cretenſi extinctus eſt.(Mella gnoſia).i. Cretenſia,hoc eſt aptum Cretenſium.(Præfocent)Strangulent,& intercludāt. (Viam animæ) .i.anhelitus tui,& flatus.(Et bibas ore ſollicito)ſupple aconitum,ueluti olim bibit. (Reus doctiſſimus).ſ.Soc.ſolus ſapiens ab Apolline pronunciatus. (Quod) ſup.ipſe. (Bibit ore imperturbato).i.conſtāti. (Nec ſi tu quid amas, cedat tibi falicius Hęmone).i.quam Hęmon,qui cum filia Rhodope quam turpiter amauit,in montem obduruit, &. (Tu patiare) ſup.à ſorore tua!. (Vt Machareus) ſup.paſſus eſt. (A ſua) ſorore.ſ.Canace, hoc eſt perpetuam infamiam.(Aut uideas)Non,ut uideas.Nam ordo eſt.(Aut uideas).ſ.mortē ex præcipitio incenſa patria.(Quod puer Hectoreus).i.Hectoris filius Aſtyanax. (Vidit ab urbe patria).i.in Illio.(Cum flammæ tenerent.i.occuparent iam cuncta. (Et tu Iuas ſanguine) .ſ.tuo.(Probra).i.uituperia. (Vt).ſ.Adonis. (Creatus).i.procreatus, & genitus.(Auo).ſ. materno,hoc eſt Cynara patræ Myrrhæ,& auo Adonis. (Genitore).i.patre. Idem.n.erat pater,& auus eiuſdem,ſed auus per filiam. (Cui).ſ.Adoni. (Sua ſoror eſt facta parens).i. mater.(Per facinus).i.per inceſtum.(Et illud genus teli).i.ut Baptiſta Mātuanus recitat, roſtrum gladij,& cauda trigonis.unde uerba eius ſunt.Nam gladij roſtrum caudamq; trigonis aquoſi. Qua quondam magno fatum intentauit Vlyſſi Telegonus, Circes uſus fatalibus armis Præfixit iaculis,Stigiaq; extinxit in unda,Hæreat in tuis oſſibus. (Quo gener Icarij).i.Vlyſſes maritus Penelopes filiæ Icarij. (Traditur cecidiſſe).ſ.à filio ſuo ſublatus.

Vtq; loquax in equo eſt eliſus guttura acerno,
  Sic tibi claudatur pollice vocis iter:
Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta,
  Iactaq; pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.
Salmacis vtq; * patrem condat te Phœbus in ima
  Tartara.quod natæ fecerat ipſe ſuæ.
Inq; tuos ea peſtis eat,quam dextra Chorœbi
  Vicit,opem miſeris Argolicisq; tulit.
Vtq; nepos Aethræ Veneris moribundus ob irā,
  Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias vt perdidit hoſpes alumnū,

*Vtque patrem Pſamathes.

ZAR. VTq; loquax) Agenor quidam petulans, incompeſcibiliq; lingua adeo,ut ne Io.quidem parceret:qui cōcurreret, ab equo cecidit: & fauces pollice ſibi oppreſſit, ut uetus exponit interpres. (Aut ut Anaxarch⁹) Hic Athenienſis fuit, qui male ſuos colonos tractabat:à quibus occiſus eſt eiusq; oſſa in pila occluſa pro frugibus iactata: ſi recte uetus interpres commonet. (Vtq; patrē Salmacis) Cyclops quidam Sameri filiam habuit alter Leucotheam, q̃ Phœbus amans eſt inſectatus,quare eam pater occidit,qua iniuria Phœbus eum interfecit, ſi ueteri credimus interpr.alij legunt,Salmacis utq; patrem.(Inque tuos ea peſtis eat) Docuimus iam à Chorœbo monſtrum filios matrum ſinu educens,atq; deuorans interfectum. Statij adducens auctoritatem.(Vtq; nepos Aethrę)Hippolytum d.Theſei filium ex Aethra nati,ab Aeſculapio Dianæ precibus ad uitam reſtitutum.Indignatus aūt Iupiter mortalem Aeſculapium homines ad uitam iam mortuos reuocare poſſe,eū fulmine interemit, quare Apollo Cyclopas fulminis fabros,interfecit, qui è cęlo à Ioue pulſus Admeli regis oues pauit,ut omnibus notiſſimū eſt.(Propter opes nimias)qualiter Polymneſtor auri cupiditate Polidorum Priami filium occiderit,& ipſe ab Hecuba obcęcatus fuerit, iam narrauimus.

ASC. ET ut Agenor loquax).i.dum aſſidue loqui uellet,& manū in os inſertaret. (Eſt eliſus guttur).i.habuit guttur eliſum.(In equo).i.dum inſideret in equo. (Sic iter uocis claudat tibi pollice).ſ.tuo immiſſo.(Aut minuaris).i.minutatim cōteraris.(In alta pila).i.inſtr̄o, quo conteritur granum quoduis aut legumē.(Vt Anax.)ſup.tritus, & imminutus eſt. (Et oſſa tua iacta).ſ.è pila.(Sonēt ꝓ frugibus ſolidis).i.impermixtis,& ſui plenis. (Et Phębus condat).i.detrudat te in ima tartara.(Vt)ſup.condidit.(Patrem Salmacis).i.Orchamum,

quem radijs solaribus interemit.(Quod).i.quã rem. (Ipse fecerat suæ natæ).s.Leucotheę, quam detrusit in locum subterraneũ. (Et ea pestis).i.mõstrum. (Eat in tuos).s.familiares, propinquos,amicos,& benefactores. (Quam).s.pestem.i.quod monstrum dextra chorœbi vicit,& tulit opem miseris.(Argolicis).i.Peloponnesi incolis. (Et tu exul.).s.à paterna domo.(Excutiaris ab equis attonitis).i.cõsternatis visis phocis. (Vt)sup.excussus ẽ. (Nepos Aethræ).s.Hippolytus Thesei filius. (Moribundus ob iram Veneris) Quia cõtẽpsit rem veneream habere cum Phædra nouerca sua.(Vt hos.).s.Priami Polymnestor rex Thracię. (Perdidit).i.interemit.(Alumnum).s.Polidorum filium Priami,quem aluerat pp nimias opes.Vnde 3.Aeneid.Polidorum obtruncat,& auro Vi potitur.quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? sic sup.(Hospes tuus perdat te ob exiguas).i.valde medicas opes.

Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.
Vtq; ferunt fratres sex cũ Damasicthone cęso,
Intereat totum sic genos omne tuum.
Addidit vt fidicen miseris sua funera natis,
Sic tibi sint vitæ tædia iusta tuæ:
Vtq; soror Pelopis saxo dureris oborto:
Et læsus lingua Battus ab ipse sua,
Aëra si misso vacuum iaculabere disco,
Quo puer Oebalides,ictus ab orde cadas.
Si qua per alternos pulsabitur vnda lacertos,
Omnis Abydena sit tibi peior aqua.

ZAR. VTque ferunt) De numero filiorum Niobes diuersæ apud auct. reperiuntur sententiæ, nam Ho.pueros, puellasque senos fuisse scr. bis septenos Euripides, Sapho bis nouenos,Bacchilides & Pindarus bis denos, quidã alij scriptores tres tantum volunt, vt lib.19. Gel. tradit.Ouid.etiam in 7.Metam. bis septem dicit,& Marium ponit nomina, quorum vnus Isme nus vocabatur,alius Sipylus, ter tius Phedimus, quartus Tantalus, quintus Alphenor, sextus Damasithon,vltimus Ilioneus,qui omnes sagitta à Phœbo occisi sunt propter matris nimiam superbiam,Latonæque contemptum,quàm sterilem prædicabat,ita & filiæ sicuti fratres periere,ut lib.7.scr.Ouid.(Addidit vt fidicem)Amphion,quorum nunc meminimus, pater fuit,Iouis,& Antiopæ filius,& ut Plutar. docet, in arte musica fidium inuentor, & musichus præstantissimus.hic occisis filijs mortem sibi consciuit,ut Ouid.narrat, Nam pater Amphion ferro perpectus adacto Finierat moriens pariter cum luce dolorem.Hippocr. autem in libro qui inscribitur ὀξέων παθῶν. Illosq; morbos decessisse Cynates.subitariaque præuentos morte, qui dicitur morbus etiam Apollo bletus,id est percussus ab Apol. auct. est Porphyr.(Vt ue soror Pelopis)Niobe Tantali ex Taygete filia,alij Pelopis, alij Zethi, alij Alalchone ni,vt Porphyr.in 7.testatur,& proinde Pelopis soror, Amphionis Thebarũ regis vxor fuit,quæ nimio mœrore ob natorum interitum in marmore dicitur uersa, ut ab Ouid.in Met.accepimus, ferunt nonnulli hanc calamitatem subiuisse in Libya, alij apud Thebas.Porphyr.ait,comicum Philemona scripsisse mutã effectam Niobem, ob multa quæ eam circunuenerãt mala inde fictũ in lapidem conuersam.Lydus aũt poëta,inquit,ab Asonide amatore fuisse dilectã,quem cum illa auersaretur,ignem foribus obiecit.illa effugiens in lapidẽ cõuerti postulauit,ac ita in lapidem cõuersa est. (Et lęsus lingua Bat.) In 2.Met. Ouid.scr.Merc.Apollini armenta suffuratum quæ in agros pylios processerant,eaq; in siluam abduci nemo præter vnum senem Nelei pastorem Battum nuncupatum vidisse,quem præcario,vt furtum taceret,adijsse utq; magis id faceret, dono vaccam tradidisse, alia non multo post Deum sumpta effigia eum interrogasse,num boues surreptas uidisset, utq; manifestaret,boum paria pollicitum fuisse,quo munere allectum furtũ detexisse, inde in saxũ quod index dicitur mutatum.(Aëra sic misso)Hyacinthus puer Oebali filius ab Apolline summopere dilectus,ab eodem per imprudentiam disco occisus est,vt in Met. Ouidius tradit.Plinius autem libro vigesimoprimo Hyacinthum, inquit,comitatur fab.duplex, luctũ præferens,eius,quem Apollo dilexerat,aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt græcorum literarum figura,ea legatur inscripta erat discus genus ludi, antiqui dice

bant

bant certi ponderis discum,quo Iuuenes in Agone contendebant,fortior iudicãdus, qui in ultra statutam metam proiecisset,ita & missilibus certabant.Ho.lib.carmin. Sæpe disco, sæpe transfinem iaculo expedito,Acron est auctor.Si qua per alternos, in heroidibus amores Hero & Leand.scribit Ouidius alter apud Abydum, apud Seston Hero commorabatur, & noctis tempore fretum per septem stadia patens,Leander transnabat,ad amicamq; se conferebat,forte tempestate obrutus periit,extant de hoc Mart.epigram. Musæiq; carmen.

ASCENSIVS.

ET vt ferunt tot fratres cæsos).s.ab Apolline.(Cũ Damasithone).s.filio Amphionis, & Niobes,sic omne genus tuũ intereat tecum.(Vt fidicen).s.Amphion addidit. (Sua funera).i.mortem suam.(Natis).i.filiis suis miseris, qui ob superbiam matris interempti sunt. (Sic iusta tædia sint tibi tuæ uitæ).i.de vita tua,vt teipsum interficias.(Et dureris).i.indureas.(Saxo oborto).i.præter opinionem nato. (Vt soror Pelopis).i. Niobe sup. induruit, quæ in Sipylum saxum commutata est,& vt sup.in saxum induruit & immutatus est Battus.s.fur Abigeus.(Læsus ipse à sua lingua.)Qua furtum confessus est. (Sic tu iaculabere) i.iaciendo percuties.(Aëra).i.aërem.(Vacuum).s.corpore denso.(Disco misso).i.per discũ sursum missum.(Tu cadas ictus ab orbe).i.ab eodem disco rotũdo. (Quo puer Oebalides) i.Hyacinthus.(Ictus)supple cecidit.(Et si qua).i.aliqua. (Vnda pulsabitur per lacertos).s. tuos. (Alternos) .i. alternatim, dum natas,aquas ferientes, hoc est si aliquando pernatare fluuium volueris.(Omnis aqua sit tibi peior Abydena).i. quam Abydena fuit Leãdro, qui ad amicam properans in ea submersus est. ASC.

Comicus vt,liquidis periit dũ natabat in vndis,
Et tua sic stygius strangulet ora liquor.
Aut vbi ventosum superabis naufragus æquor,
Contacta pereas vt Palinurus humo.
Vtque cothurnatum vatem tutela Dianæ.
Dilaniet vigilum te quoque turba canum.
Aut vt Trinacrii salias super ora Gigantis,
Plurima qua flamma Sicanis Aetna vomit.

COmicus vt liquidis.)Et Terent. comœdiarum scripto. significat interitum,qui vt testatur Donatus super Terent. cum ex Græcia rediens nauẽ cõscendisset,naufragio periclitatus occubuit & cum eo fabu. c. & 8. ex Menandro conuersæ perierunt. (Liquidis)Atheniensis comicus dum in Piræo portu nataret,submersus est, de quo nobilissime à Græcis editæ traduntur Elegiæ,& à Calim. epi. vt vetus interpres docet. (Aut vbi ventosum) Palinurus Iasij filius,Aeneæ nauis gubernator, nimio somno uexatus in mare cecidit,cumque triduo enatasset,à Veliensibus occisus est,ut Maro carmen testatur, licet ibi redarguatur ab Iulio Hyginio.Aul.Gel.(Vtque cothurnatum vatem)Euripides Clitus Olitricis,& Cauponis, Mnesarchi filius in Salamine natus duo de 20. annos agens,Tragœdiã scrib. adorsus est, adeoque in eis excelluit, ut præstantissimus inde extiterit inter Græcos scripsit Tragicos: Athleta etiam fuit: Eleusino enim & Theseo certamine pugnauit, & coronatus est. In physicis Anaxagora usus est præceptore, in arte dicendi Prodico, in mortali Philosophia secutus est Socr. mulieres ferme omnes maiorem in modum exosus dicitur duas tamen dilexit, ex quibus filios excepit: In Macedonia apud Archelaum regem magno honore est habitus, à cuius cœna noctu cum reuerteretur, à Lysimacho Archelai seruo, Dianæque templi æditituo immissis Deæ canibus dilaceratus est, hunc Lysimachum Arnæus Macedo, & Creteus æmuli Euripidis corruperant, vt ita cum enecaret, cui Macedones sepulturam, & ingentes honores præbuere, ad quos cum Atheniensium legati venissent, vt eius ossa in patriam transferre sinerent maximo consensu in ea redeneganda Macedones perstiterunt, habes Aul. Gel. 12. No. atticarum. (Aut vt Trinacrij) Empedocles Agrigentinus Melonis filius,vt tradit Hippobotus, ut uero Thelauges, Archinomi, fratrem habuit Callicratidem teste Phauorino in commentariis. hic Pythagoricam sententiam sectatus est,cuius & auditor fuit,eximius philosophus extitit,quo Lucretius totã Siciliã multũ decorari dixit,scripsit carmine Xersis transitũ,scripsit & tragœdias,multa alia cõ ZAR.

poſuit:ut Hier.& Ariſt.tradunt,quorum alter 43.eius opuſcula legiſſe refert, alter verò ſæpiſſime eius retulit opiniones ex diuerſis libris euulſas.varia de eius morte traduntːnã alij ſcr.in Peloponneſo obiiſſe mœrore:quia cũ agrigẽtinũ cõderetur, inimicorum nepotes ipſius obſiſterent inſtituto:Heraclides aliam mortem memorat:vulgatiſſima autem quæ nũc ab Ouid.tangitur.cupidus Empud.immortalitate potiri,in Aetnam montẽ ſe proiecit,credens ſe ita hominibus facile perſuaſum irideũ effectum:flammis autem abſumptus eſt: nihilq; præter crepidam inuentum eſt.Hinc Ho.in poëtica: Siculiq; poëtæ narrabo interitũ.Deus immortalis haberi,Dũ cupit Empedocles,ardentẽ frigidus Aetnã,Inſiluit. Aetna mons eſt Siciliæ,ab Aetna muliere ibi ſepulta dictus,q̃ Iupp.dilexit, vt auct. eſt Pindarus.

ASC. COMICVS) &c.(Vt).i.quemadmodum.(Comicus).ſ. Menander nouæ comœdiæ princeps:aut,vt quidam volunt,Terent.è Grecia rediẽs.(Perijt).i.ſubmerſus eſt, dũ nabat in undis liquidis.(Sic liquor Stygius).i.infernalis. (Strãgulet &).i. etiã ora tua.(Aut vbi tu nau).i.naufragium paſſus.)Superaris).i.ſuperaueris.(Aequor vẽtoſum).i. procelloſum mare tunc ſup.pereas.(Humo).i.terra cõtacta.(Vt Pal.).ſ.director nauis Aeneę periit ſup. interemptus in portu,Velino poſtea dicto,vt in 6.Aen.dicitur.(Turba canũ vig.) Appoſitoriæ tutela Dianæ.(Dilaniet quoq;).i.etiam te,vt ſup.dilaniauit.(Vatem Cothurnatũ) ſ.Euripidem.(Aut tu ſalias ſuper ora gigantis Trinacrij).i.Sicilienſis:hoc eſt Sicilia in mõte Aetna relegati.vnde Aeneid. 3. Fama eſt Enceladi ſemuſtũ fulmine corpus Vrgeri mole hac &c.ſupple ab ea parte.(Qua Aetna Sicanis).i.Sicilienſis. (Plurima).i.abundãtiſſima. (Vomit flammas: quod).ſ.Empedocli contigit,vt docet Flaccus in arte poëtica.

Diripantq́ue tuos inſanis vnguibus artus
Strymoniæ matres,Orpheon eſſe ratæ.
Natus vt Althææ flammis abſentibus arſit,
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.
Vt noua Phaſiaca compreſſa eſt nupta corona,
Vtq́ue pater nuptæ,cumq́ue parente domus.
Vt cruor Herculeos abii diffuſus in artus,
Corpora peſtiferum ſic tua uirus edat.

ZAR. DIripiantq́ue tuos) Orpheus, de quo multa ſuperius narrauimus,amiſſa penitus Euridice vxore, mulierum ſpreuit concubitu,per ſiluaſq́ue comeãs montes, & arbores & ſaxa lyræ modulamine ad ſe trahebat, ut Hor.in Carm.ait: Aut ſuper Pindo, gelidove in Hæmo. Vnde vocalem temere ſecutæ Orphea ſiluæ. primus Thracas amores in pueros docuit. vnde Ouid.in Met.Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem in teneros transferre mares: citraq́ue iuuentam ætatis breue ver: & primos carpere flores, tandem à mulieribus quas ſpernebat: in Thracia occiſus eſt. Diogenes autem Laërtius ſecutus hiſt. fulminatum à Ioue tradit: idq́ue vetuſtiſſimo epig. comprobat: quod in Dio. Macedoniæ inſculptum legitur.quod ita à latinis eſt interpretatum Orphea candenti trãsfixum fulmine Thracem: Cum aurata Aonides hic poſuere lyra.(Strimoniæ ma.) i.Thraciæ: Strymon enim fluuius eſt qui teſte Plin.in 5.nat.hiſt. Macedoniam à Thracia ſeparat: fluitq; à vertice montis Aemil.(Natus vt Altheæ) Oeneus Parthaonis filius Calydoniæ rex ex Althæa Meleagrum genuit. hic Oeneus diis omnibus ſacra inſtituit, una dempta Diana:quàm ſeu indignatione,ſiue obliuione prætermiſit. irata autem dea vaſtiſſimæ magnitudinis aprum in Calydoniam immiſit,qui totam deuaſtabat regionem quamobrem, vt tanta expelleretur peſtis,rex partem regni ei,qui aprum interfeciſſet, dicitur pollicitus. Meleager regis natus animoſus & uiribus valens collecta iuuenum manu, aptum occidere decreuit:affuit Iaſii quoque filia Atalanta: quæ in primis telo eum vulnerauit:quo vulnere deinde facile:ab omnibus occiſus eſt. Meleager autem Atalantæ forma illectus, feræ caput ei dono tradidit,decus apud antiquos maximum,quod ægre ferentes Plexippus & Agenor Meleagri auunculi, puellæ caput abſtulerunt. quare ira commotus amans Meleager, eos occidit: quem caſum cum Althæa percipiſſet,ſtipitem,in quo filij uita erat combuſſit: nato.n.Meleag.parcę ardentem ſtipitem in altheæ conſpectum poſuerunt,affirmãtes, quo ad ſtipes ille duraret,filium eius vitę functurum:quẽ magna diligẽtia vſq; ad fratrũ mortẽ,

vt docuimus, custodiuit. sic Ouid. & Lact. perhibent. (Vt noua Phasiaca) Medea ab Iasone spreta pp Glaucen: vel, vt alij, Creusam Creõtis filiam, q̃ vxorem Iason acceperat, vt iniuriã vlcisceret, coronã malefica arte cõpositã exhibuit Creusæ, uel Glaucæ, qua mortua, una cũ toto domo, occisis filiis Medo, & Mermero, dolorẽ suum vlta pẽnatis draconib. fugit, & Medeã constituit ciuitatẽ, Acron est auct. & Sen. in Tragœdia, quæ Medea nũcupatur. (Vt cruor Herc.) Sępi⁹ Herc. iteritũ exposuimus, q̧ tunica à Deianira uxore missa extinctus ẽ.

ET matres Strymoniæ). i. Thraces. (Diripiãt). i. dilacerent. (Tuos artus). i. mẽbra tua. (Vnguibus insanis). i. impie insaniẽtes. (Ratæ). i. arbitrãtes, sup. te, esse Orpheon. nã sic Orphea dilacerauerũt. (Et ut natus). i. filius, (Althææ). s. Meleager. (Arsit). i. cõsumptus, & cõbustus est flãmis ardentib. (Sic rogus tuus ardescat igne). s. fatali, in rogum tuum immisso à matre. (Vt noua nupta). s. Iasonis sponsa. hoc est Creusa Creontis Corinthiorum regia filia. (Arsit corona Phasiaca). i. à Medea Phaside, seu Colchida missa. (Et vt pater nuptę). s. Creon. (Et domus). s. tota. s. arsit cum parẽte, sic tu sup. ardeas. (Vt cruor). s. Nessi venenosus. (Abiit diffusus in artus Herculeos). i. in membra Herculis per camisiam à Deniauira per Licam missam. (Sic uirus). i. venenum pestiferum.) Edat). i. absumat corpora tua. ASC.

Qua sua Pentheiden proles est vlta Lycurgum,
Hæc maneat teli te quoque plaga noui:
Vtq́ue Milo robur * diducere fissile tentes,
Nec posſit captas inde referre manus:
Muneribusq́ue tuis lædaris vt Icarus, in quam
Intulit armatas ebria turba manus:
Quoque dolore necis patriæ pia filia fecit,
Vincula per laquei fac quoque guttur eat.
Obstrictusq́ue famem patiaris limine tecti,
Vt legem pœnæ cui dedit ipsa parens.
Illius exemplo violes simulacra Mineruæ,
Aulidis à portu, qui leue vertit iter.

QVa sua Pentheiden) Butes Lycurgi filius Bacchantes mulieres in patris vindictam occidit, cuius obitus iã meminimus. Pentheiden dicit, siue quia similia Pentheo egerit, siue quia nepos Penthei fuit, nã Pentheus Drianthem genuit, à quo natus est Lycurgus, vt à uetere didicimus interprete. (Vtq; Milo robur) Milo Crotoniensis illustris Athleta fuit, ut apud Gel. in 14. qui cum in locis siluestribus Italiæ iter faceret, quercum proxime viam parulis in patre media ramis hiantem uidit, immissis digitis in hiatum arboris, diducere eam cunatus est, medioq; iam rescisso, ipse cũ manus deduxisset, credẽs iam opus perfectum, in naturã arbor rediit, & retẽtis hominis manibus, feris eũ præbuit dilacerandum, quod etiam à Valerio Max. iungitur.) Muneribusq́ue tuis lędaris vt Icarus) Vt ab Hyginio accepimus, cũ à Libero patre vini vsum edoctus esset, Atticorũ fines perambulans, pastorib. nouũ genus liquoris præbuit, quo ebrij existimarũt veneno se potatos. quare Icarũ in puteum deiecerunt, eius aũt canis Mœra dicta, quæ semp dñm sequebatur, domam venit, ac Erigone Icari filiæ mortis patris suspicionem ostendit: quam etiam ad locum perduxit, tanto autem dolore affecta dicitur Erigone, vt suspẽsa uita decesserit, cui mortuæ canis spiritu suo parẽtauit: quos omnes Iupiter miseratione in astra deformauit. (Quoq; dolore necis) Erigonẽ dicit, de qua nunc locuti sumus. (Obstructusq; famẽ) Euristhenes matrem Laconicam nobilem crudelitate dicitur habuisse, quæ in bellũ filio prodeũti iussit, ne domum reuerteretur, nisi cæde hostium pollutus, is nequaquam id perfunctus est, quare à matre clausus inedia ad inferos secessit, ut uetus docet interpres. (Illius exemplo uioles) Aiacis Oilei tangit hist. qui inter scopulos illisus est, vt exposuimus. ZAR.

*.i. aperire a.l. deducere.

HAEC plaga noui teli, qua Lycurgũ Pentheiden). i. Pẽthei filiũ. (Sua proles). i. filius Butes. (Est ulta). s. occidẽdo Bacchi sacerdotes uariis supliciis. (Maneat). i. expectet. (Quoque). i. ẽt te. (Et tẽtes). i. coneris. (Diducere). i. in diuersas partes distrahere. (Robur). i. arborẽ robustã, aut re vera arborẽ robur dictam, quæ est de gñe quercuum. (Fissile). i. fissam, & rimosam. (Vt). i. quemadmodum. (Milo) Sup. tentauit, vt etiam A. Gellius recitat. (Nec possis referre inde). i. ex ipso robore. (Manus captas). i. cõprehẽsas ab arbore, & ita maneas ASC.

præda feris,ut ille mãsit.(Et lædaris tuis muneribus).i.ob tuã munera,& inuenta.(Vt Icarus)sup.læsus est ob inuentũ uinum.(In quem ebria turba).s.agrestium credens se ueneno infectam.(Intulit manus armatas)Quæ ipsum occiderunt. (Et fac quoque) .i.etiam.(Vt) sup.(Guttur tuum eat per uincula laquei).i.ut stranguleris,& suspendaris. (Quod) .i.quã rem.(Pia filia).s.Erigone uirgo.(Fecit dolore).i.ob dolorem.(Necis patriæ).i.paternæ,seu patris sui Icari.(Et tu obstructus in limine tecti).i.domus.(Patiaris famem ut)sup.famem passus est,& ea neci datus Eurysthenes Lacedæmonius(Cui ipsa parẽs).i. mater dedit legẽ pœnæ,ut recitatur à Calderino.(Illius exẽplo)Ad finem usq;,quem nunc actingimus,imprecatur in Ibin.Ordo est.(Violes simulacra Mineruæ exemplo illius).s.Aiacis Oilei,qui concubitu templum Palladis incæstauit.(Qui uertit iter leue).i.facile à portu Aulidis, ob quam rem nolunt alij legendum esse Dianæ(Et luas morte).s.tua. (Pœnas pro crimine ficto).i.false imposito. (More Naupliæ) .i. Palamedis Nauplij filij ab Vlysse falso accusati. (Nec iuuet te non meruisse) .i. nec prosit tibi,ꝗ non merueris,sicut nec Palamedi profuit.

Naupliadæque modo ficto pro crimine pœnas
Morte luas, nec te non meruisse iuuet.
Ethalon vt vita spoliauit Isidius hospes,
Quem memor à sacris nunc quoq; pellit Io.
Vtque Melantheum tenebris à cæde latentem
Prodidit officio luminis ipsa parens.
Sic tua conìectis fudiantur corpora telis,
Sic precor auxiliis impediare tuis:
Qualis equis pactis,quos fortis agebat Achilles,
Acta Phrygi timido est nox tibi talis eat.
Nec tu quam Rhesus somno meliore fruaris,
Quàm comites Rhesi tu necis ante diem:
Quàm quos cũ Rutulo morti Rhãnete dederunt
Impiger Hyrtacides Hyrtacidæque comes.
Cliniadæque modo circundatus ignibus atris,
Membra fera stygiæ semicremata neci.

ZAR. Naupliadæque modo) Palamedem dicit non uulgaris industriæ uirum,nam prçter 16. literis,quas adinuenit, latrunculorum quoque ludum primus, creditur comperisse,auct.Pli.hic Nauplij filius fuit, & Vlyssis dolo à Grçcis lapidibus obrutus,ut iam ostendimus. (Aethalon ut uita) Isidis sacerdos Aethalon, qui filij concubitum petierat interfecit, quare cum in eius tẽplo aliorum Aegyptij regum imagines collocentur, huius ne statua poneretur, est uetitum, uel sic, Aethalus sacerdos Isidis ab hospite occisus est, quare Aegyptij Isidis iram metuentes, instituerunt,ne quis ex ea familia sacerdotium iniret, aut sacris Isidis posset interesse, ut narrat uetus interpres. (Vtque Melanthæum) Melantheus homicidio obnoxius cum lateret, à matre rei inscia,quærentibus est manifestatus, utque melius cognoscerent lumen attulit, qui captus capite mulctatus est, ut uetus interpres scr. Alij de Codro intelligentes peruertunt hist.(Sic tua conìectis)Ad huius loci interprecationem tres inferiores uersus pertinent, & Dolona Phrygium taxat.Hic ad Græcorum castra missus est à Troianis, quibus Achillis equos Balion inquam & Xanthum abducere pactus est,sed ab Vlyss.& Dio. per noctem captus occiditur,prius tñ Troianorum detectis consiliis,ut Ho.& Ditis scr. Ouid.in Heroidib.Retulit & ferro Rhesumq;,Dolonaq; cæsos,Vtq; fit hic somno ꝓditus,ille dolo. (Nec tu ꝙ̃ Rhesus)Cionei filius Rhesus Thraciæ rex,in Troianorum auxilia ueniens una cum comitibus ab Vlyss. & socio Dio.occisus est,Dolon, qui equos albos secum ducebat, qui si Xanthum bibissent,erat in fatis Troiam capi non posse,ut Maronis carmen testatur. Ardẽtesque auertit equos in castra priusquam Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent. Ho.& Ditis hanc copiosius scripsẽ hist.(Quàm quos cum Rutulo) Nisus Hyrtaci filius, & comes Euryalus in Rutulorum castra uenere,ubi Rhamnetem, multosq; alios morti dedere,tandem & ipsi agniti occisi sunt, ut in 9. Aen. Virg. est auctor.(Cliniadçque modo) Persicus Cliniç filius a sociis occisus est ac semicombustus propter auri copiam,quam habebat secum,si uereri credimus interpreti. potest quoq; de Alcibiadç Cliniç filio intelligi, qui

qui in Phrygia crematus est Lysandri Lacedæmonij artificio, vt Probus Aemilius tradit. legitur,& Clytiadæ,& Clytiæ filium dicit.qui dicitur radijs solaribus exustus.

ET tu ipsa parens).i.mater.(Prodidit officio luminis).i.agnitione p oculos facta. (Melanthem).s.filium suum.(Latentem)Defensum (A cæde).i.occisione. (Tenebris).i.beneficio tenebrarum.(Sic tua corpora fodiantur telis coniectis).s.in ea. & ego precor vt impediare sic.(A tuis auxilijs).i.ab ijs,qui tibi auxilio esse deberẽt, vt ille à matre impedit⁹ est. (Qualis nox est acta Phrygi).i.Troiano.s.Doloni.(Timido).s.propter furtũ,quod attentauit,hoc est equis,quos fortis Achilles agebat. (Pactis).i.pollicitis ab eo. (Talis nox, eat tibi).i.illudaris,& tandem neceris,ut ille.(Nec tua fruaris meliore somno quàm Rheus).s. Rex Thraciæ,qui prima nocte cum Troiam intrare non posset,somno grauatus deprehensus,& occisus est,ablatis equis eius cãdidissimis,& fatalibus. (Nec tu fruaris meliore somno Ante diem necis).i.pridie,quàm necaberis.(Quàm)sup.fruebantur comites Rhesi. Et non fruaris meliore somno. (Quàm) sup.ii. (Quos Hyrtacides).i.Nisus. (Impiger).i.velocissimus cursor,vt patet 5.Aen.& etiam 9.(Et comes Hyrtacidæ).s.Euryalus.(Dederunt morti).i.occiderunt cum Rhamnete Rutulo, dum.s.per noctem ad Aeneam iter habebant per castra Rutilorum,ut late patet Aen.9.(Et tu feras membra semicremata).i.ad medium cremata.(Nec stygiæ).i.ad mortem infernalem,existens circundatus atris ignibus. (More Cliniadæ).i. Alcibiadis,qui in cubiculo crematus est, aut more Clyciadæ puellæ filij, qui radijs Solis exustus perijt. ASC.

Vtq; Remo muros auso transire recentes,
Noxia sint capiti rustica tela tua.
Deniq; Sarmaticas inter Geticasq́; sagittas
His precor vt viuas,& moriare locis.
Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello,
Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca quidem,fateor,sed dii dent plura rogatis,
Multiplicantq́; suo fauore mea.
Postmodo plura leges,& nomen habentia verũ,
Et pede quo debent acria bella geri.

VTq; Remo muros) Narrat in primo V.C.Liuius Remum in cõtentione augurij ictũ ĩ turba cecidisse. deinde ait:Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum nouos trãsijsse muros, inde ab irata Romulo cum verbis quoq; increpitans adiecisset, Sic deinde quicunq; alius transiliet mœnia mea, interfectum à Celere Centurione rastro.(Rustica tela)Quia rustici tũ Rom. erant,isq; Centurio, à quo Remus occisus. (Deniq; Sarmaticas inter Geticasque sagittas)Sarmatæ,quos Græci Sauromatas vocant: Borealem regionem incolunt exilem,ac tenuem, alioquin felicibus refertam arboribus, ab Amazonibus oriundi,vt Herodotus tradit, tanta ijs est barbaries, vt pacem non intelligant, sagittis in bello vti solitos accepimus,sicut & Getas,qui à Romanis, teste in 4.hist.Plin.Daci nuncupantur: Thraciam incolere dicuntur.eodem in loco,Plin.auct. quorum sæuitiem in lib.de Ponto Ouid.memorat,cum ait: Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. (Hæc tibi tantisper)Interea.& si ferè post se postulet,dum pro donec siue quandiu, vt doctorũ grammaticorum est sententia. (Subito sint missa libello, Immemores ne nos esse querare tui) Solent homines cum à patria absunt, quamprimum ad amicos literas dare, vt inde ipsorũ oblitos non credant.quare nunc poëta, inquit. (Mittimus tibi has nostras imprecationes subito,ne credas me iniuriæ oblitum.quare in principio operis dixit.Sic ego te nondũ ferro iaculabor acuto,& quæ sequuntur ad octo uersus. (Querare) Queror deponens absolutum,sine æ,diphthongo,idem,quod lamentor,valet,vt hoc loco.vnde questus quartæ inflexionis pro lamẽtatione accipitur,cuius datiuus & ablatiuus pluralis est questubus,vt portubus. Quæror aũt cum per diphthongum scribitur,à quo multa componuntur verba notissimam habet significationem,quam docti pariter,& indocti tenent,vnde quæstus.i.lucrũ deducitur qui in datiuo,& ablatiuo plurali quæstibus facit. (Pauca quidem fateor) subaudiendum missa à me sunt.(Sed dij dent plura precãti) Rogãti.precor cũ merum post se accusa- ZAR.

cusatiuum habet, est idem quod rogo: cum uero datiuo adiungitur est idem, quod imprecari, hoc est optare alicui Deos precando bonam fortunam, aut malum, quemadmodum apud auctores obseruauimus, de quo uerbo disserit Gellius in noctib' Atticis. (Postmodo plura leges) Intelligendum quam ista quæ nunc mittimus. (Et nomen habentia uerū) Non autem quemadmodum in præsentia ficto nomine Ibidem appellamus. (Et pede, quo debēt atria balla geri) Carmine iambico utimur ad maledicentiā proprie, ut in principio docuit poëta, ubi dicit. Postmodo si perges in te mihi liber Iambus Tincta Lycambæo sanguine tela dabit. Et nos quoq; in cōmētario abunde explicuimus. (Acria) Seuera. Acre multas habet significationes, ut Nonius Mar. docet, inter quas acre ꝓ seuero exponit. (Bella) Bellum, & prœlium ita inter se differunt, ut bellum dicatur, tum ipsa pugna, tum totum tempus, quo in militia sumus, prœlium ipsum tantummodo armorum certamen. (Geri) Fieri gerere habere, ferre, & ut hic, facere, teste Nonio. & Gerrones nugatores nuncupāt, & gerræ nugę, sicut Seruius, & Nonius Marcellus tradunt: nō à gerendo, nam geminat, r. sed à Gerra: quod est cratis genus, quod cum sibi poscerent Syracusani pro scutis illusi, tamē nomen dederunt nugacibus.

ASCENSIVS.

ASC. ET tela rustica sint noxia). i. nociua. (Tuo capiti). i. interficiant te. (Vt) Sup. fuerunt, noxia Remo fratri Romulo auso transire. (Muros). s. Romæ. (Recentes). i. recenter factos & adhuc humiles. (Denique ego precor, vt viuas & moriare his locis). s. in quibus me esse gaudes. (Inter sagittas Sarmaticas, & Geticas). i. Sarmatarum, & Getarum ferocium populorum ad glacialem Oceanum habitātium. (Hæc). s. maledicta, & nociua vota. (Sunt missa tibi tātisper). s. dum inter Geticas sagittas moriaris. Libello subito). i. subito calore edito. (Ne querare). i. queraris. (Nos esse immemores tui) Hoc per irrisionem dicit, quia melius esset non esse memorem, quam sic. (Ego quidem fateor pauca) Sup. hæc esse. (Sed Dij dent mihi roganti plura) sup. mala in te imprecari, multiplicent mea vota suo fauore. (Et leges postmodo). i. postmodum (Plura). i. plures imprecationes. (Et habentia verum nomen). s. tuum, cum nunc per finctionem Ibis voceris, & sup. cōfecta. (Pede). s. iambico. (Quo acria bella). i. hostiles imprecationes. (Debent geri). i. ingeri, & imprecari.

FINIS.

SERIES LITERARVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes Quaterniones.

VENETIIS,

APVD HIERONYMVM POLVM.

M D L X X.